This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

NYPL RESEARCH LIBRARIES
3 3433 08161679 3





THEOPHILI CHRISTOPHORI HARLES

SUPPLEMENTA

AD

BREVIOREM NOTITIAM

LITTERATURAE ROMANAE

IN PRIMIS

SCRIPTORUM LATINORUM

ASTOR LIBRARY

PARS POSTERIOR

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIANA
cIↃIↃccc

LIBRARY

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

CHRISTOPHORO GOTTLOB A BVRGSDORFF

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE ADMINISTRO, REIPVBLICAE ADMINISTRANDAE COMITI CONSISTORIANO, SVPREMI COLLEGII RATIONIBVS EXAMINANDIS PRAESIDI

ETC. ETC.

LIBRARY

ILLVSTRISSIMO

ATQVE

EXCELLENTISSIMO

CHRISTOPHORO GOTTLOB A BVRGSDORFF

SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE ADMINISTRO, REIPVBLICAE ADMINISTRANDAE COMITI CONSISTORIANO, SVPREMI COLLEGII RATIONIBVS EXAMINANDIS PRAESIDI

ETC. ETC.

Notitiam exercuerunt prela atque diligentiam hominum doctissimorum, in medium productis. Et tamen erunt, qui me obscurae diligentiae molestaeque sedulitatis et luxuriei quasi arguant: contra alii, qui plura desiderent. Adeo difficile arduumque est negotium, cunctorum voluntati satisfacere! Atqui tanta est editionum et librorum, qui huc spectant, copia, vt plenissima illorum notitia memoriaque et vberior commemoratio, quae ab nostro quoque instituto foret aliena, sortem viresque humanas superet. Quam ferax librorum eius generis fuerit vel recentissima aetas, testis est nouissimus vniuersalis catalogus Lipsiensis. Quae autem noua scripta in illo indicantur, eorum mentionem facere nondum potui *). Sed dum haec scripsi, in manus

*) Ex illo tamen lubet adnotare, editionis quarumdam *Ciceronis* oratt. ab *I. Andr. Ottone* curatae (v. infra pag. 492.) partem *alteram* prelo exiisse. — Ad fructum quoque plena ratio est, quam nuper tenuit cl. *Io. Adam Göz* Rector scholae Sebaldinae Nori-

nus venit actorum litterariorum Ienenſium (Intelligenzblatt der *Allgem. Litteratur-Zeit.*) ſcida 13. a. 1801, in qua breuis notitia litteraturae, (quae praeſertim ſpectat ad philologiam,) gallicae trium nouiſſimorum annorum datur. Quae igitur ad litteras latinas pertinent, in nota *) paucis repetere iuuat. — Splendidae

Noriberg. in nupera edit. quam in manibus habeo, inſcripta: *M. Tullii Ciceronis Cato maior et ſomnium Scipionis.* Μαρκου Τυλλιου Κικερωνος Κατων και Ονειρος του Σκιπιωνος ερμηνεια Θεοδωρου. *In einem hie und da berichtigten Texte, und durch Parallelſtellen erläutert von I. A. Göz.* Noriberg. 1801. 8.

*) *P. Didot* primum odarum *Horatian.* librum gallice vertit a. 1797. — *P. Daru* odas, epiſtolas et artem poeticam *Horatii: Oeuvres d' Horace, trad. en vers,* 1798. II. voll. 8. — *Le Fevre* (ſ. *le Febure*) *de la Roche*, quaedam Horatii poemata, 1789. et *de l' art poetique, Epitre d' Horace aux Piſons trad.* ap. P. Didot (cum commentationibus.) 1798. 16. (quae verſio laudatur.) — *Eglogues de Virgile trad. en vers françois*

avec

etiam edit. faciam mentionem *Boethii de consolatione philosophiae* cum interpret. ital. *Benedicti Varchi*, Parmae, typis Bodon. 1798. 4. II. voll.

De

avec le texte latin, accompagnées de la Traduct. en vers de plusieurs morceaux de Théocrit, Moschus et Bion et de l'episode de Nisus et d'Euriale par P. F. Tissot, fils ainé. P. Vatar-Ionanrot. 1800. 8. cum animaduersionibus. — *Traduction en vers français du 4e Livre de l'Enéide par L. M. Dufour*, anc. Prof. de belles-lettres au College de Rennes. P. Pougens. 1798. 8. — *Eneide de Virgile trad. en vers fr. par C. P. Boisière.* 1798. II. voll. 8. quae versio valde culpatur.

Oeuvres complettes d'Ovide trad. en français etc. P. Debarle. 1798. VII. voll. in 4. et 8. cum venustis figg. aeri incisis, reddunt *Banieri* versionem Metamorphoseon et *de Kervillars* epistolarum aliorumque versiones. — *Les Métamorphoses d'Ovide; trad. d'après le texte du P. Jouvency*, (mortui 1767.) *avec des notes à l'usage des écoles par* (Jacq. Charles Louis) *Malfilâtre.* P. Masson. III. voll. 8. cum XVI. figg. aeneis. Haec versio est prosaica. — Recusa est *Traduction en vers des Metamorphoses d'*

Ovide,

De quibusdam tamen editionibus antiquioribus, quae quondam in bibliotheca *Bernholdi*, Medici Vffenhemensis, post eius mortem a Camerario, viro honesto et antiquario nostro

Ovide, Poème en XV. L. avec des commentaires par F. de St. Ange, Prof. d. b. L. aux écoles centr. de Paris. P. Deterville. 1800. II. voll. 8. cum XVI. figg. aen. — *Les amours d' Ovide, trad. libre en vers fr. suivis du remède d' amour - imité.* P. Eyron. 1799. 12. cum IV. figg. aen. — et biennio ante *Grainville* nouam versionem emiserat: *le Remède d' Amour.*

Achilléide, imitation en vers du Poeme de Stace, auctore *Cournand*. 1799. V. voll. 12.

Oeuvres complettes de Claudien, trad. pour la première fois en français (par *Delatour*,) *avec des notes mythologiques hist. et le texte latin.* P. Dugour. 1798. II. voll. 8. — Idem *Delatour* ibid. a. 1799. edidit *Poésies de M. Aur. Olymp. Nemesianus suivies d' une Idylle de I. Fracastor sur les chiens de chasse.*

Satyres de Perse trad. en fr. par P. Pièrre Didot. 1799. mai. 8. — *La Guerre civile, Poeme, trad. libre de Pétrone ornée du texte latin et suivie de recherches sceptiques tant sur la Satyre de Petrone que sur son Auteur, par L. N. Marie Deguerle.* P. Brasseur. 1799. 8.

Poemes

noſtro academico, emta, fuerunt, quoniam a me potuerunt commode inſpici atque comparari, haud incommodum viſum eſt, curatius agere et certiora dicere, aut in *Analectis*, de quo-

Poemes ſur le Phénix trad. du Latin, de Lactance, de Claudien, de Lernaeus et d' Ovide. P. Dugour. 1798. 18.

Ciceronis opera philoſophica olim translata fuerunt in ſermonem gallicum a *Barett*, *Bouhier*, *Durand*, *Morabin*, *d' Olivet* et *Reguier Desmarais*: Horum verſiones collectae, *Oeuvres philoſophiques*, recuſae ſunt in X. voll. 18. — Anonymus quidam *Ciceronis* fragmenta *de Republica* collegit, et, quae deperdita ſunt, ita ſuppleuit, vt tamquam continuum et integrum Ciceronis fieret aut videretur opus. *De la République ou du meilleur gouvernement, ouvrage traduit du Ciceron et établi d' après les fragmens et les autres écrits et une diſſertation ſur l' origine des ſciences chez les Romains.* P. Fuchs. 1798. 8. — In ſcida autem XV. actorum memor. laudantur *Boinvilliers Grammaire elementaire latine.* 1797. et *Manuel latin* 1797. rec. 1799. Idem edidit *Phaedri* fabulas, ab omni obſcenitate purgatas et alio ordine ad facilitandam puerorum lectionem atque intelligentiam poſitas, 1800. 12. — *Phaedri* fabulas

quorum ratione atque consilio pag. 474. quaedam iam notaui, referre. Praeterea in supplementis ad notitiam ecclesiasticorum nec non quorundam inferioris aetatis scriptorum, quorum commemoratio atque historia praetermittetur in continuatione Introductionis, aliquando latius mihi exspatiandum iudicaui, ea tamen ratione seruata, vt ea potius adferrem, quae ad eorum scripta, horumque editiones memoratu inprimis dignas pertinerent, quam quae spectarent ad illorum fata, munera, placitaque siue vera siue falsa, atque ad controuersias; quorum omnium vberior expositio ad deuia dumetaque et viam, ab instituto plane alienam, me deduxisset. Atque de scriptoribus ecclesiasticis auctores historiae ecclesiasticae aliique

fabulas adiunxit *Serané* suis *Principes généraux et raisonnés de la Langue latine suivant la methode du Dumarsais.* P. Laurens. 1800. 12. Vide, quanta sit vis vel recentissimorum librorum ad nostras litteras pertinentium atque in Galliis excusorum! et quae supplementa ex aliis terris ab antiquioribus temporibus colligi possint!

aliique, quos, data potestate, laudaui, fusius, idque suo iure differre solent. Insuper breuem nonnullorum hominum, partim haud omnino obscurorum, partim in summa celebritate versatorum, in Notitia autem breuiore praetermissorum, commemorationem hinc inde inserui.

Enimuero de hisce meis conatibus et laboribus iudicium esto penes viros eruditos aequosque, qui infirmitatis humanae conscii, peccatis vel a me *), qui non possem omnia scire et legere aut memoria tenere, vel ab operis, quibus non praefui, commissis benevole ignoscent: saltem id vt faciant, rogo illos oroque etiam atque etiam. Scripsi Erlangae d. XXVIII. April. CIↃIↃCCCI.

*) Sic per errorem memoriae factum est, vt idem opus, *Grammatici illustres* XII. etc. in hac parte bis, pag. 230 et 479. ex collectaneis meis recenserem.

SUP-

SVPPLEMENTA.

Ad §. 6. pag. 342. sect. 3. lin. vlt.

Libris quibusdam et scriptis et editis, iam in ed. Moguntina, adiectum est *fragmentum libri de nominibus*, qui in quibusdam codd. inscriptus est *liber decimus*. Est autem cuiusdam epitomes, quam *Iulius Paris* ex Valerio (forsan Antiate, qui citatur in cod. Sambuci, non Maximo,) confecisse dicitur, fragmentum, quod tamen, quia nihil aliud docet, nisi aliquarum adpellationum, seu nominum romanorum rationes, iure videtur *Stephano Pighio* in praef. ad illam epitomen in sua Valerii Max. editione, (recusa in Torrenii ed. pag. 874 sq.) prorsus remotum et alienum ab argumento scopoque librorum Valerii Maximi. Insuper praefigitur admodum breuis *C. Titi Probi in epitomen suam praefatio*, sed nomen illud aut librarii aut interpretis cuiusdam esse, vel ex eo patet, quod, *abbreuiator*, inquit, *titulos eius*, (n. decimi libri,) *habebat integre fortassis; tamen de vno tantum, h. e. de praenomine, epitoma repraesentabat.* In alia praefat. an-

tiqua ibid. *Iulius Paris* dicitur *abbreuiator*. Conf. *Pighii* not. l. c. et *Fabric.* B. L. libr. II. c. V. vbi de Valerio noſtro agit, tom. II. pag. 52 ſq.

Ad pag. 342. *ſect.* 4. *init.*

Pleniorem editionum indicem, in quatuor aetates digeſtum, confecerunt editores Bipontini, et Kappius. Ego vero hoc loco de paucis, alio tamen loco et tempore differam de pluribus. Saeculo autem XV. iam frequenter exierunt prelo Valerii Memorabilium libri.

Princeps editio non eſt Moguntina, ſed alia antiquior, in cuius fronte legitur, *Valerii Maximi factorum et dictorum memorabilium*, ſine l. et a. fol. quam praeter Seemiller, Braun, Panzerum (A. T. I. p. 74.) curatius deſcribunt *Freytag* in Analect. litter. pag. 1017 ſqq. *Lengnich* in cel. *Meuſelii* hiſtor. litterar. biograph. Magazin, part. III. p. 89 ſq. (qui cenſent, illud opus excuſum eſſe Argentorati 1470 typis Io. Mentelini,) et alius V. D. in eodem opere, part. VII. et VIII. pag. 244 ſqq. qui ex eo, quod antiquiſſimus exemplaris poſſeſſor calamo adſcripſit, „Anno dñi MCCCCLXX — Valerii Maximi (opus) miſſum fuit in nomine popine a famoſo eiusdem impreſſore dño *Adolfo de Ingwelen*," (h. e. *Adolfo Ruſchio Inguelano*, ſiue *de Inguelen*, genero Mentelini,) locum et annum clarius de-

deſignat. Plura v. ſupra in parte I. p. 119 ſq. adnotata. Haec eadem eſſe videtur editio, cuius exemplar, (quod nunc adſeruatur in bibl. publ. Erlangenſi) contulit et deſcripſit in praefatione *Kappius*, V. C. mihique amiciſſimus. Eidem Valerii exemplo praemiſſa eſt ed. Terentii ſ. l. et a. Aliud adhuc exemplar ex bibl. Hailsbronnenſi, ſine Terentio, eſt in bibl. Erlang. in eo tamen litterae initiales rubrae ſunt interdum diuerſae: et in fine rubris litteris additum legitur: *Explicit Valerius Maximus.* Compara, quae cl. *Foſſius* catal. codd. ſaec. XV. in bibl. Magliabech. tom. III. pag. 745 ſqq. de hac et Moguntina, quam principem habet, edd. adnotauit.

Ad pag. 343. *lin.* 3.

De ed. Bonon. a. 1476. v. *Panzer* A. T. I. pag. 208. — Pariſ. 1475. min. fol. eſt in bibl. Erlang. typi ſunt nitidi et vero ſplendidi.

Ad pag. 343. *lin.* 16.

Cl. *Foſſius* l. c. coll. tom. I. pag. 212. diligenter recenſet edd. cum commentariis valde verboſis *Oliuerii Arzignanenſis*, et memoratas, et alias, Venet. 1487. fol. min. — ibid. 1488. fol. min. — ibid. 1491. fol. min. et ibid. 1494. fol. min. Sed notanda quoque eſt edit. Veneta, a. 1493. in cuius calce: „Impreſſum Venetiis arte Bonetti Locatelli.

Sumptibus Nobilis viri Octauiani Scoti, ciuis Modotiensis a. MCCCC. LXXXXIII." fol. (v. *Strattff.* Opp. rariora bibl. Rebdorf. pag. 181 sq.) Praeterea *Valer. Max.* cum *Oliverii* commentario lucem adspexit Venet. 1497 — 1500. fol. — ibid. 1503. cum tabula: est in bibl. Erlang. in ea edit. Valerius est in pluribus locis cod. antiquo emendatus. — *Mediolani* 1508; quae ed. est in bibl. Erlang. et conuenit cum sequenti *Mediolan.* 1510. fol. quae etiam est in bibl. Erlang. — In primis videtur memorabilis esse editio inscripta:

Valerii Maximi opus cum Oliverii commentariis ex prima eius editione integra et syncera descriptis; cum paucis annotationibus: quas sub Theophili nomine Arcadicus ille libri marginibus insperfit. Additae sunt in fine operis Ascensii familiaria: vt ipse dicit: interpretamenta etc. In fine: „Impressum Mediolani apud Leonardum Vegium. A. Dom. M.CCCCC.XIII. (1513.) Die XVI. Februarii." In auersa primi folii pagina Oliuerius in epistola ad Antonium Moretum, data Vicentiae a. Chr. 1492. ait, se suos in Valerium commentarios seorsum ab ipso auctore edidisse, sobrie concinnatos; quos postea audax quidam homo verbosissimos fecisset; mittit igitur primam suam editionem rogatque, vt illa librariis describenda tradatur. Antonius vero Moretus in epistola ad Alexandrum

Minu-

Minutianum subiecta et scripta Venetiis 1512. prid. cal. Oct. significat, Oliuerium et olim de nonnullorum temeritate, qui suos contemerassent commentarios, coram esse conquestum et dein per epistolam cum ipso egisse, vt comment. eos quales ipse primum edidisset, iterum euulgaret: hinc a se mitti, scribit, ut editio nostra iuuetur, et amici manibus satisfiat.

Hoc loco notanda est quoque editio *commentariorum Dionysii de Burgo*, in quibus nouem libri Valerii docte quidem et copiose, at saepe etiam nugaciter explicantur, sed textus ipse omittitur, admodum rara, s. a. et l. et reliquis signis typographicis. Fabricius quidem pag. 53. et 59. illud crassum volumen, tamquam ineditum, commemorat, indicatque codices, in quibus lateat. Sub prelo tamen sudauit opus, et editio exstat in bibl. publ. Erlang. et conuenit cum cod. a Gudio apud Fabricium pag. 60. descripto, idemque est editionis nostrae initium. Exemplum tamen illius edit. exstare quoque dicitur in bibl. Göttingensi.

Ad pag. 344. *lin.* 1.

Aldinae tamen edd. differunt ab prima, saltem a multis illius exemplis. Aldus enim in secunda et reliquis ex cod. Vindob. a Cuspiniano, cui etiam in epistola praemissa, scr. Ven. Cal. April. MDIII. gratam declarat men-

fem, accepto ſuppleuit XXIV. exempla, in libro quidem primo cap. I. externa 5 — fin. capp. II. ac III. integra, et capitis IV. exempla, vltimo excepto: quae omnia deerant in editt. italicis antiquioribus, et multis, credo, primae Aldinae ipſius exemplis. Equidem tria in manibus habeo exempla Aldina, quorum vnum prodiit 1514. et duo, quae in calce exhibent *Octobri menſe M. D. II.* hoc tamen diſcrimine, vt in altero deſint et exempla illa et epiſtola ad Cuſpinianum; contra in altero inſint et exempla e cod. Vindob. deſcripta ſuoque loco inſerta, et ad Cuſpinian. epiſtola, et tamen in eius epiſtolae fine legitur, *Venet.* Cal. April. M. D. III. In omnibus paginis bina illa exempla conſpirant, exceptā prima plagula, A ſignata, quae in aliis exemplaribus complent octo folia; in aliis, quibus exempla iſta Valerii ſunt addita, duo decim folia.

Ad pag. 344. lin. 3.

Ex officina Melch. Lotteri a. 1515. fol. cuius editionis, ex pleniore Aldina ductae, exemplum eſt in bibl. publ. Erlang. — In eadem bibl. eſt exemplum edit. *Lipſienſis* per Baccalarium Martinum Herbipolenſem, an. 1512. fol. litteris gothicis cum exemplis illis ſuppletis. — Edition. Lipſ. a. 1506. fol. apud eumdem Martinum memorat cl. *Seybold* p. 6. Progr. cit.

Ad

Ad pag. 344. *lin.* 13.

Aliud exemplum *epitomatum*, (in quibus singula, a Valerio enarrata, exempla in epitomen sunt ab Honorio Cubitensi redacta, omissis tamen iis, quae in edd. antiquissimis desiderabantur,) in manibus habeo, in cuius fine legitur: *Epitomata — — recollecta impressit Liptzipk vir diligentissimus Iacobus Abiegnus Herbipolensis Anno salutis 1567.* in 4.

Valerii Maximi dictorum et factorum memorabilium libri nouem. In fine: *Argentorati. Ex aedibus Schurerianis M.D.XVI.* (1516.) 4. et saepius ex edit. I. Aldina auctiore ducta.

Cl. *Seybold* l. c. pag. 6. *Gryphianis* adiungit Lugdun. 1536. 8. et 1576. 12. atque adnotat, ed. *Moguntinam* 1538. excusam esse ab I. Schoeffero.

Ad pag. 345. *lin.* 1.

Haec altera eaque nitida editio iam habet fragmentum, quod etiam declaratur in inscriptione:

Valerii Maximi dictorum factorumque memorabilium libri IX. infinitis mendis ex veterum exemplarium fide repurgati, atque in meliorem ordinem restituti per *Stephan. Pighium* Campensem. Accedunt in fine eiusdem annotationes in loca plus quam DCCC. Item *hac altera recognitione fragmentum de Praenominibus antiquum incerti auctoris*,

quod decimum libri locum in multis exemplaribus occupat. Antwerpiae ex off. Christoph. Plantini CIↃ. IↃ. LXXIIII. (1574.) 8. Praefat. Pighii, fragmento illi pag. 388. praefixa, Viennae Austriae idib. Ian. 1574. scripta est.

Ad pag. 345. *lin.* 7.

Valerii Maximi — libri IX. A Stephano Pighio et Claudio Mitalerio Viennensi restituti et emendati; et a multis praecedentium editionum erratis repurgati. Accessit et de praenomine incerti auctoris fragmentum. Lugduni sumt. Sybillae a Porta. 1592. 12. Margini rarius adscriptae sunt variae lectt.

Ad pag. 346. *lin.* 11.

Valerii Maximi — — libri nouem e recens. Torrenii cum praecipuis eruditorum explicationibus, quibus suas adiecit *Io. Theod. Beniam. Helfrecht.* Gymn. Curiens. Rector, Curiae Regnit. 1799. mai. 8.

Ad pag. 346. *lin.* 13.

Versionibus germanicis, a cl. *Degen* — Litteratur der deutschen Vebersetzungen der Roemer, sect. II. p. 515 sqq. recensitis addatur, quam ille ex Christii catal. obiter notavit: „Valerius Maximus — — Jetzunt von newen wiederumb fleissiger verlesen vnd corrigiert. Gedruckt zv Strasburg bei M. Jac. Cammerlanden. a. M. D. XLI.“ (1541.) auctore

ctore *Petro von Selbet.* in fol. Inſcriptionem eſſe diuerſam a prima ed. 1533. alteraque a. 1535. docet, et ed. vberius deſcribit *Balth. Stenzel*, in A. L. Anzeig. 1799. nr. 120. p. 1189 ſq. — *Anglice* vertit *Speed.* Lond. 1678. 8. — De antiquiſſima verſione *hiſpanica*, interprete *Vgo de Vrries*, Saragoſſae 1495. fol. et *gallica*, Lugdun. 1485. 4. v. *Panzer* A. T. I. pag. 269. et pag. 536. — *Valere Maxime.* Nouvelle traduction. à Paris. par la Compagnie des Libraires du Palais. 1665. 12. II. Voll. — *Valere Maxime*, traduit du Latin par *R. Binet.* Pariſ. 1796. 8. II. tom. quae verſio mediocris eſſe dicitur.

Ad §. 7. pag 347. *ſect.* 4. *lin.* 14.

Edit. *Venet.* 1473. cum commentar. Cocchi, (per Nic. Ienſon, vt Denis, in ſupplem. et Maittaire A. T. IV. pag. 331. ex Sauberti bibl. Norica p. 123. citant,) cel. *Panzer* A. T. III. pag. 95. coll. pag. 264. et 463. aeque ſuſpectam habet, quam ed. *Venet.* 1488. fol. cum iisdem comment, quam Maittaire l. c. pag. 501. ex eod. Sauberto memorat, et Venetam 1499. 4. — Ed. a. 1473. dubia quoque eſt *Sardinia* in Eſame ſui principi della franceſe ed italiana tipografia, ovvero Storia critica di Nicolao Jenſon. (Luccae. 1796 — 1798. fol.) tom. II. pag. 49. et tom. III. p. 31. — Certior eſt editio Venet. 1477. in 8. vel 4. min. (*Panzer* l. c. pag. 133. et *Fabric.*

l. c.) — tum Veneta, per Bernard. pictorem et Erhard. Ratdolt de Augusta etc. 1478. 4. (*Panzer* ibid. p. 142.) — ibid. per Franciſc. Renner de Hailbrunn. 1478. 4. (exemplum venuſtae huius editionis eſt in bibl. publ. Erlang. add. *Pinelli* catal. I. pag. 362. vbi plures antiquiores Melae editt. memorantur, et *Panzer* l. c. p. 138.)

Ad pag. 347. *lin. penult.*

Duas edd. ſine loco et a. in 4. memorat *Panzer* IIII. pag. 160. et 161. quae num? et quomodo? ſint diuerſae, equidem definire non poſſum.

Ad pag. 348. *lin.* 3.

V. *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia, vol. II. part. I. pag. 261. (Herm. Barbarus 300. errores in Pomponio Mela correxiſſe dicitur,) et *Audifred.* catalog. edd. roman. ſaec. XV. pag. 317.

Ad pag. 348. *lin.* 23.

In edit. *Io. Coclei* (Norimb. typis Io. Weiſenburgeri,) in fronte fol. I. b. epiſtola nuncupatoria data eſt ſexto idus Oct. a. 1511. in fine autem exſtat epiſtola Benedicti Chelidonii ad Io. Cocleum, *data Norimberge* X. Cal. Februar. an. 1512. Hinc fit, vt modo an. 1511. modo 1512. edita dicatur. conf. *Panzer.* VII. p. 451. — *Barthol. Stenus*, Profeſſor Wittenberg. edidit *Melam* in vſum ſua-

ſuarum ſcholarum ſecundum Hermolai Barbari caſtigationes Wittenburgi apud Io. Viuimontanum 1509. 4.

Ad pag. 349. *lin.* 9.

Prima ed. Iuntina prodiit 1519. 8. v. *Bandini* Annal. typogr. Iuntin. part. II. pag. 136 ſq. et pag. 202. de altera Iuntina a. 1526. —

Pomponii Melae de orbis ſitu libri tres, accuratiſſime emendati, vna cum commentariis *Ioach. Vadiani Heluedi* caſtigationibus et multis in locis auctioribus factis etc. Baſileae ap. Andr. Cratandr. menſe Ianuar. 1522. fol. Eſt exemplum in bibl. Erlang. — In eadem bibl. exſtat exemplar *C. Iul. Solini* et *Pomponii Melae* cum adnotatt. *Petri Oliuarii*, Baſil. ap. Mich. Iſingrin. 1543. fol. — Lugduni 1522. fol. — Paris 1557. 4.

Ad pag. 349. *lin.* 21.

Pomponius Mela (cum ſcholiis,) et *C. Iul. Solinus*, cum tabulis geographicis. Baſileae ex offic. Henr. Petrina. 1576. 8. — ibid. per Seb. Henricpetri, 1595. 8. — a *Franciſco Sanctio*, Salamant. 1598. 8. edit. rara.

Ad pag. 349. *lin. vlt.*

Pro a. 1683. ſcrib. 1685. — Idem liber cum numis et notis Iac. Gronouii, 1696. 8. (v. *Menken* catal. I. p. 235. et 236.)

Ad

Ad pag. 350. *lin.* 18.

Prior Reinoldi ed. recusa quoque est Londin. 1739. 4. et posterior splendida typis renouata est Etonae 1775. 4. — Mela ex recensione Abr. Gronouii, Glasguae, exc. Rob. et Andr. Foulis. 1762. 12.

Ad pag. 351. *sect.* 4. *lin. vlt.*

In linguam *italicam* translati libri III. per *M. Tommas. Porcacchi*, Venet. 1557. 4. — in linguam *hispanicam* per *Ludouic. Tibaldum*, Toletanum, et *Ioſ. Anton. Gonſalez de Salas*, additis obseruatt. Madrit. 1644. 4. — In linguam *anglicam* per *Arthur Golding Gentleman*. London, 1590. 4. v. *Brüggemann* View etc. p. 649.

Ad pag. 352. *sect.* 6. *lin. vlt.*

M. *Io. Aug. Müller* animaduersiones in Pompon. Melam cum varietate lectionis codicis Cibinienſis. Miſniae, progr. I — VI. a. 1789 — 1792. 8. — M. *Georg. Guilelm. Kirſch.* progr. de vera Africae figura ſecundum Pompon. Melam contra Reinoldium. Hofae 1791. 4.

Ad §. 8. *pag.* 353. *ſect.* 3. *lin. vlt.*

Priſciano carmen de ponderibus etc. esse adserendum, et *Remum Fauinum* grammaticum numquam exstitisse, erudite copioseque docuit, et originem erroris ostendit *I. Chr. Werns-*

Wernsdorf in Poetis latin. minor. tom. V. part. I. pag. 212 sqq. et 235 sq. atque pag. 494 sqq. carmen sub Prisciani nomine edidit atque illustrauit. Pag. 248 sqq. enumerantur editt. carminis et VV. DD. de eo eiusque auctore iudicia testimoniaque. Omissa tamen est editio, inscripta: *Prisciani Caesarienſis* Institutiones grammaticae: Adiectis nuper praetermissis: Libello de XII. carminibus: de accentibus; de ponderibus et mensuris; de praeexercitamentis rhetorices; de versibus comicis; de metris Terentianis; de declinationibus; de situ orbis: cum indice litterario aucto et recognito. Vaenundantur ab Jodoco Badio Ascensio. In calce institutt. grammaticarum: Parrhisiis apud Badium anno millesimo quingentesimo decimo sexto. X. Calend. Sept. In fine totius operis: in aedibus Ascensianis ad idus septembr. M. D. XVI. (1516.) fol. In hac ed. fol. XCIII. exstat carmen de ponderibus: ad marginem vero legitur: „*Remi Fauini* versus de ponderibus et mensuris, vel *Rhemnii Fannii*, vt Politianus scribit."

Ad §. 10. *pag.* 355. *sect.* 4. *init.*

Valerius Probus de litteris antiquis ex recensione *Fr. Mich. Ferrarini.* (Brixiae) per Boninum de Boninis. 1486. 4. *Panzer.* IV. pag. 257. ex catal. bibl. Suaier. pag. 15. — De interpretandis Romanorum litteris opusculum etc. Venet. per Ioan. de Tridino, alias Tacui-

Tacuinum. 1499. 4. v. *Panz.* III. p. 459. vt Maittarium, qui praeterea alias editt. passim adfert, aliosque, a Panzero citatos, praetermittam — *Frider. Tiliobroga*, h. e. Lindenbrogius, edidit notisque illustrauit *Valerium Probum*, Magnonem, Diaconum aliosque. Lugduni Bat. 1599. 8.

Ad pag. 358. *sect.* 4. *init.*

Principem edit. *Venetam* (cuius exemplum et ipse habeo sine Plutarchi opusculo, et aliud est in bibl. Erlang.) esse a. 1471. formulis typographicis descriptam, censor libri *Braun.* s. Notitiae histor. litter. de libris in bibl. ad Vdalricum etc. (vbi tom. I. p. 95 sq. illa editio memoratur,) in Bibl. Germ. vniuers. Berol. vol. 94. part. I. p. 206. putat, quoniam coniunctus et compactus esse soleat Curtius cum Plutarchi apopht. cum nota a. 1471. Bis tamen ex eadem officina Curtium exiisse, haud probabile videtur. v. *Bure* Bibl. instruct. Histoire tom. I. nr. 4775. qui illud argumentum, ab addito Plutarchi libro sumtum, leue esse putat, et edit. Curtii Venet. a. 1470. excusam coniicit, aliasque Curtii edd. atque versiones refert.

Ad pag. 359. *lin.* 6.

Laueri edit. cuius exemplum est in bibl. Vimarienſi, in *Rossi* catal. p. 66. adscritur a. 1470. *Bure* quoque l. c. pag. 512. hanc edit.

edit. priorem esse putat editione Veneta per Vindelinum de Spira. — Duas *Mediol.* edd. a. 1480. et 1481. esse diuersas, dubitat idem *Bure* p. 514. — sine indicio loci et typographi, a. 1474, fol.

Ad pag. 359. lin. 15.

Totum locum ita constitue: cum castigatt. Merulae, Venet. per Ioann. de Tridino. 1494. fol. et 1496. *) fol. (sic Panzer. III. p. 398. et alii; sed a. 1497. editor. Bipontini in notitia,) et a. 1502. Postrema ed. diuersas habet lectiones ab iis, quas Snakenb. ex Merula excerpsit. — Editio Veneta per Io. de Tridino a. 1490. fol. laudatur in *Engelii* bibliotheca select. pag. 125. — et Veneta 1491. fol. in *Mylii* memorabil. bibl. Ienens. pag. 217. nr. 538. quae num commentar. Merulae habeat adiunctum, equidem nescio. — Edit. *Veronens.* a. 1491. fol. de qua v. *Goetz* Memor. bibl. Dresdens. II. pag. 145. Exemplum eius est in bibl. Erlang.

Iunti-

*) Recte: exemplum quidem, quod in manibus habeo, inscriptum est *Quintus Curtius.* In auersa primi folii pagina legitur *Barth. Merulae epistola ad Franciscum* etc. Venet. 1494. III. non. Iul. scripta. In calce; *Impressit Venetiis Io. de Tridino* etc. a. M.CCCC.XCVI. (1496.) Scholia breuia ad marginem indicant argumentum rerum.

Iuntinae editioni 1507. 8. praefuiſſe et praefatum eſſe *Lucam Robiam*; contra alteri edit. a. 1517. 8. *Antonium Francinum Varthienſem*, *Bandinius* tradit in annal. typogr. Iuntin. II. pag. 23. et 121 ſq. idemque vtriusque recudi fecit epiſtolas nuncupatorias. At Bandini per errorem miſcuiſſe exemplaria, paene adducor, vt credam. In meo quidem exemplo Iuntin. a. 1507. praefatus eſt Antonius Francinus Varch. eiusque epiſtola iisdem plane verbis concepta eſt, quibus ea ſcripta legitur apud Bandin. quam ed. 1517. praefixam tradidit et reddidit. — Studio *Glareani* et cum eius adnotatt. Baſil. 1556. 8. per H. Petri.

Ad pag. 361. *lin.* 17.

Freinshemii editionem primam 1648. prodiiſſe, ſcriptum quidem eſt in Fabr. Erneſt. B. L. et in notitia editt. apud editor. Biponti-nos; ſed nullibi mentionem illius anni reperi, contra editio a. 1640. frequenter citatur.

Ad pag. 361. *lin. pen.*

Tellieri edit. recuſa quoque eſt Londini 1725. 8.

Ad pag. 362. *lin.* 12.

Maittarii ed. recuſa eſt Londini 1751. — 1752. — 1769. 12. — *Curtii* hiſtoria, cum commentario *Chriſtoph. Cellarii*. Hagae Comitum 1727. 8. II. tom. (Pinelli catal. II. pag.

pag. 66 sq.) — historiarum libri. Edinburgi, 1732. 12.

Ad pag. 363. *sect.* 4. *lin. ult.*

Curt. cum notis. Arof. 1789. 8.

Q. Curtii Rufi — libri superstites. E recensione et cum supplementis Io. Freinshemii, varietate lectionis atque perpetua adnotatione illustrati a M. *Dit. Ioach. Theod. Cuntzio*, scholae Schoeningensi Rectore. Vol. I. pars I. Helmstad. 1795. mai. 8. Reliqui tomi nondum e prelo exierunt.

Ad pag. 365. *sect.* 6. *fin.*

De versionibus *germanicis* v. *Degen* saepe laudatus et *Goetz.* Memorab. Bibl. Dresd. II. part. I. p. 151. — In linguam *anglicam* conversa est historia Curtii a *Io. Brende*, Londin. 1553. 1561. 4. 1570. 8. et 1592. 4. — a *Roberto Codrington*, Londini 1652. 4. 1670 et 1673. 12. — ab anonymo, Londini 1696. 8. — a *Io. Digby*, 1714. 1726. 12. II. vol. — tum correctior ab *Young*, Londin. 1747. 12. II. voll. cum tabb. geographic. — In linguam *hispanicam* a *Ludou. de Venollet*. Barcinone per Petr. Posa Gotholaunum Presbyterum et Petr. Bru Sabaudum socios. 1481. fol. — vna cum collatione Caesaris cum Alexandro M. Hispali per Meinardum Vngut et Stanislaum Polonum, 1496. fol. Reliquas hispanicas indicauit Fabric. l. c.

pag. 355. — De verſionibus, quae ſunt haud paucae, *italicis* v. *Paitoni* bibliotec. degli Autori — volgarizzati, tom. I. p. 274 ſqq. qui tamen omiſit antiquiſſimam, a *Candido Decembrio* factam, Florentiae 1478. 4. de qua plura diſſeruerunt *Bure* in catal. bibl. ducis de la Valliere. tom. III. p. 129. *Foſſius* in cat. codd. ſaec. XV. impreſſor. bibl. Magliabecch. I. p. 584 ſq. aliique a *Panzero* I. pag. 406. et IV. p. 299. citati. — In linguam *gallicam* a N. *Seguier*, Pariſino. Pariſ. 1613. 8. et Genevae per Petr. de la Roviere, 1614. 8. — celebris eſt illa, auctore *de Vaugelas*. Pariſ. 1647. 4. — ed. III. cum Freinshemii ſupplem. a *Ryero* gallice verſis, Pariſ. 1659. 4. — Amſtel. cum figg. 1673. 1684. Pariſ. 1716. II. tom. et ſaepius in 8. — In linguam *belgicam* A. *Snel*. Delft. 1613. et Rotterod. 1648. 8. — a *Glaſemakero*, Amſtel. 1663. 8. — In linguam *Danicam* per Syluium Hattersleb. Hafniae 1664. 8. — per *Wingaard*. Hafniae 1704. 8. — Tertius liber a *Io. Schewing*. ibid. 1764. 8. — In ling. *Ruſſicam* ab *Elia Kopvewitz*, Mosquae 1710. 4. — et a *Steph. Craſſenennicov*. cum notis. Petropoli 1750. II. voll. 8. — De *epiſtolis* Curtio noſtro perperam tributis v. praeter Fabricium l. c. pag. 355 ſq. *Götz* Memor. Bibl. Dresd. vol. II. part. I. p. 151 ſq. *Foſſium* l. c. I. p. 585 ſq. et *Maittaire* A. T. IV. pag. 721. atque in indice pag. 321.

Ad

Ad pag. 365. *lin.* 6.

In noua edit. *Fabr.* B. Gr. Vol. III. pag. 32 sqq. catalogum scriptorum de rebus Alexandri M. insigniter auxi, duce potissimum cel. *St. Croix*, cuius librum laudatum *Richard Clayton* in linguam anglicam transtulit, praeterea multa emendauit et addidit, quasdam auctoris gallici sententias oppugnauit aut confirmauit, quaedam resecuit, Bath et Lond. 1793. mai. 4. — *P. Hofstrupii* syllabus emendationum in Curtium. Hauniae 1745. 4.

Variae lectiones et supplementa Q. Curtii Rufi, e Mss. coll. Corp. Chr. et Bodl. *Th. Burgess.* e cod. Ravlinsoniano depromsit et edidit in Musei Oxoniensis litterarii conspectu etc. Oxonii 1792. mai. 8. partic. II. — Animaduersiones critic. in locos quosdam Q. Curtii Rufi auctore *Cunze*. Helmst. 1789. 8.

Ad §. 12. *pag.* 366. *sect.* 3. *lin.* 5.

Vide supra, supplem. part. I. pag. 202. et *Pinelli* catal. III. p. 15 sq.

Ad pag. 366. §. 13. *sect.* 4.

De edit. R. R. scriptorum etc. *Venet.* a. 1470. conf. *Sardini* Esame — ovvero Storia critica di Nicol. Jenson. libr. III. p. 8. — Num *Columella* de cultura hortorum, Parmae 1478. fol. solus, (vt Orlandi et Maittaire tradunt,) an, (vt Corn. Beughem scribit,) iunctim cum reliquis scriptoribus R. R. prodi-

rit in lucem, *Iren. Affò* in Saggio di Memorie su la Tipografia Parmense, pag. LXVII. se nescire fatetur.

Opera agricolationum: Columellae, Varronis, Catonisque: nec non *Palladii* cum exscriptionibus et commentariis D. *Phil. Beroaldi.* Ad calcem: „Impressa *Regii* impensis Franc. Mazali Regien. Imperante Diuo Hercule Este. MCCCCLXXXXVIIII. (1499.) die XX. Nou." Fol. Ne quis in hac editione commentarios quaerat, cauendum est. Scholia autem eaque breuia, ad marginem posita, nihil faciunt ad lectionis varietatem aut loci sensum atque interpretationem. Libri tantum XI. Columellae marginem ambit fusior *Iunii Pomponii Fortunati interpretatio in carminibus Columellae.*

In secundo tomo scriptorum R. R. edit. *Schneideri* est *Columella*, v. Supplem. part. I. p. 33. — *Columella* de R. R. Dublin 1732. 8. — *Columellae* de R. R. libri XII. curante I. Matth. Gesnero: tomus I. cui et suas adsperſit notas (germanice scriptas) *Io. Henr. Reis*, praepositus atque pastor apud Guelfert. Flensburg. 1795. 8. mai. conf. A. L. Z. a. 1795. n. 271. m. Oct. p. 54 sqq. — *Reis* in Braunschweig. Journ. 1790. XI. emendauit locum Columellae de R. R. lib. IX. c. 4. §. 3.

Ad pag. 367. nr. 6.

In linguam *anglicam* translatus et observatt. illustratus est *Columella*, Lond. 1745. 4.

add.

add. part. I. supplem. pag. 164. — In linguam *germanicam* a *Grose* cum reliquis scriptor. R. R. — et *Colum. Abhandlung von den Bäumen, oder Anhang zu seinen 12 Büchern von der Landwirthschaft* a *I. Rim*, (cum obseruatt.) Dresdae 1791. 8. est quoque in eiusdem *auserlesenen Sammlung oekonomischer Aufsätze*, fascic. III. tom. II. conf. vniuers. bibl. german. vol. 113. part. I. p. 189 sqq. — In linguam *italicam* a D. *Giangirol. Paganio*. Venet. 1793. 8. v. Supplem. part. I. p. 93.

Ad §. 15. pag. 370. lin. 9.

Saxius l. c. Petronium vocat fatuitatis et nequitiarum *Claudii Aug.* irrisorem, et comprobat Burmanni iudicium, Petronium in satirico suo non vitia *Neronis*, sed *Claudii* stoliditatem sale perfricuisse, etiam adpellat *Io. Frid. Christium*, in excursu X. ad Villaticum pag. 115 — 119. — *Lin.* 13. scr. *liber mutilus et detruncatus.*

Ad pag. 371. sect. 4. lin. 12.

De prima *fragmenti* editione clar. edit. Biponcinus, qui pleniorem eamque criticam composuit editionum historiam, copiosius disserit, et illam adserit anno 1476 vel 1482. eamque Reviczky Comes in catal. pag. 108. suspicatur, excusam fuisse Mediolani typis Lauagnae.

Editionis Venetae 1499 repetitio, neque tamen mera, est *Lipsiensis*, cura et studio *Hermanni Buschii* Pasipilii Monasteriensis, per Iac. Thanner, Herbipolensem, 1500. 4.

Ad pag. 372. lin. 22.

Duplicem edit. *Francofurtanam* a. 1629. memorant *Hamberger* Z. N. II. pag. 115 sq. et vberius editores Bipontini. Altera est inscripta:

T. Petronii Arbitri satyricon commentariis, siue excursibus medico-philosophicis, itemque notis vniuersalibus et perpetuis, recens adornatum. Editio noua et locupletissima. Accessit ad mantissam sylloge clariss. aliquot interpretum, quorum in Petronium castigationes nondum editae, (scil. Io. Alex. *Brassicani*, Io. *Aurati*, Henr. *Memmii*, Alph. *Delbenii*, Cl. *Puteani*, Iac. *Bongarsii*, Matth. *Patissonii*, Io. *a Wouwer*, C. *Scioppii*, C. *Barthii*, Mich. G. *Lundorpii*, Io. *Weitzii*, Renati *Moreau*; accesserunt *Pithoei*, *Lipsii*, *Dousarum*, *Pignorii*, *Darleantii* etc. notae in fragmenta et catalecta Petroniana.) Nouiter recensente *Io. Petro Lotichio*. Francof. ad M. typis Wolfg. Hofmanni. 1629. 4. II. partt. Prior pars voluminis continet auctoris contextum cum ingenti nec erudito vtique Lotichii commentario; posterior comprehendit memoratas virorum doctorum notas.

Altera: *Petronii* — Satyricon. Extrema editio ex muſeo D. Ioſ. Anton. *Gonſali de Salas*. Francof. ad M. 1629. min. 4. Editor ſubinde mutauit ex ingenio contextum; ſed commentar. eſt praeclarus, et additae ſunt C. Scioppii ſymbolae criticae. — Gonſali edit. repetita eſt Francof. ad M. apud Zunerum, 1643. 4. — *Petron.* cum notis criticis, (audacioribus,) et gloſſario *Io. Bourdelotii* iam prodiit Pariſ. 1618. 12. — 1645. 12. — Edit. eadem Bourdel. renouata eſt Amſtel. 1663. 12. repurgante ſingula *Rutgero Hermannide*.

Ad pag. 373. *lin.* 13.

Secundae mem. editionis meum exemplum eſt in forma 32. et inſcriptum *T. Petronii — Satyricon cum notis Boſchii, Reineſii, Schefferi.* Acceſſit fragm. Tragurianum et quod Albae Graecae recuperatum eſt a. 1688. Amſtelaed. apud Ioann. Wolters. ɔIↃIↃCC. (1700.) Boſchii dedic. ſcripta eſt 1676. In praefat. memorat ille, quibus et ſcriptis et editis vſus ſit ſubſidiis ad textum emendandum. *Petron.* cum fragmentis. Lond. 1707. 1711. 12. cum figg. et in *Maittaire* Opp. et fragm. vett. poet. latin. Londini 1713. fol. vol. II. pag. 1567.

Ad pag. 374. *lin.* 15.

Scr. *Petronius ex edit. Nodoti.*

A pag. 375. lin. 1.

T. Petronii Arbitri satiricon cum supplementis Nodotianis; acced. veterum poetarum cataleeta: praemittitur notitia litteraria, studiis societatis Bipontinae. Editio accurata. Biponti 1790. 8. Est repetitio edit. Burmann. — Antonianae.

Ad pag. 375. lin. 5.

Lege *Statilii*. — Nouum autem Petroniani operis fragm. integrum coenae Trimalchionis fabulam complectens, et Tragurii in Dalmatia, in *Nicolai Coppi* bibl. repertum, primus vulgauit *Paullus Frambottus*. Patauii 1664. 8. v. editores Bipontin. p. XXIX. sq. qui pag. XXXV. versiones plures enumerant.

Ad pag. 376. sect. 6.

Versionibus addantur sequentes: *Titi Petronii Arbitri sämmtliche Werke, metrisch u. prosaisch uebersetzt, mit einem vollständigen Commentare von I. G. Karl Schlüter*, Halae Sax. 1796. 8. II. voll. conf. Jen. A. L. Z. 1796. m. Nou. nr. 346. — *Titus Petronius Arbiter Satiricon sämmt Nodots Ausfüllung, neu uebersetzt.* Blankenburg. et Lipsi. 1798. med. 8. — Versiones *anglicas* recenset *Brüggemann* View etc. p. 647 sq. — De *gallica* versione: Histoire secrette de Neron, ou le Festin de Trimalcion, traduit de Petrone, avec des notes historiques par M. *Lavaur*.

vaur. Paris 1726. mai. 12. II. vol. v. Acta erudit. Lipſ. m. April. 1728. pag. 159 ſqq. *Lavaur* corroborandam ſibi ſumſit et demonſtrandam Wagenſeilii ſententiam, a Petronio ſub nominibus, hominibus et actionibus fictis, quaſi in tabula depingi ac repraeſentari priuatam Neronis inter aulicos vitam, incontinentem illam et plane deridiculam, moresque perditos cum ipſius imperatoris tum libertorum eiusque ſodalium. Secus ſentit cenſor, nouisque argumentis confirmat Burmanni iudicium, *Claudium* potius quam Neronem deſcribi. Is etiam quaerit, quum alii *Caio*, alii *Tito*, Petronio hanc ſatiram adſcribant, annon verius eius auctor eſſe poſſit *Publius* ille *Petronius*, cuius Seneca in Apocolocynthoſi meminit *vetus conuictor Claudii et Claudiana lingua* (h. e. lingua latino-graeca barbara, quae in aula Claudii vigebat, et per omnem hanc ſatiram feſtiuiſſimam arguta imitatione exagitatur,) diſertus? — De *italicis* verſionibus v. *Paitoni* Bibliot. tom. III. pag. 104 ſq.

Ad pag. 377. ſect. 4. init.

De *Venata* ed. per Nic. Ienſon. a. 1472. v. *Sardini* Eſame — ovvero Storia critica di Nic. Ienſon. libr. III. pag. 22. — Non recuſa eſt, (vti ſcripſeram in Notitia,) ibid. a. 1476. ſaltem ignorant eam Panzer et Sardini. Contra *Parmae* 1476. prodiit *Plinii* H. N.

edit. ex Ienſoniana ducta, in locis tamen nonnullis emendata a *Phil. Beroaldo*, mai. fol. per Steph. Corallum, et mater quaſi eſt editt. *Taruiſ.* 1479. *Parmenſ.* 1480. 1481. *Venet.* 1481. 1483. fol. etc. conf. *Iren. Affò* Saggio di Memorie ſu la Tipograf. Parmenſe, p. LIX. LXIX. et LXXXII. — Verſionem vero *Chriſtophori Landini* italicam, *Venet.* ap. Nic. Ienſon. 1476. fol. min. pluribus indicant *Panzer* A. T. III. pag. 113. (qui bene adnotat, edit. *latinam Ienſon.* h. a. quam habet catal. S. Philipp. nr. 1227. eſſe fabulam,) *Sardini* l. c. pag. 40. et *Foſſius* in cat. codd. ſ. editt. ſaec. XV. in bibl. Magliab. II. pag. 379 ſqq. qui vir cel. p. 374 ſqq. vberius recenſet edd. *Venetas* 1469. 1472. fol. — *Romanam*, 1473. *Parmenſ.* 1481. min. fol. — *Venetas* 1487. 1491. fol. min. — 1499. fol. min. ex caſtigatione Hermolai Barbari. — denique verſion. *italicam* Venet. 1489. fol. min.

Ad pag. 378. *lin.* 6.

De *Beroaldi* caſtigatt. Plinianis earumque editt. plura v. in *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia vol. II. part. I. pag. 260 ſq. vbi Hermol. Barbar. 5000 errores in Plinio correxiſſe dicitur.

Ad pag. 381. *lin.* 2.

Plinii Secundi H. N. ad Titum, imperatorem, praefat. ex MSS. et veteri editione recen-

recenſuit, et notis illuſtrauit *Dauid Durandus*. Londin. ap. Guil. Innys. 1728. 8.

Ad pag. 381. *lin. vlt.*

Edit. *Franz.* vol. IX. lucem adſpexit Lipſiae 1788. 8. — Ex *C. Plinii Sec.* H. N. excerpta, quae ad artes ſpectant. Lectionibus acad. accommodata a *Ch. G. Heyne:* ad calcem adiiciuntur eiusd. adnotatt. Göttingae 1790. 8. — *Plinius* Naturgeſchichte 34 B. kritiſch bearbeitet von *Ioſ. Dornford*. Gotting. 1780.

Ad pag. 383. *ſect.* 6. *lin.* 4.

De *Nic. Leoniceni* libr. de Plinii et aliorum in medicina erroribus, Ferrariae 1492. 4. v. *Panzer*. A. T. I. pag. 401. — Ei oppoſita eſt *Pliniana defenſio Pandulfi Collenucii* Piſaurenſis ICti aduerſus Nic. Leoniceni accuſationem. Ferrariae ſ. nota anni, 4. v. *Panzer* l. c. pag. 403.

Beati Rhenani Seleſtadienſis rerum germanicarum libri tres. Adiecta eſt in calce *epiſtola* ad D. Philipp. Puchaimerum *de locis Plinianis* (libr. VIII. cap. 50. 52. 53. 55.) per St. Aquaeum attactis, vbi mendae quaedam eiusdem auctoris emaculantur, antehac non a quoquam animaduerſae. Baſil. in offic. Froben. 1531. fol. — *Fredemundi Pintiani* Obſſ. in Plinii H. N. libros omnes. Ex typogr. Commel. 1593. fol. — aut *Eiusdem* obſſ.

obſſ. in loca obſcura aut depravata H. N. C. Plinii. Antwerp. Mart. Nutius. 1547. 8. — *Franc. Maſſarii* caſtigatt. in IX. librum Plinii de naturali hiſtoria. Baſil. 1537. 4.

Meleh. Guilandini *) comment. in Plinii capp. aliquot difficillima et vtiliſſima. Lauſannae 1576. 4. -- *Eiusdem* Papyrus, h. e. commentar. in tria *C. Plinii* maior. de papyro capita. Venet. 1572. 4. — Ambergae, 1613. 8. Contra eum ſcripſit *Ioſ. Iuſtus Scaliger*. Animaduerſiones in Melchior. Guilandini commentarium in tria C. Plinii de papyro capp. libri XIII. in *Ioſ. Iuſt. Scaligeri* Opuſculis variis antehac non editis: nunc vero multis partibus auctis, Francofurti 1612. 8. pag. 1 — 52.

Hiſtoire de la Peinture ancienne, extraite de l'Hiſtoire naturelle de Pline, Liv. XXXV. Avec le Texte *Latin*, corrigé ſur les MSS. de Voſſius et ſur la I. Edit. de Veniſe, et éclairci par des Remarques nouvelles. (Par *Dav. Durand*). Lond. 1725. fol. — Idem edidit Hiſtoire naturelle de l'or et de l'argent. extraite de Pline Naturaliſte, Livre XXXIII. Avec le Texte *Latin*, corrigé ſur les MSS. de Voſſius et ſur la I. Edit. et éclairci par des Remar-

*) *Guilandin.* non fuit Italus natione, ſed Regiomont. in Boruſſia ortus, eiusque nomen proprium germanicum fuiſſe dicitur *Wieland* aut *Wielländer*.

Remarques nouvelles, outre celles de J. Fr. Gronouius etc. Lond. 1729. F.

Selecta quaedam ex *C. Plinii Secundi* Historia naturali: ad vsum scholarum accommodata. (cura *Iac. Aikin.*) Warringtoniae, typis Guil. Eyres: impensis I. Iohnson. — Londini 1776. 12. conf. *Brüggemann* View etc. p. 670. vbi variae obss. in Pliniana loca atque emendatt. quae a viris doctis Britannis scriptae, in diuersis operibus aut actis litterariis publicatae sunt, sollerter indicantur.

Ad pag. 385. lin. 14.

Idem *Gothofr. Grosse*, V. D. edidit: *Plinianische Anthologie*, oder auserlesene Stellen aus der Natur- und Kunstgeschichte des ältern *Plinius*. Mit erklärenden kurzen Anmerkungen von *Gottfr. Grosse*. Halae Saxon. 1798. 8. — De versionibus plura dabunt Fabricius et editor Bipont. — In linguam igitur *anglicam* transtulit Plinii H. N. *Philemon Holland*. Londin. 1601. 1634. fol. II. voll. v. *Brüggem.* l. c. — De versionibus *italicis* v. *Paitoni* Bibliot. saepe laudatam tom. III. pag. 131—142. — In linguam *gallicam* transtulit *Plinii* hist. natur. *A. du Pinet*, Lugduni 1566. et 1581. fol. II. voll. rec. Paris. 1622. fol. II. tom. — Morceaux extraits de l'hist. naturelle de Pline par Mr. *Geroult*. Paris. 1785. 8. — In linguam *hispanicam Geron. de Huerta*. Madrit. 1624. — 1629. II. vol. fol.

fol. — In linguam *belgicam* anonymus, sp. A. Benier. Campen. s. a. in 4. — V. libr. Amstel. 1662. 8.

In Braunschweig. Journ. a. 1789. aliquot Plinii loca explicantur. — In Magazin für Schulen, I. 2. pag. 432 sqq. *Henr. Guil. Rotermund* illustrat atque interpretatur loc. libri XXXVI. cap. 66. — *Fiorilli* Obs. in locum Plin. H. N. XXXV. 10. in Biblioth. der alten Litterat. vnd Kunst. part. II. Gottingae 1787. 8. p. 114 sqq. — Litteraria supplementa ad libr. II. (quo duce olim in litterarum vniuersitatibus astronomia docebatur,) in: *Vorrath kleiner Anmerkungen veber mancherley Gegenstände von B. v. H.* Lipsi. 1795. 8. — Nonnulla *Plinii* loca emendantur a *C. Voelkel.* in: Veber die Wegführung der Kunstwerke aus den eroberten Ländern nach Rom. Lipsiae 1798. m. 8. pag. 60. 70. 90. in notis; cuius libri censor in Jen. A. L. Z. a. 1799. nr. 27. m. Jan. corrigit Plin. H. N. XXXIV. sect. 19. *Athenis Statiram* (loco vulgatae lect. *satyrum*,) n. filiam Darii natu maximam: Plin. XXXIV. sect. 19. 8. *Sophocleo habitu*, (in codd. *soleo habitu*;) Harduinus dederat *Eleo hab.* Voelkel. autem emendare voluerat *insolito hab.* A Voelkelio p. 80. locus Plin. XXXXVI. sect. 4. 8. bene emendatur atque explicatur; sed censor addit docetque *Liberam* ibi esse Proserpinam. etc.

Blasius

Blaſius Merrem de animalibus ſcythicis apud Plinium, (H. N. VIII. 5, 15. 16.) Göttingae 1781. 12. de Biſone, Vro, Bubalo, equis feris, Alce, Achlide, Tarandó, Bonaſo, quem auctor eumdem cum Biſone habet. — rec. in *Chriſt. Frid. Ludwig*, D. et Profeſſ. Delectu opuſculorum, ad ſcientiam naturalem ſpectantium, vol. I. Lipſiae 1790. 8. nr. 3.

De Guignes hiſtor. et geographicae obſſ. de Plinii narrationibus, quae ſpectant originem et antiquitatem Indorum, Indiaeque geographiam; it. de memorabilibus Indiae mutationibus, in Hiſt. et Mem. de l'Acad. Pariſ. des Inſcr. vol. 45. a. 1793. conf. cl. *Heeren* recitat. in commentar. ſociet. doctrinarum Gottingenſis. tom. X. et XI. — Interpretes alios partium quarumdam enumerat editor Bipontin. p. XXIII. ſqq.

Ad pag. 387. §. 18. *init.*

Num *Quinctilianus*, an *Quintilianus*, (ejecto τῶ ι,) ſcribendum ſit, curioſe inquirit cl. *Spalding.* in praef. ad ſuam edit. vol. I. pag. XXXIII. ſqq. et poſteriorem ſeruat defenditque ſcripturam. Idem ibid. diligenter verſatur in quaeſtione, a quo et cuius opera Quintilianus acceperit ornamenta conſularia, aliaque, quae ad vitam ſcriptaque Quintiliani cognoſcenda faciant, docte explicat.

Ad

Ad pag. 388. *sect.* 3. *lin.* 21.

Naſtii ſententiam argumentaque oppugnavit *Lud. Gottlieb Crome*, Iohannei Lüneburg. Rector, in II. programmatt. de legendo dialogo de oratoribus ſ. de cauſſis corruptae eloquentiae, qui Tacito vulgo inſcribitur, ſed incerti auctoris. Lüneburg. 1790. In priore progr. V. D. perſequitur libri argumentum; in poſteriore exponit diuerſa variorum de auctore libri iudicia; cui vero recte tutoque poſſit tribui, definire non audet; putat tamen, dialogum ſub Domitiano intra a. Chr. 80. et 95. certe quidem ante Neruam imperatorem, fuiſſe ab incognito quodam conſcriptum. Recuſa ſunt illa programm. in: Magazin für öffentliche Schulen etc. tom. I. part. I. pag. 35 ſqq. et tom. II. part. I. pag. 1 ſqq.

Ad pag. 389. *lin.* 18.

Schulzii editio et *Naſtii* verſio recenſentur in Allgem. deutſch. Biblioth. vol. 87. part. I. pag. 271 ſqq. vbi prioris loca, quae is pag. XIV. epiſtolae nuncupatoriae a ſe mutata ſcripſit, ſub examen vocantur; poſterioris vero interpretatio laudatur, quibusdam reiectis expoſitionibus.

Ad pag. 390. *lin. antep.*

Venetae *declamationum* edd. a. 1481. et a. 1482. ſunt in bibl. publ. Erlangenſi. — *Taruiſiana* edit. haec eſt: *M. Fabii Quinti-*

liani

liani Declamationes. Eiusdem oratoriarum institutionum libri XII. recogniti per Andr. Pontium Brixianum. — impr. Tarvisii per magistrum Dionysium Bononiens. ac Peregrinum eius socium. 1482. fol. v. quos laudat cel. *Panzer* A. T. III. pag. 40.

Ad pag. 391. lin. 6.

Quintil. institutt. cum adnotatt. *Regii* iam lucem adspexerunt *Venetiis* per Lucam Venetum, 1482. fol. teste *Denis.* supplem. pag. 156. — Immo vero in *Mylii* memorabil. bibl. acad. Ienens. pag. 193. citatur Quintil. cum comment. *Raph. Regii.* Venet. 1473. fol. adpicto signo *N.B.* — Edit. *Mediolanen-sis*, cum adnotatt. *Bapt. Regii*, *Mediolani* 1491. fol. quam citat *Saxius* in histor. litt. — typogr. Mediol. pag. 589. ex *Maittario* IV. part. 2. pag. 784. et hic ex catal. anonymi, vel propter praenomen *Baptistae* suspecta dubiaue esse videtur. — Editio *declamationum*, Mediolani 1493. fol. pariter suspecta est cel. *Panzero* II. p. 74.

M. Fabii Quintiliani declamatt. CXXXVI. a *Thadaeo Vgoleto* recognitae. Parmae per Angel. Vgoletum 1494. fol. v. *Panzer* II. p. 258. et *Affò* in Saggio di Mem. su la tipogr. Parmense pag. CII. sq. qui curate eam describit editionem, et docet hanc esse primam minorum 136. declamationum. — Editionem autem *Parmensem* 1490. fol. quam

editores Bipont. pag. XXVIII. citant ex catal. bibl. Mark. p. 155. *Affò* et *Panzer* omnino ignorant, et ego valde ſuſpectam habeo. — *Quintiliani inſtitutiones cum commento Laurentii Vallenſis: Pomponii: at Sulpitii.* In calce: Impreſſum Venetiis per Peregrinum de Pasqualibus de Bononia. Anno dom. M. CCCC. LXXXXIIII. (1494.) die XVIII. Auguſti. Eſt exemplum in bibl. publ. Erlang.

Ad pag. 391. *lin.* 12.

Editionis *Iuntinae* a. 1510. quam pluribus recenſent editores Bipontini pag. XXXI. et memorat ſiue Erneſti ſ. Fabric. in B. L. II. pag. 269. nec Maittaire nec Panzer V. C. nec Bandin. in Annal. Iunt. typogr. facit mentionem. — Editionis Iuntinae genuinae mera repetitio eſt editio Aldina. Quare ſi *Humbergerus* Z. N. II. p. 218. ſcribit, Andr. Naugerium et I. Bapt. Rhamuſium ad hanc editionem parandam contuliſſe operam curamque, haec tantum verſata eſt in correctione ſpeciminum typographicorum. Atqui Aldus in epiſtola nuncupatoria ad Rhamuſium, (habeo autem in manibus ed. in aedibus Aldi et Andreae Soceri, 1514. in 4.) „quem (Quintilianum), ait, dum curſim recognoſceret Naugerius noſter, (minimum enim otii inter recognoſcendum habuit, feſtinantibus impreſſoribus —) adſiduus illi adiutor haeſiſti et comes, tamquam alter Achates.“ Et tamen iactitat,

ditat; Quintilianum correctum, atque longe alium ab iis, qui habeantur in manibus, exire ex aedibus suis; multa tamen relicta esse inemendata, non negat.

Ad pag. 392. *sub finem.*

M. Fabii Quintiliani I. O. libri XII. quibus adiectum est Fabianarum notarum spicilegium subsiuum *Dan. Parei*, Phil. filii; accesserunt etiam Quintilianae declamationes. Londini 1641. 8. — rec. ibid. 1662. 8. — *Quintil.* declamationum liber; adiectus est eiusdem (vel *Tatiti*) dialogus de caussis corruptae eloquentiae: vterque notis illustratus. Oxonii; e theatro Sheldoniano. 1675. 8. — Declamationum liber, cum dialogo de caussis corr. eloq. Quae omnia notis illustrantur. Oxon. e theatro Sheldon. 1692. 8.

Ad pag. 393. *lin.* 22.

Gibsoni edit. auctior notis e Turnebo et aliis. Acc. Tribunus Marianus: declamatio pro Tribuno contra militem, cum indice. Lond. impensis I. Nicholson. 1714. 1716. 8.

Ad pag. 394. *lin.* 17.

Nouam, eamque criticam, editionem cum eruditis atque vberioribus, et criticis et exegeticis historicisque animaduersionibus parare instituit cl. *Spalding*, cuius edit. primum volumen, venuste excusum, prodiit, inscriptum:

M. Fabii Quintiliani de inſtitutione oratoria libri duodecim. Ad codicum veterum fidem recenſuit et annotatione explanauit *Georg. Ludou. Spalding*, A. M. Gymnaſii Berolino-Colonienſis Profeſſor. vol. I. continens libros I—III. Lipſ. 1798. ſumt. Siegfr. Lebr. Cruſii. mai. 8. — Praeterea nouam Quintil. editionem promiſit atque adnuntiauit cel. *Beckius*, Prof. Lipſienſ.

Car. Rollini edit. recuſa eſt Londini 1715. 8. — 1738. 8. et 1758. 8. — *Quintil.* Anweiſung zur Beredſamkeit. Xtes Buch. Hauniae 1776. m. 8. v. Volborth Neue philolog. Bibliothek. tom. III. Lipſiae 1777. 8. pag. 281 ſqq.

Ad pag. 395. *lin.* 24.

Scribe: *Leidae* 1726. 4.

Ad pag. 396. *lin.* 6.

Bonauenturae Andres chreſtomathia vtilis, poſthaec mutata, decurtata, adpendice tamen aucta, quodammodo repetita eſt et inſcripta:

Chreſtomathia Quintil. quam claſſibus iunioribus accommodauit, notis variorum et ſuis, adiecto in patrio ſermone appendice, auxit et dilucidauit *Laurentius Blaſs*, in academia Iulia Wirceburgenſi litterarum humaniorum Profeſſor. Wirceburgi 1793. 8. — Anhang zur Erläuterung vnd Ergänzung der in Quintilians Chreſtomathie aufgeſtellten Grund-

Grundſätze, zum Gebrauch der rhetoriſchen Schulen, ibid. 1792. 8.

Quintil. declamationes *anglice* vertit *Warr.* Londini 1686. 8. — Inſtitutiones autem oratorias *Guil. Guthrie.* ibid. 1756. 8. II. voll. et ſecundum Rollini breuiorem edit. *Io. Patfall*, cum notis criticis et exegeticis. ibid. 1774. 8. II. voll. v. *Brüggemann* View etc. pag. 672 ſqq. qui quaedam alia ſcripta, ad Quintilian. pertinentia, commemorat. — De verſionibus *italicis* v. *Paitoni* Biblioteca etc. III. p. 195 ſqq.

Colomeſii notae in Quintil. inſunt illius Operibus, a Fabricio editis, pag. 354 ſqq. — *I. Matth. Gesneri* proluſ. de Sipario Quintil. Gottingae 1742. 4. (v. ephem. litter. Lipſ. a. 1743. pag. 61.) rec. in eiusdem opuſculis minor. varii argumenti. (Vratislau. 1743. 8. tom. I. pag. 85 ſqq.) in praefat. pag. X. ſq. pauca addidit Gesnerus ſupplementa. — Cl. *Io. Mich. Lochmann*, Prof. Coburg. in Lectionibus Fabianis, VII. progrr. a. 1788. ſqq. 4. multa Quintil. loca egregie acuteque explicuit aut emendauit. — Praecepta rhetorica e libris Ariſtotelis, Ciceronis, *Quinctiliani*, Demetrii et Longini collecta, dispoſita paſſimque ſuppleta a *Fr. Aug Wideburg.* Brunouici 1786. 8. — *Reichel.* progr. de inerudiris voluptatibus ad locos quosdam M. Fabii Quintil. Altenburg. 1786. 4. — *I. F. Eckhard.* progr. germanice ſcriptum, in loc. Quintil. VIII. 3.

quo adfirmatur, oratori armis et *fortibus* et *fulgentibus* pugnandum esse. Isenaci. 1789. 4. — Add. *Saxii* Onomast. pag. 269 sq. et pag. 577 sq.

Ad §. 19. *pag.* 396. *sect.* 1.

Secundum *Homberger* in Z. N. II. pag. 230. natus est Tacitus circ. a. Chr. 60. et secundum *Lipsium* in vita Taciti extremo imperio Claudii, vel potius, initio Neronis, vixitque, vt idem opinatur, vel ad imperium Hadriani.

Ad pag. 397. *lin.* 3.

Tacitum sub Vespasiano Galliae Belgicae rationes procurasse, communis fere est recentiorum auctorum opinio, cui Iustus Lipsius, Cluuerius, G. I. Vossius, aliique suffragantur, Plinii Secundi in H. N. libr. VII. cap. 16. auctoritate innixi: sed hoc aliaque argumenta refutat *Io. Dan. Schoepflin.* in variis criticis, in *Operibus oratoriis* a Frid. Dominico Ring editis, vol. II. Augustae Vindel. 1769. 4. pag. 330 sqq.

Ad pag. 397. *sect.* 4. *lin.* 7.

Scribe: *librum de Germania* etc. de qua principe edit. v. cel. *Panzer.* A. T. III. pag. 63 sq. inprimis *Ernest.* in praef. ad Tacit. ed. II. pag. XIX. sqq. qui etiam docet, edit. *Romanam*, ab edit. Spirensi diuersam, esse commentitiam. — Alia quoque edit. *Romana* Histor.

Hiſtor. a. 1495. eſt fictitia. v. *Audiffredi* catal. — edd. Roman. ſaec. XV. pag. 336.

Ad pag. 397. *ſect.* 4. *lin.* 17.

De edit. Bonon. 1472. v. ad *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 365. et 367. et *Panzer.* I. pag. 205. Addatur edit. *Veneta* a. 1481. fol. in cuius calce legitur: „Hoc opus Diodori Siculi Hyſtorici vna cum *Cornelio Tacito de Germanorum moribus ac vita*, ab eruditis caſtigatum. Impreſſum fuit per Thomam Alexandrinum huius artis peritiſſimum. Venetiis regnante Ioanne Moenico, duce feliciſſimo. Anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo octogeſimo primo. die vigeſima quinta Nou.“ quam editionem diligenter deſcribit *L. Hauſs* in Lipſ. Allg. litter. Anzeiger n. 42. a. 1797. m. April. col. 452 ſqq. et varias lectiones cum omnibus ſcribendi vitiis excerpſit: in quibus ſunt bonae, quae Erneſti aliorumque lectiones confirmant. — De editione *Puteolani* Mediol. ſ. a. et *Venet.* 1497. v. Erneſt. l. c. pag. XXIII. cui ed. *Veneta* 1494. eſt ſuſpecta.

Ad pag. 398. *lin.* 6.

Baſil. edit. a. 1519. eſt quoque in bibl. Erlang. publ. Nec vero *Beatus Rhenanus eodem anno*, (vti ſcripſeram in Notitia,) recognouit Tacitum; ſed recognitionis illius exempla primum prodiere Baſileae 1533.

quae ed. iam habet thesaurum loquutionum atque constructionum Taciti singularium: de qua v. Ernesti et in praefat. mem. pag. XXXL sq. et in Fabr. B. L. citata p. 395. — repet. ib. 1544. fol. — Textus Beroaldinus vt plurimum repetitus est, interdum correctus ab Anton. Franc. Varchiensi, in edit. Iuntina, Florent. 1527. 8. (de qua v. *Bandini* Ann. typogr. Iunt. I. p. 87. et II. pag. 211.) — Contra mera editionis I. Rhenan. repetitio est *Aldina*, Venet. 1534. 8.

Ad pag. 398. *lin.* 13.

Muretum edidisse Romae 1580. *librum primum* Ann. cum notis suis, scribit Ernesti in praefat. Contra V. D. in ed. Bipont. tradit, Mureti *notas* in libros *priores* annal. prodiisse Romae 1580. et Ingolstad. 1604. atque 1608. 8. Mei quidem exempli haec est inscriptio: *C. C. Taciti* Annal. ab excessu Augusti Libri XVI. Ingolst. ex typogr. Ad. Sartori 1604. 8. Tum sequitur opusc. eiusdem tomi cum peculiari titulo: *M. Antonii Mureti* — commentarii in quinque libros Annal. Corn. Taciti. — — *Omnia nunc primum in lucem edita.* ibid. 1604. 8. idemque in dedicat. adfirmatur. Atqui in *Mureti* Operibus, a Ruhnkenio editis, tom. IV. sunt *Mureti* in Taciti Annal. libri V. notae vberiores, pag. 1 — 152. a pag. 153. autem, breves notae et variantes, quas Valens Accidalius ex

ex Mureti exemplo descriptas suis in eumdem auctorem notis inseruit. *Ruhnken.* in praef. ad Mureti Opp. vol. IV. nullam quoque facit editionis *romanae* mentionem; sed pag. XII. sq. vberiores in V. libros Annal. Taciti adnotatt. sive commentarios, scribit, in tertio volumine ed. Opp. Mureti Ingolstadiensis ex offic. Dau. Sartorii 1604. contineri, et illa opusc. n. comment. in Taciti Ann. et notas in Sallustium, accepta esse referenda Schotto ac Velsero. add. p. XXI.

Ad pag. 398. *circa fin.*

Antwerpiensis edit. 1600. 4. ex offic. Plantin. apud Io. Moretum adiunctum habet *Velleium Paterculum* cum Lipsii notis auctioribus. — Ex vltima manu Lipsii *Tacitus* cum Velleio Paterculo prodiit Antwerp. ap. Moretum 1607. fol. — De *Pichenae* et *Lipsii* meritis atque editionibus consules Ernesti praef. ad ed. II. pag. XXXV. sqq. ac de editt. *Gronouianis* pag. XXXIX. sq. — Exemplar *Taciti* ed. Berneggeri, Argent. 1638. 8. cum notis msst. Io. Andr. *Bosii* est in bibl. acad. Ienensi, teste Mylio. in Memor. bibl. acad. Ien. pag. 533.

Ad pag. 399. *lin.* 24.

Post voce. *Dublin.* 1730. 8. scr.: *III. voll.* et add, *Taciti Opp. quae extant, omnia,* ad editionem optimam *Theodori Ryckii* accurate ex-

preſſa. Huic editioni acceſſit eiusdem *Psychis* Seianus, cum indice locuplet. Londini typis Io. Brindley. 1754. et 1760. IV. voll. form. min. — *Taciti* Opp. ad edit. I. F. Gronouii expreſſa ſunt, Glasguae, typis Rob. Vrie et ſocietatis; ſumt. Io. Barry etc. Edinburgi — et Londini ap. Andr. Millar. 1743. 12. II. voll. — tum Glasguae, excud. Rob. et Andr. Foulis. 1755. 12. IV. voll.

Ad pag. 401. *lin.* 15.

C. C. Taciti Opp. cum ſcholiis, (ad modum fere Minelli,) in vtilitat. iuuentutis edidit *G. W. A. Lempelius*, ſcholae Slesuicenſ. Conrect. Slesuic. et Lipſ. tom. I. 1791. 8. Conf. Jen. Allg. Litt. Zeit. a. 1794. m. Mart. nr. 106.

Taciti Opp. in vſum ſcholarum diligenter expreſſa, cum varietate lectionis Bipontinae. Halae Saxon. 1793. 8. Tom. I. etiam cum inſcriptione: *C. C. Taciti Annales.*

Taciti Opp. Tubingae. vol. I. 1797. — vol. II. 1798. 8. — Splendida editio eſt *Parmenſis*, typis Bodon. m. fol. — *Taciti* Opp. ſunt quoque in collectione ſcriptorum hiſtoriae Auguſtae *Sylburgiana* III. voll. fol. — Aurel. Allobrog. per Petr. de la Roviere. 1609. fol. II. voll. et ib. 1643. fol. *Sam. Chouet* ibid. 1652. fol. II. voll. et in tertio volum. collectionis *Hauerſianae*, (v. ſupra in part.

part. I. pag. 34 ſq.) cum variis lectt. ex Lipſio et Pichena.

Ad pag. 401. lin. 24.

De verſionibus *germanicis* v. *Degen* libro ſaepius mem. H. pag. 425 ſqq. — de *italicis* v. *Paitoni* Bibliot. cit. vol. IIII. p. 77 ſqq. — de *anglicis*, v. *Brüggemann.* View etc. pag. 691 ſqq. — Quinque verſiones, n. I. angl. I. hiſpan. I. german. II. gallicas et II. italic. comparauit *Freinshem.* ſub finem paraphraſeos Corneljanae. — Hic addam *italicas* et nonnullas alias verſiones:

Tacito colla traduzione in volgar Fiorentino di *Bernardo Davanzati;* Patav. 1755. 4. II. voll.

Opere di C. Cornelio Tacito, tradotte dal *Davanzati:* con le giunte di Brotier, e raffinamento di Raffaele Paſtore, con teſto *latino* a fronte. Baſſano 1780. 4. III. tom. — *Gallice* vertit *Dureau de la Malle,* Pariſ. 1789. 8. III. voll. v. Gothan. ephem. litter. de libris peregrinis. 1790. nr. 34. Tibere, ou les ſix premiers Livres des Annales de Tacite, par Mr. l'Abbé *de la Bleterie,* Prof. en Eloquence. Pariſ. 1768. 8. III. voll. — In linguam *polonicam* transtulit *Ad. Stanislaus Naruſzewicz.* Varſou. 1775. 8. III. voll. — in linguam *Lusitanicam*, *Luiz do Cento Felix.* Lisboae 1715. 4. — in linguam *Succicam*, Annalium librum I. anonymus, Holmiae, 1795.

1795. 8. — Omnes libros in *Danicam* linguam *Iac. Baden*, Prof. eloq. in vniuerſitate litterar. Haunienſi, cum animaduerſionibus. Hauniae. Pars I. 1773. — Pars II. 1775. — Pars III. 1797. 8. Libr. de Germania eius filius, *G. L. Baden*, D. Iur. antea verterat notisque inſtruxerat; quae edit. hic in parte III. repetita nouisque aucta eſt animaduerſionibus. conf. ephem. litter. Gotting. a. 1798. plag. 171. — Pater autem *Iac. Baden* antea quoque ſpecimen verſionis danicae cum commentatione ediderat Hauniae 1766. 8. — Die Geſchichte des Germanicus im Orient, aus einer Verdeutſchung des Tacitus zur Probe mitgetheilt von *H. V. Moeller*, Altonae 1766. 8.

Ad pag. 402.

Agricolae vita in edit. Veneta 1494. fol. pars eſt edit. Taciti hiſt. Auguſtae et de Germania etc. v. *Pinelli* cat. II. p. 98. *Strauſſii* opp. rariora bibl. Rebdorf. p. 187. *Panzeri* A. T. III. p. 414. atque *Erneſti* praef. pag. XXXIII ſq. — Vitam *Agricolae germanice* vertit *de Nicolai* in Vermiſchten Werken, Baſil. 1772. 8. pag. 119—164. — *Gallice* vertit *Duc de Nivernois*, in tom. IV. Oeuvres de *Mancini Nivernois*, aut etiam ſub titulo: Mélanges de Litterature en vers et en proſe, in tom. II. Pariſ. 1797. 8. — Vie de Julius Agricola par Tacite. Traduction nouvelle par Des··· Pariſ. 1797. 12. Laudatur verſio

in

in Jen. A. L. Z. a. 1798. m. Febr. nr. 68. — *Cn. Iul. Agricolae* vita, ſcriptore *C. Cornel. Tacito*, cum verſione anglica *J. Aikin.* Warrington, Eyres. Lond. Johnſon. 1774. min. 8. — A Treatiſe on the Situation, Manners and Inhabitants of Germany: and the Life of *Agricola:* by *C. Corn. Tacitus;* translated into English by *John Aikin*, cum copioſis adnotatt. et tabula Germaniae antiquae geographica, Warrington et Lond. 1778. 8. — The Life of *Agricola*, with an Account of the Situation, Climate and People of Britain. By *Tho. Gordon*, Lond. 1763. 8. De his aliisque, huc pertinentibus, libris v. *Brüggemann* View etc. p. 693 ſqq.

Ad pag. 402. ſub fin.

Taciti libellus *de Germania* a renatis literis toties eſt editus et illuſtratus, ve integrum tam editionum quam obſeruationum catalogum conficere, nimis foret longum taediique plenum, et, quicumque antiquitatem aut geographiam Germaniae ſcripſerunt, (quorum nubem collegit *Fabricius* in Bibliographia antiquaria ed. Schaffshauſen. Hamburg. 1760. 4. pag. 43 ſqq. pag. 203 ſqq. etc.) ii Taciti quoque libellum paſſim illuſtrarunt. V. amplum catal. et editionum et interpretationum aliorumque librorum maioris minorisque molis, in quibus Taciti libell. explicatur, in *Hummelii* Biblioth. der deutſchen Alterthü-

terthümer. Norimberg. 1787. 8. p. 41 ſqq. Quare pauca adiungemus. Quasdam edd. antiquiſſ. iam memorauimus: alias indicauit cel. Panzer in A. T. v. vol. V. ſine indic. p. 420.

Ad pag. 463. lin. 7.

Taciti liber de Germania cum comment. *Chr. Coleri*. Hanou. Wechel. 1602. 8. — Eiusdem *Coleri* ſpicilegium ad ſcripta Taciti. ibid. 1603. 8.

Tacit. de moribus Germanorum et de vita Agricolae, ex edit. Gabrielis Brotier ad alteram I. Aug. Erneſti collata. Lond. 1788. 8.

— *Taciti* de ſitu, moribus et populis Germaniae libellus cum annotatt. et vocabulorum explicatione (haud vtili) in vſum iuuentutis editus a *Io. Henr. Emmert.* Gotting. 1791. 8. conf. Jen. A. L. Z. 1795. menſ. Mart. nr. 80.

Taciti Germania, mit Stellen aus den Alten belegt, erläutert, verglichen, auch hie vnd da ergänzt, vnd zum Gebrauch in Schulen herausgegeben von *I. F. Schwedler.* Pars I. Halae Sax. 1794. 8. Hic quoque ib. 1793. 8. *germanies* vertit Taciti libellum.

— *Tacitus veber Gtrmanien*, Lateiniſch vnd Deutſch, von *Io. Chriſtoph Schlüter.* Dortmund. 1798. 8.

— *Taciti* de ſitu, moribus et populis Germaniae libellus. Mit grammatiſchen, philologiſchen vnd hiſtoriſchen Anmerkungen zum Gebrauch der Schulen bearbeitet von *Chriſti. Gottl.*

Gottl. Gotthelf Koch, zweitem Lehrer an der Stadtſchule in Neuſtadt bey Dresden. Miſniae 1799. 8. Valde caſtigatur labor Kochii in Erlang. Litterat. Zeitung. 1799. nr. 180.

Ad pag. 403. *lin.* 9.

Althameriani opuſculi prima editio, quam habeo, eſt inſcripta:

Andreae Althameri Brenzii ſcholia in Cornelium Tacitum Rom. hiſtoricum de ſitu, moribus populisque Germaniae etc. cum indice, totius libri ſummam complectente. In calce: Typis excudebat Norimbergae Frider. Peypus, impenſis prouidi viri Leonardi de Aich, bibliopolae ac ciuis Norimbergen. Anno viceſimō nōno ſupra ſesquimilleſimum. (1529.) 4. cum textu in multas particulas diſſecto. — Editio *altera* auctior habet inſcriptionem: — Commentaria Germaniae in P. Corn. Taciti libell. de ſitu etc. elucubrata Onolzbachii 1536. Norimbergae apud I. Petreium 1536. 4. — rec. in Opere hiſtorico in IV. tom. diuiſo, etc. tom. I. pag. 1 ſqq. Auguſtae Vindelic. 1574. fol. — tum cum aliorum commentariis et adnotatt. in Tacitum, ſtudio *Simon. Fabricii*, ibid. 1580. 8. — Porro: Ambergae 1609. 8. — Francofurti 1617. 8. conf. *I. A. Ballenſtad* in vita Althameri, Wolfenbüttel 1740. 4. pag. 16 ſqq. et *S. I. Ehrhardt* in III. continuatione examinis Lexici vniuerſ. litterar. Adelung. in Journal

nal von vnd für Deutſchland. a. 1792. part. VIII. pag. 692 ſq. — *Michaelis Virdungi*, hiſtor. et eloq. in acad. Norica Profeſſ., commentarius *in C. Iul. Agricolae vitam*, ſcriptore *Corn. Tacito*. Additae ſunt in eumdem Taciti lib. annotatt. *Matthiae Berneggeri*. Argentor. 1617. 8. — *Ex C. C. Taciti Germania et Agricola* quaeſtiones miſcellaneae, olim moderante *Matthia Berneggero* academicis exercitatt. ſparſim diſputatae. Vnum in corpus certumque ordinem ex B. ſoceri mandato inſtitutoque tributas ipſiusque adnott. msst. paſſim auctas edidit *Io. Freinshemius*. Argentor. a. Ch. 1640. 8.

De verſionibus *germanicis* praeter memoratas, et praeter *Hummel*. l. c. pag. 47 ſq. et *Degen*. l. l. p. 445 ſqq. vid. *Hauptmann* in Notitia breu. auctor. veterum p. 247 ſq. — Laudabilis eſt opera M. *Io. Henr. Martini Erneſti*, Prof. Coburgenſ. C. C. Tacitus von Deutſchlands Lage, Sitten vnd Voelkern. Mit erklärenden Anmerkungen, Ausführungen vnd Abhandlungen, und einem geographiſch-hiſtoriſchen Woerterbuche. Noribergae et Altdorf. 1791. mai. 8. — Alter tomus, ſiue Lexicon geograph. et hiſtor. habet peculiarem inſcriptionem: Verſuch eines geographiſch-hiſtoriſchen Woerterbuchs, vornehmlich zum Gebrauche des C. C. Tacitus. etc. ibid. 1792. m. 8.

Ad

Ad pag. 405. *lin* 14.

Plures *Ammirati Discorsi* etc. editt. atque libri versiones refert *Meusel.* noster in Bibliotheca historica, vol. IV. part. I. p. 354 sq. vbi quoque pag. 347 — 362. de Tacito et quibusdam editt. agitur, tum multae versiones multaque scripta, in quibus Taciti opera illustrantur, recensentur. Adde *Hummel.* l. c. pag. 48 sqq. Quapropter in fine huius paragraphi notitiam quorumdam librorum, praecipue recentiorum, subiungam: plura dabo alio tempore et loco.

Ad pag. 406. *lin.* 11.

Hilleri Ratemationes sunt deinceps continuatae, et a. 1790. prodiit Racem. XXXIX. in Annal. XIV. cap. 44, 3. cap. 51, 1 et 3. cap. 55. 4.

Ad pag. 407. *lin.* 17.

Cyriaci Lentuli, Prof. Marburg. aula Tiberiana et solertissimi ad imperandum principis idea. *Cornelius Tacitus* monitis ex annalium eius medulla erutis et liberiori disceptandi spatio ad nostri aeui vsum accommodatis, ciuilem in orchestram et militarem productus. Herbornae Nassou. 1663. 8. Taciti annales per aphorismos politice, inprimis historice explicantur.

Chronologiam historiae *Taciti* concinnavit *Dan. Chytraeus* in libello de ratione dis-

cendi et ordine ſtudiorum in ſingulis artibus recte inſtituendo. Witebergae, 1564. 12. fol. *N.* — De *Tacito* vid. quoque *Degorei Wheat* Relectiones hyemales, ed. Tubing. 1715. 8. p. 84 ſqq. et de Germania p. 119. atque *I. Chriſti. Neuii* acceſſiones ad Deg. Wheari relect. hiemales. ibid. pag. 128 ſqq. et de commentatoribus Taciti pag. 132 ſqq. it. pag. 5. part. II. acceſſionum etc. et p. 4 ſq. in eiusdem Mantiſſa ad D. Wh. relect. hiem. ibid. eod. anno.

Editionibus *Forſtneri* notarum etc. a cl. *Meuſelio* l. c. pag. 356. citatis addere liceat aliam, in qua VI. priores Annalium libri illuſtrantur, ſic inſcriptam:

Chriſtoph. Forſtneri, Auſtrii, ad libros ſex priores Annalium C. C. Taciti notae politicae. Quibus pleraque omnia, quae reliquis quoque Taciti libris continentur, ſuis quaeque locis explicantur. Adiuncta eſt in fine eiusdem oratio, habita Venetiis in excellentiſſimo collegio, menſe Iulio a. CIↃIↃCXXV. Adiectus etiam liber omiſſorum ſingularis eiusdem. Editio vltima, prioribus longe emendatior, et copioſo rerum indice locupletior. Lugduni Batau. ap. Franc. Moyardum. 1650. 12. Epiſtola Forſtneri nuncupatoria ſcripta eſt Patauii XII. Cal. Octobr. 1626. atque in catal. bibl. Thott. IV. p. 312. citatur editio Argentor. 1627. 8. et p. 360. occurrit edit. Lugd. B. 1655. 12. Continuatio autem illarum

nota-

notarum ſic eſt inſcripta in exemplo, quod habeo:

Chriſt. Forſtneri Auſtrii ad libros Annal. XI. XII. XIII. C. C. Taciti notae politicae. Quae ſunt continuatio notarum politicarum eiusdem Authoris ad ſex libros priores. Francofurt. ſumpt. Io. Beyeri. 1662. 12. Dedicatio ſcripta eſt Mombeligardi in Sequanis Cal. Maii a. CICIↃCLI. — Meo exemplo additum eſt opuſc. cum peculiari inſcriptione:

Chriſto. Forſtneri in tres poſtremos libros Annalium *C. C. Taciti* notae politicae. Francof. impenſis Io. Beyeri 1661. 12. et dedicatio exarata eſt Mombeligardi Cal. Septembr. CIↃIↃCLXI.

La Morale de Tacite. De la Flaterie. Par le Sieur *Amelot de la Houſſaie.* A la Haye, chez Adrian Moetjens. ſ. a. nota. 12. v. cl. *Meuſel.* loc. cit. qui tantum citat edit. Pariſ. 1686. 12. Praemiſſus eſt ſermo criticus, ſ. Critique de divers Auteurs modernes, qui ont traduit ou commenté les Oeuvres de Tacite; avec les jugemens que l'on a faits de ſon ſtile et de ſa Morale.

Io. Hill in Transactions of the Royal Society of Edinburgh. Edinb. 1786. 4. vol. I. pag. 76 ſqq. dedit duas commentatt. de principiis hiſtoricae compoſitionis, praecipue in ſcriptis Taciti declaratae. Illae ſunt translatae in linguam italicam et germanicam. *Ita-*

licae quidem verſionis haec eſt inſcriptio: *Saggio ſopra i principi della compoſizione ſtorica e loro applicazione alle opere di Tacito del Sign. Giov. Hill — — tradotto — con un appendice.* Pavia par P. Galeazzi 1789. 8. *Fontana*, Profeſſ. matheſeos Paviae, interpretatus libr. in adpendice, Taciti notationem et dotes ingenii acute explicuit. Conf. Jen. A. L. Zeit. 1792. nr. VII. menſ. Iun. p. 447. — *Germanice* vertit commentatt. *Hilli* et reliquorum ſcripta ſocietatis Edinburgenſ. doctrinarum, (Gottingae 1789. m. 8. p. 123—194.) et notas ſupplementaque addidit *Io. Gottl. Buhle*, Prof. Gottingenſ. Ueber die Talente vnd den Character des Geſchichtſchreibers, mit Anwendung auf die Schriften des Tacitus von *John Hill* etc.

M. *Lundblad*, eloq. et poeſ. Prof., diſſ. reſpondente E. G. Nolleroth, de ſtilo Cornelii Taciti. Lund. 1789. Tacitus vindicatur a crimine obſcuritatis, cuius ſcribendi genus colorem formamque accepiſſet partim ab eorum, quos ſequutus eſt, imitatione, partim ab amore antiquitatis, partim enatum eſſet ex ipſius moribus modoque ſentiendi cogitandique. — *Gabr. Ackeleye* exercitatt. in Tacitum de M. G. vet. Sorae 1608. 8. f. eiusdem XXV. exercitatt. politico-philologicae in Tacitum. Sorae ap. Kruſium. 1646. 8.

Aug. Chr. Borheck proluſio, qua ad cap. IX. Germaniae Taciti de Mercurio, Hercule, Marte,

Marte et Iſide Germanorum quaedam diſputantur. Duisburg. 1790. 8. — rec. in Neues Magazin für Schullehrer etc. Gotting. 1793. tom. II. part. I. p. 234. Conf. tamen Jen. Allg. Litt. Zeitung. a. 1790. p. 703.

M. *Gottfried. Aug. Arndt* disp. quatenus Taciti de Germania libello fides ſit tribuenda. Lipſ. 1775. 4. — Anonymi ſpecimen I. obſeruationum ſelectarum de Tacito in hiſtoria Germanorum deorum dubio et fallaci. 1720. 4. ſine loci nota. — M. *Charitii* diſſ. praeſide D. Reinhard, vtrum ſatis fide digna ſint, quae Tacitus in libello de moribus Germaniae tradit. Witteberg. 1792. 4. — *Guil. Butte* proluſ. de Taciti loco vexatiſſimo, qui exſtat in ſecundo cap. libri de moribus Germanorum conſcripti. Gieſſae 1792. 4. — *Frank*, Directoris Gymnaſ. ſenat. progr. de Chaucis, veteris Germaniae populis, regnandi conſiliis commendabilibus, ad Tacitum de Germania cap. 35. Erfordiae 1794. 4. — M. *Matth. Norberg.* disput. reſp. Textorio, de origine Germanorum apud Tacitum. Lund. 1796. 4. — Cel. *Io. Frid. Herel* ſcripſit commentat. Veber einige Stellen in dem Werke des Tacitus: de moribus Germanorum, Kriegskunſt vnd Sittenpflege vnſerer aelteſten Vorfahren betreffend, Erford. 1796. 4. in qua, vt ſolet, quaedam loca ingenioſe acuteque emendauit atque illuſtrauit. Quod contra emendationem in cap. 31. *ſit ominoſum id*

genti loco vulgatae lectionis *ignominioſum id genti* cl. *Döring* in cenſura libelli in ephem. litter. Gothanis quaedam monuerat: *Herelius* V. C. ſuam coniecturam docte defendit, totumque locum erudite expoſuit in ephemer. litter. Erfurt. a. 1796. plag. XV. pag. 113 — 120.

Crollii comment. ad Taciti Annal. I. 10. in: Hiſtoria et commentatt. academiae elect. doctrinarum et elegantior. litterar. Theodoro-Palatinae, vol. VI. hiſtor. Manhem. 1789. 4. nr. 1. — *Runde* orat. de vera nobilitatis notione, pro diuerſa temporum ratione maxime diuerſa; praecipue ad illuſtranda ea, quae *Tacitus* de antiquiſſima Germanorum nobilitate refert. Gottingae 1793. 8.

Cl. *Io. Henr. Ludou. Meierotto* in progr. quodam aperit Fontes, quos *Tacitus* de tradendis rebus ante geſtis videatur ſequutus. Berol. 1795. fol. — Eiusdem progr. de praecipuis rerum romanarum, ac primum de *Taciti* moribus. ibid. 1790. fol. — Eiusd. progr. germanice ſcriptum, de Tacito, qua ratione is fuerit, et quam vtilitatem lectio eius paret. Berol. 1790. fol.

In *Conzii* Muſeum für die Griechiſche vnd Römiſche Litteratur. Tiguri et Lipſiae, part. II. nr. 5. a. 1795. mai. 8. ſunt Einige Bemerkungen veber die hiſtoriſche Kunſt der Alten, vorzüglich veber Herodotus, Thucydides vnd *Tacitus*, pag. 125—165. — Ibid. nr.

nr. 6. Hiſtoria Piſon. contra Neronem coniurationis ex Tacito, addita verſione orationis Cremutii in Taciti Annal. IV. 34.

(*Smetii*) comment. in *C. C. Taciti* Hiſtor. V. 19. (de Batauorum oppido.) Nimwegen 1785.

In *Iani* obſeruatt. crit. part. III. 1786. 4. eſt obſeruatio in Annal.

In Magazin für Schulen etc. tom. I. part. II. pag. 427 ſqq. Bremae 1790. 8. ſunt variae in Tacitum obſſ. 1) *B.* in Annal. I. c. 28. 2) *Frankii* in capp. XII. et XIII. lib. de Germania cum animaduerſionibus editoris. — In tom. II. part. I. pag. 186. *R.* ſupplementum ad explicationem Annal. I. cap. 28. — In vol. V. (Bremae 1797.) inſer. etiam Commentatt. philolog. editae a G. A. Ruperti et H. Schlichthorſt. pag. 213 ſqq. ſunt acutae cl. *Herelii* emendatt. Taciti Annal. XI. 16. ac XV. 47. et 50.

Thomae Wopkenſii in *C. C. Taciti* opera animaduerſiones criticae. Praefatus eſt Henr. Io. Arntzenius: in Actis litterariis ſocietatis Rheno-Traiectinae: tom. II. Lugd. Bat. et Traiecti ad Rhen. 1795. 8. pag. 19 — 133. Rariores dicendi formulae et conſtructiones potiſſimum explicantur, aut emendationes aliorum examinantur ac reiiciuntur; interdum nouae proponuntur coniecturae.

I. Gottlob Guil. Dunkel explicatio loci Taciti de Germ. cap. 19. (*litterarum ſecreta*

viri pariter et feminae ignorant,) in: Hamburgiſche vermiſchte Bibliothek etc. tom. I. Hamburgi 1743. m. 8. pag. 671 ſqq.

Steger comment. Griechiſche Monumente im aelteſten Germanien. Beytrag zur Aufklärung einer Stelle in *Tacitus* Deutſchland cap. 3. — in deutſcher Monatsſchrift, an. 1797. Lipſ. tom. II. pag. 41 ſqq.

Longolius, Rector quondam Gymnaſii Curienſis Regnit. in pluribus programmatibus, (v. *Hummelii* Bibl. l. c.) Taciti libellum de M. G. illuſtrauit. Eius vero proluſ. de Hermunduris aliasque et Longolii et aliorum V. D. commentatt. ad Taciti libellum explicandum in primis facientes collegit ediditque cl. *Erneſti* in opere, inſcripto:

Notitia Hermundurorum, eorumque cauſſa maximae partis Germaniae antiquae: in his B. *Paulli Dan. Longolii* diſſertationibus de Hermunduris denuo editis, emendatis ac partim ſua ipſius manu auctis: opera et ſtudio M. *Io. Henr. Martini Erneſti*, P. P. O. Coburgenſis. Acceſſerunt praeter vitam auctoris alia eiusdem viri ſcripta ad Taciti Germaniam, in primis inedita. Appendicis loco *I. Perizonii* notulae in Taciti Germaniam nondum vulgatae, et variae virorum doctiſſimorum disputationes eum librum illuſtrantes, tom. I. II. Norimbergae 1793. mai. 8. — De libris, in Britannia ſcriptis a viris doctis, ad

Taciti

Taciti vitam operaue explicanda, v. *Brüggemann* View etc. l. c.

Ad §. 20. sect. 4. pag. 409. lin. 3.

Plures edd. recenſebo alio tempore locoque. Editt. autem antiquiſſimas opuſculi, *de viris illuſtribus*, Plinio iuniori perperam tributi, enumerat cl. *Panzer* in A. T. v. indic. ſiue vol. V. pag. 365. — Editores Bipontini quinque claſſes editionum conſtituunt, et primam quidem aetatem incipiunt ab a. 1471. vsque ad 1508.

Ad pag. 409. ſect. 4. lin. vlt.

C. Plinii Caecilii epiſtolae, panegyricus et (Aurelii Victoris) liber de viris illuſtribus, ſine vlla nota, ſaeculi XV, charactere roman. in 4. in Pinelli catal. II. pag. 222. cel. *Panzer* A. T. IV. pag. 177. n. 975. ſuſpicatur, eam eſſe Venetam *Anton. Moreti*. Ille ibidem nr. 373. citat ex Maittario IV. p. 764. ed. *Plinii* epiſt. libr. *nouem*, charact. rom. 4. ſine vlla nota l. et anni etc. In Allgem. litterar. Anzeig. menſe Sept. 1796. nr. XIX. *Io. Ad. Chriſtian Thon*, praeco verbi diuini apud Sundhauſanos prope Langoſaliſſam, deſcripſit editionem in 4. min. ſine titulo, eddiditque binas Eckardti epiſtolas. Supra primam Plinii epiſtolam legitur: *Caii Plinii Nouocom. epiſtolarum liber primus*: in fine libri VIII. *C. Plinii Nouocom. liber octauus*

et vltimus. Finis. Tunc sequitur *Panegyricus*. Enimuero Plinius librum VIII. post nonum edidit. (v. *Masson.* vitam Plinii pag. 164. et Ern. Fabr. B. L. II. pag. 414.) In libro tamen nono ed. Aldinae sunt 40 epistolae; in antiqua illa edit. in libro quidem octauo, sed reuera nono, sunt 39 epistolae. Videtur etiam antiqua illa edit. esse prima, quae Panegyricum et lib. de viris illustribus habeat adiunctos. Litterarum initialium prima plerumque est calamo scripta, quum pictor talem pingeret atque ornaret. Hinc viro docto videtur illa de codice quodam descripta. Plura de ea vide loco cit.

Ad pag. 410. lin. 5.

Loco 1480 scribendum est 1490. Ea editio, e codd. emendata, *nouem* habet *libros.* v. Ernest. Fabric. B. L. II. p. 412. et notit. litt. in ed. Bipont.

Ad pag. 411. lin. 2.

Edit. *Aldina* a. 1504. iure dubia est editori Bipont. in notitia. Atque in Serie dell' Edizioni Aldine pag. 26. adnotator, „*Questa* (n. ed. 1504.) ait, *è l'edizione del 1508, della quale alcuni esemplari per errore hanno 1504.*“ Edit. Aldin. 1503. nulla est et forsan exstitit per errorem typograph., vltimo numero 3 loco 8. posito. — Atque edit. Ald. (quam in manibus habeo, in calce,) a. 1508. est inscripta:

ſcripta: *C. Plinii Secundi Nouocom. epiſtolarum libri decem*, in quibus multae habentur epiſtolae, non ante impreſſae. Tum Graeca correcta, et ſuis locis reſtituta atque reiectis adulterinis, vera repoſita. Item fragmentatae epiſtolae, integrae factae. In medio etiam epiſtolae libri octaui de Clitumno fonte non ſolum vertici calx additus, et calci vertex; ſed decem quoque epiſtolae interpoſitae ac ex Nono libro octauus factus, et ex octauo nonus, idque exemplaris correctiſſimi et mirae, ac potius venerandae antiquitatis. Eiusdem Panegyricus — eiusdem de viris illuſtribus — Sueton. de claris grammaticis — Iulii Obſequentis Prodigiorum liber etc. Praefat. ſcripta eſt m. Nou. M. D. VIII. Pariter dubia videtur ed. Ald. 1514. Certe neque in Serie etc. memor. neque in notit. Bipont. nominatur. — Edit. *Iuntina* in lucem emiſſa eſt non, 1518. qui eſt error typogr. in Notitia etc. ſed 1515. vna cum eiusdem (ſ. potius Aurelii Victoris) de viris illuſtribus etc. Suetonii de claris grammaticis et rhetoricis, et Iun. Obſequentis prodigior. libr. v. *Bandini* Ann. Iuut. typogr. II. p. 95 ſq.

Bipontini editores *ſecundam* aetatem conſtituunt *Catanaeo — Aldinam*, a. 1508 — 1542 — 1581. Atqui Aldinam ducere nouam claſſem ex inſcriptione non minus cognoſcitur, quam ex praefatione, in qua etiam, vti iam in fronte, editio adnunciatur his verbis:

„epiſto-

„epistolae decimi libri ad Traianum probantur esse Plinii: inibi etiam liber de viris illustribus, non Tranquilli, sed Plinii esse ostenditur.“ Neutrum est verum.

Ad pag. 411. lin. 15.

Altera edit. *Catanaei*, a vitiis primae typographicis purgata, prodiit Venet. 1510. fol. — *Tertiam Catan.* edit. 1519. Venet. ipse habeo, at non nuncupata est Sadoleto, (vti existimasse videtur V. D. Bipont.) sed Iasredo Carolo et scripta est dedicatio Mediolani M. D. V. — Quae *Aldina* a. 1514. habebatur, ea tantum reuera est mera Aldinae repetitio, excusa vero *Argentorati*, apud Schurerum, cum praef. B. Rhenani 1514. 4. et, vti Aldina, inscripta, v. *Panzer.* A. T. VI. p. 66. et Lipsi Allgem. Litt. Anz. loco supra citato.

Duae eaeque diuersae editiones *Basileenses* ap. Cratandrum sunt notandae. Prior ducta est ex Aldina, vti Cratand. in sua ipse fatetur praefatione, quam quoque sequitur Aldi Manutii praefatio. Inscriptio vero haec est:

C. Plinii Sec. Nouoc. epistolarum libri decem, in quibus multae habentur epistolae non ante impressae: cum pluribus aliis, quae proxima pagella indicabit: (n. Panegyrico et reliquis, quae exstant in ed. Aldina, opusculis.) Ex inclyta Basilea. M. D. XXI. (1521.) in 8. quam quidem formam habet meum exemplar:

plar: alia quoque in 4. reperiri, in Erneſt. Fabr. B. L. II. p. 413. traditur.

Poſterior curata eſt a *Io. Sichardo*, qui in praefat. edit. Aldinam valde, at inique, ſpernit, Aldumque, iurat Iouem lapidem, nullibi minus officium feciſſe. Plinii epp. et Paneg. in margine interdum ſunt adſcriptae variae lectiones. Inſcripta autem eſt editio:

C. Plinii Sec. Nouoc. — Epiſtolarum libri X. ad exemplar mſtum Rodolphi Agricolae diligentiſſime recogniti. *Panegyricus* Traiano Caeſari dictus. Et is ad vetuſtiſſimum exemplar emendatus. De viris illuſtribus. — Acc. Suetonii liber de claris grammat. etc. item Iulii Obſequentis prodigiorum liber. Indices etc. Baſileae ap. Andr. Cratand. a. M. D. XXX. (1530.) 8. — Baſil. ap. hered. Andr. Cratandri. 1542. 8. quae ed. (ſuperioris probabiliter repetitio,) in Notitia etc. tantum memorata eſt.

Tertiam editt. aetatem docti Bipontini nominant *Stephano-Caſaubonianam*, dein *Gruteriana*, a. 1581. vel potius 1591 — 1640 — 1669. — Prima *H. Stephani* edit. prodiit Pariſ. 1581. 12. — altera, quam in manibus habeo, non vti in Notitia per errorem ſcriptum exſtat, a. 1592. ſed 1591. 12. cum variis aliorum lectionibus, margini adpoſitis, frequentioribus tamen ad Plinii epiſtolas, quam ad Panegyricos Plinii et reliquorum, etiam additas Claudiani panegyres.

Ad

Ad pag. 411. lin. antep.

Plinii epp. cum eiusdem, nec non *Eumenii*, *Pacati* et reliquorum panegyricis, cura D. *A. R.* (Andr. Riuini,) P. P. in acad. Lipſ. 1650. 8. (vid. ſupra, part. I. pag. 32. fin.) Textui epiſtolarum admodum paucae, multo autem plures variae lectt. panegyricis ſubiectae ſunt. Textum ita excipiunt virorum memoratorum in Plinii tantum Epp. notae, vt cuiusque animaduerſiones ſeiunctae a reliquis, et cum noua paginarum ſerie poſitae adpareant.

Aetas IV. ſecundum eruditos Bipontinos edd. eſt *Veenhuſio-Thomaſiana* 1669 — 1703. inde *Cellario-Hearniana* 1703 — 1734.

Ad pag. 412. lin. 12.

Plinii epp. et panegyricus, cum notis breviſſimis. Oxonii, e theatro Sheldon. 1677. 1686. 8. — Centuria epiſtolarum, ex tritiſſimis claſſicis authoribus, Cicerone, *Plinio* et Textore ſelectarum etc. a *Carolo Hoole*, Londini 1677. 8. — De *Hearne* edit. conf. acta erudit. 1704. p. 182.

Ad pag. 413. lin. 1.

Plinii epp. et panegyricus. Londini ex offic. Iac. Tonſon et Io. Watts. 1722. 12. — ibid. ex offic. I. et R. Tonſon. 1741. 12. — *C. Plinii Caecilii Secundi* epiſtolae quaedam praeſtantioris argumenti in vſum Gymn. Osnabrug.

nabrug. ſelegit et edidit M. *I. Chſtph. Koecher*, Rector Osnabrugi. 1735. 8. — Epiſtolae (ſine notis.) Vpſaliae 1789. 8. — Panegyr. ibid. eod. a. (ſine notis.) ap. Edman. — Epp. et Panegyr. Edinburgi 1782. 8. — Epiſtolarum libri X. ſumt. editoris: excudeb. M. Ritchie et I. Sammels. Londini 1790. 8.

Ad pag. 413. *lin.* 4.

De principibus Panegyrici edd. v. quoque notit. litter. in ed. Bipont. pag. XXXIX. et *Panzeri* A. T. II. pag. 98. n. 608. et pag. 99. nr. 609. et de II. aliis tom. IV. pag. 15. et 177.

Ad pag. 413. *lin. vlt.*

Loco 1642. ſcr. 1643. de qua edit. v. Schwarz. indic. variar. editt. p. 748. — *Plinii* panegyr. cum Iuſti Lipſii commentario. Oxon. 1662. 12.

Ad pag. 414. *lin.* 4.

De *Pataroli* et aliorum collectionibus vett. panegyricorum v. Prolegom. in Notitia pag. 40 ſq. Addatur, *Jac. de la Baune* edit. recuſam eſſe et auctam notis ſelectioribus Lipſii, Liuineii, Catanei, Rayani, Baudii, Rittershuſii et aliorum, (curante *Tho. Parſell*,) Londini, typis Guil. Bowyer, 1716. 8. iterum ibid. apud W. et I. Innys. 1727. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 698.

Gesneri

Gesneri ed. Panegyr. primum adspexit lucem, Gottingae 1735. 8. In praefat. s. epistola ad Chr. Gottl. Schwarz. Gesner plura Panegyrici Pliniani loca critice pertractat. — Huc quoque pertinet: Enchiridion, siue prudentia priuata ac ciuilis T. Pomponii Attici, M. et Q. Ciceronum, Cn. Iulii Agricolae, Imp. Caes. Neruae Traiani, a Nepote, Ciceronibus, Tacito, *Plinio* descripta. In vsum praelectionum academicarum recensuit *Io. Matthi. Gesnerus*. Gotting. ap. I. Pet. Schmid. 1745. 12. mai. conf. cl. *I. M. Gesneri* Biographia academica Gottingensis, edita a *Ier. Nic. Eyringio*. vol. III. Gottingae 1769. 8. pag. 334 sqq. et p. 350 sqq.

Ad pag. 415. *lin.* 5.

C. Plinii Caec. Secundi Panegyricus Traiano dictus. Recensuit notisque illustrauit *Gottlieb Erdmann Gierig*, Gymnasiarcha et Profess. Theol. in Archigymnasio Tremon. Lipsiae 1796. 8. Laudatur, intermixtis nouis quibusdam coniecturis, in Jen. A. L. Z. a. 1796. nr. 346. m. Nou.

Ad pag. 416. *lin.* 2.

Leg. *Baune:* et de ep. 97. libri X. v. Ernesti-Fabr. B. L. II. p. 418 sqq. et *Christ. Aug. Heumanni* disp. de persequutione Christianorum Pliniana, Gotting. 1731. 4. rec. in eiusdem sylloge dissertationum, tom. I. part. I. pag.

pag. 119. et *Schroeckh* chriſtliche Kirchengeſchichte, part. II. pag. 328 ſqq.

Conradi Rittershusii IC. liber commentarius in epiſtolas *Plinii* et *Traiani*. Cui acceſſit commentar. Franc. Balduini in Plinii conſultationem et Traiani reſcriptum de Chriſtianis: cum indice. Amberg ae 1609. 8. In vberioribus prolegom. agitur de Plinio et Traiano.

Ad pag. 417. med.

Semleri ſententiam firmare quidam ſtuduit in: Beyträge zur Beförderung des vernünftigen Denkens in der Religion, faſc. XIII. Winterthur 1790. V. D. putat, epiſtolam illam confictam eſſe poſt Euſebii tempora per occaſionem loci apud Tertull. qui litterarii eiusmodi ficti meminit commercii. Verum opinioni valde deeſt probabilitas.

Ad pag. 418. lin. 13.

De *C. Plinii Caecilii Sec. Nouocomenſis* teſtamentaria inſcriptione Mediolanenſibus adſerta et illuſtrata diſſ. auctore *Octauio Boari Forioulienſi*. Mantuae 1773. mai. 4. cf. Beyträge zur Erlang. gel. Zeit. 1774. plag. XVI. p. 252 ſqq.

I. A. Schaefer Progrr. veber den Character des jüngern *Plinius*. Onoldi 1786. ſq. 4.

Delle Ville di *Plinio* il giovane opera di D. *Pietro Marquez* Meſſicano con un appen-

dice su gli Atri della S. Scrittura, e gli scamilli impari di *Vitruvio*. Romae 1796. 8. conf. ephem. litt. Gotting. 1795. nr. 90.

De eo, quod interest inter dicendi genus epistolare Ciceronis et Plinii Secundi, disputatio — conscripsit *Erasm. Moeller*. Hauniae 1790. 8.

Panegyrico di *Plinio* a Traiano, nuovamente trovato e tradotto da *Vittorio Alfieri da Asti*. Nizza. 1789. 8. Neque est versio Pliniani panegyrici, neque nouum Plinii opus; sed bona chria, in qua laudatur libertas et fingitur oratio Plinii ad Traianum commouendum, vt se abdicet imperio, ciuis fiat, et Romae reddat libertatem, euentu tamen precibus et orationi haud respondente. — Germanice versus in Neuem deutschen Museum, partic. III. m. Mart. 1790. pag. 245 sqq.

Meierotto progr. in Plinii epist. V. libri III. nullum librum tam malum esse, vt non aliqua parte prodesset. Berol. 1787. 4.

The Translator of Pliny's Letters vindicated from the Objections of *Jac. Bryant*, Esq. to his Remarks respecting Trajan's Persecution of the Christians in Bithynia. By *William Melmoth*, Esq. London. Dodsley. 1794. 8. conf. Biblioth. der neuesten theol. Litteratur von D. Schleusner vnd Stäudlin. vol. I. part. 8.

Leben, moralischer Charakter vnd schriftstellerischer Werth des jüngern Plinius, von

G.

G. E. Gierig, Profeſſ. in Dortmund. Dortmund. 1798. m. 8. Lib. in Erlang. Litteratur-Zeitung a. 1799. nr. 85. valde laudatur; neque tamen pauca, praeſertim verſio epiſtolarum germanica, culpantur atque emendantur.

M. Georg Volfgang Auguſtin Fikenſcher — emendatio et explicatio loci difficilioris *C. Plinii Secundi* Panegyrici cap. LXXVI. 2. progr. Culmbaci 1796. 8. — Secus ſentit aliterque locum emendat atque interpretatur *Herel* in commentatt. philologicis editis a G. A. Ruperti et H. Schlichthorſt. vol. V. Bremae 1797. 8. pag. 227 ſqq.

Verſiones multas recenſet editor Plinii Bipontin. in notitia litter. pag. LXX. ſqq. — in ſpecie *germanicas* cl. Degen; *italicas* Paitoni; *anglicas* cl. Brüggemann, qui alia doctorum Britannorum obſeruatt. librosque, in quibus Plinii vita ſcriptaque illuſtrantur, diligenter refert. Addatur verſio *germanica*: *Des C. Plinius Secundus Lobrede auf den Traian*, aus dem Lateiniſchen veberſetzt vnd mit nöthigen Einleitungen vnd Anmerkungen begleitet von M. *Dan. Ludwig Wigand*. Lipſiae 1796. 8. *Gierig* praemiſit diſput. de panegyrici Pliniani virtutibus et vitiis. conf. Lipſ. ephem. litter. a. 1796. plag. 54. pag. 482 ſqq. et Biblioth. der ſchoen. Wiſſenſch. vol. LIX. part. I. Quando Wigand cenſet, Panegyricam orat., quoniam illa non habeat

consilium, vt in ciuitate aliquid aut suscipiatur, aut omittatur aut impediatur, non esse laborem oratoris, sed potius ad genus poeseos lyricae referendam: equidem omnem contentionem in verbi controuersis positam esse arbitror.

Ipse *Traianus imperator*, de cuius vita et rebus gestis auctores historiae romanae sunt consulendi, confecerat *commentarios de bellis Dacicis*, e quorum primo libro *Priscianus* libr. VI. pag. 682. in *Putschii* auctor. grammaticis lat. seruauit fragmentum: *inde Berzobim, deinde Aixi processimus.*

Vita M. Vulpii Traiani expositа a Iacobo de la Baune. — rec. in Schwarzii edit. Panegyrici Pliniani pag. LXXVIII. sqq.

Georg. Casp. Kirchmaieri diss. de cognitione et poenis Christianorum sub Traiano, Witteb. 1693. 4. vt libros omittam, qui historiam persequutionum aduersus Christianos vniuersam complectuntur et recensentur a *I. G. Walchio* in Bibl. theologica selecta, tom. III. Ienae 1762. mai. 8. pag. 712 sqq. et in Historia ecclesiastica N. T. vbi praecipue pag. 900 sqq. de Traiano eiusque persequutione aduersus Christianos fusius differitur.

Res *Traiani* imperatoris ad Danubium gestae: libellus, — — addita est dissertat. de tabulae Peutingerianae aetate, auctore *Conrado Man-*

Mannert. Cum figg. et mappa geographica. Norimbergae 1793. 8.

Hyginus Gromaticus.

1. Hic, diuersus ab *Hygino mythographo* (v. Notit. breu. pag. 309.) agrimensor publicus fuisse, et circa Traiani atque Hadriani tempora vixisse fertur. Mentionem enim fecit Traiani et Lucani. v. *Goesii* not. ad Hygin. p. 162.

2. Tribuuntur illi a) *Gromaticus*, siue de castris metandis liber: b) de limitibus liber, quem tamen Hygino indignum alii iudicant: c) de conditionibus agrorum: d) fragmentum de limitibus. Huic quidem *Hygini* nomen Goesius e suo codice; contra Scriuerius ex suo exemplo *Sexti Iulii Frontini* nomen praefixit.

3. Primum opus, *de castris metandis*, Scriuerius ex Sixti Arcerii cod. primus edidit, cum *Vegetio* etc. ap. Rapheling. 1607. 4.*) —

*) *Schelius* tamen in prolegomenis, fol. auerso *e.* 2. Petrus Scriuerius, ait, *anno huius saeculi sexto*, (1606.) primus ei (Hygino) lucem dedit: rursus *vicesimo primo* alia editione omnia ad fidem codicis scripti illius, quo et Lipsius fuerat vsus, expressit: quibus editionibus etiamsi notas non adiecerit manumque adeo abstinuerit, etiam illis, quae restituere nullo negotio potuisset: debet tamen ei, me iudice, etiam sic multum respublica litteraria: — etc.

Tum editus est, emendatior e veteribus libris, docte illustratus a *Schelio:*

Hygini Gromatici et *Polybii* Megalopolitani de castris romanis, quae exstant. Cum notis et animaduersionibus, quibus accedunt dissertationes aliquot de re eadem militari populi romani, *R. H. S.* (h. e. *Ratbodi Hermanni Schelii.*) Amstelod. ap. Iudoc. Pluyner, bibliopolam. MDCLX. (1660.) 4. In prolegomenis de vtroque auctore, inprimis (fol. 4. 3. sqq.) de Hygino, eius aetate, stilo, librique argumento sollerter disserit Schelius. Notis, quae noua paginarum serie incipiunt, a pag. 170 sqq. subiecta sunt quindecim capita ad rem militarem Romanorum, praecipue apud Polybium, explicandam. — Tota haec Schelii editio, cum praefixis prolegom. et subnexis notis ac disputationibus a Graeuio recepta est in Thesaurum antiqq. roman. vol. X. pag. 999 sqq. edit. Venetae. — Reliqua sunt edita a *Goesio* in collectione inscripta:

Rei agrariae auctores legesque variae. Quaedam nunc primum, cetera emendatiora prodeunt cura *Wilelmi Goesii*, cuius accedunt indices, antiquitates agrariae et notae: vna cum Nicolai Rigaltii notis et obss. nec non Glossario eiusdem. Amstelredami ap. Io. Ianssonium de Waesberge. 1674. 4.

4. Conf. *Ernesti-Fabric.* B. L. lib. IV. cap. VII. pag. 516 sq. tom. III.

Ad

Ad §. 21. de Sexto Iulio Frontino.

Ad pag. 419. nr. 4.

Sext. Iul. Frontin. de aquaeductibus. Venet. 1494. fol. (Denis ſupplem. p. 368.) — *Politiani* Panepiſtemon. *Frontin.* de aquis et aquaeductibus, et *Q. Curtius.* ibid. 1496. fol. (Roſſi catal. pag. 72.) — Cum Cleonidae harmonico introductorio — Vitruuio Pollione etc. Venetiis per Simon. Papienſem, dictum Biuilaquam. 1497. fol. (cel. *Panzeri* A. T. III. p. 413.) — De quibusdam edd. cum Vitruuio v. Supplem. part. I. p. 322 ſq. — *Sexti Iulii Frontini V. Conſularis. De Aquis Quae In Urbem influunt. Libellus Mirabilis, ex recognitione Pomp. Laeti et Io. Sulpitii.* ſ. loco et anno. (Romae, charact. Georg. Herolt.) fol. par. v. *Audiffredi* catal. edd. rom. ſaec. XV. p. 384.

S. I. Frontini de aquaeductibus vrbis Romae commentarius, adſperſis Io. Poleni aliorumque notis, vna cum ſuis, editus a *G. C. Adler*, cum figg. Lipſiae et Altonae 1793. 8. *Adler* textum valde corruptum multis locis, praeſertim ex emendatt. Corradini d'Allio, cuius notae criticae ſunt adiunctae, correxit, lacunas ex codd. ſuppleuit; Poleni, cui primas tribuit partes, Opſopoei et Keuchenii, cuius tamen adnotationes parui aeſtimat et rarius retinuit, notas excerpſit ſuasque adiecit. Laudatur haec edit. in ephem. Gotting. litt. a. 1794.

1794. nr. 44. et in Jen. A. L. Z. menſ. Dec. 1793. nr. 349. p. 575. Contra cenſor in vniuerſ. bibl. german. vol. VIII. part. I. faſc. 2. a. 1794. pag. 94 ſqq. multa deſiderat culpatque.

Ad pag. 419. *lin.* 21.

Num ed. Front. Strategem. per Phil. Beroaldum reuera prodierit Bononiae 1486. fol. valde dubitat cel. *Panzer* A. T. I. pag. 217. et opinatur eſſe a. 1496. — *Front. Strategemat.* libr. IV. Romae per Euchar. Silbert, cum Vegetio, Modeſto et Aeliano, non a. 1478. (vti per errorem typograph. in mea Introd. in notit. litterat. rom. I. pag. 65. vbi plures edd. Frontini, et reliqq. auctorum vett. de re militari, memoraui, excuſum eſt,) ſed a. 1487. 4. ex praelo exiit, vti Laire ibi citatus diſerte, et clarius Audiffredi in catal. in breuiore notitia etc. a me laudatus teſtantur.

Edit. Bonon. a. 1496. adſeritur in notitia edd. Bipontina a. 1495. nec etiam falſo. Nam in collectione illa in calce *Frontini* libr. et in calce *Vegetii* legitur: „impreſſ. Bononiae per Platonem de Benedictis — anno M. CCCC. LXXXXV.“ In fine autem librorum *Aeliani* de informandis aciebus — et Modeſti lib. de vocabulis rei militaris, excuſum eſt „Authores penitus diuinos impreſſit quam caſtigatiſſime — Plato de Benedictis Bono-

Bononienſis, M. CCCC. LXXXXVI.“ v. *Maittaire* A. T. IV. part. 2. pag. 609.

Sext. Iul. Frontinus, Fl. Vegetius et alii de re militari. Venet. per Ioan. de Tridino. 1499. 4. (*Denis* ſupplem. p. 464.)

Ad pag. 419. *lin.* 26.

Meliorem formam induit *Frontinus* de ſtrategemat. cum Vegetio, Aeliano de inſtruendis aciebus et Modeſto in edit. cura et ſumtibus *Godf. Hittorpii*, bibliopolae Baſil. excuſa Coloniae ap. Io. Soterem. 1524. 8.

Ad pag. 420. *lin.* 4.

Loco 1685. (qui error quoque eſt in Fabric.-Erneſt. B. L. II. p. 373.) ſcrib. 1585. ex offic. Plantin.

Ad pag. 420. *lin.* 13.

Loco 1623. ſcrib. 1633. ex officina Io. Maire: — repet. ibid. apud eumdem. 1644. 12. — Rarioribus libris adnumeratur *Iulii Frontini* ſtrategematicon, ſ. de ſolertibus ducum factis et dictis libr. IV. Pariſ. ap. Sebaſt. Cramoiſy. 1649. 4.

Ad pag. 421. *lin.* 7.

S. I. Frontini opera, ad optimas editt. collata; praemittitur notitia literaria, ſtudiis ſocietatis Bipontinae. Editio accurata. Biponti. 1788. 8. In calce ſubiecta ſunt: S. I. Frontini de aquaeductibus vrbis Romae loca

desperatissima, quae a criticis et interpretibus omnibus intentata relicta sunt ope MSS. ad veram lectionem restituta a *Io. Francisco Corradino de Allio.*

S. Iulii Frontini strategematicon libri IV. chronologica et historica adnotatione indicibusque in vsum lectionum instructi a *Ge. Frid. Wiegmann*, scholae Gottingens. Collaborator. Gottingae 1798. mai. 8. conf. Jen. A. L. Z. a. 1799. m. Ian. nr. 26.

Ad pag. 421. lin. 15.

Io. Franc. Corradini de Allio editio prodiit Venet. 1742. 4.

Quatuor libri *Frontini germanice* versi sunt Moguntiae 1532. — tum a *Marco Tacio*, Ingolstadii 1542. fol. (Tacio superiorem versionem fuisse incognitam, patet iam ex libri inscriptione, in qua diserte scriptum exstat; *Vor Teutsch nye gesehen.*) — *Die IV. Bücher S. I. Frontini von den guten Redten vnd ritterl. Anschlegen der guten Hauptleute auf das Kürzt in deudsch Reim gefaßt durch Georgen Motschidler.* Witteberg. 1540. — Germanice versi a *Lienhard Frönsberger*, (sic suum ipse nomen scripsit, non, *Frönsberger*,) a. 1555. (v. cl. *Seyboldi* praef. ad M. Gokii versionem Plautin. fabulae: Grossprecherisch. Officier. Reutlingae 1797. 8.)

Kriegspractica, d. i. Artliche vnd geschwinde Griff der fürnembsten weitberümbtesten

ſten Krieg- vnd Schlachten, ſo die Römer iederzeit mit iren Feinden gehalten. — Erſtlich durch Sextum Iulium Frontinum, weyl. Burgermeiſter zu Rom, Lateiniſch beſchrieben. Nachmals durch den Hoglerten Marcum Tacium in die Hochdeutſche Sprach transferirt. Allen Ehrliebenden Kriegsleuten zu ſondern Nutz auf das new mit Fleiß in richtiger Ordnung gebracht. Gedruckt zu Francf. am Mayn. Im Jahr 1578. fol. Integer titulus et plura de hac verſione proferuntur et Fabricii narratio in B. L. corrigitur in Lipſ. Allg. litter. Anzeiger a. 1799. nr. 190. pag. 1902 ſq.

Polyaens vnd Sext. Iul. Frontinus Kriegsränckе der berühmteſten Feldherrn vnd einiger Heldinen, jene aus dem Griechiſchen, vnd dieſe aus dem Lateiniſchen veberſetzt vnd mit Anmerkungen verſehen von M. *Io. Chriſtoph Kind.* Lipſ. 1750. 8.

Verſio Frontini Strategem. germanica eſt in parte I. libri inſcripti, *Kriegsliſten vnd Kriegswiſſenſchoftl. Anecdoten von berühmten Feldherrn.* Gothae 1792. 8. — In linguam *anglicam* conuerſa ſunt ſtrategem. a *Ricardo Moryſine.* Londini 1539. 8. et a M. D. A. B. D. Londini 1686. 12. — De verſionibus *italicis*, Venet. 1537. (in fine: 1536.) 8. — ibid. 1538. — 1541. 8. — 1543. 8. — et 1574. 4. v. *Paitoni* Biblioteca etc. II. pag.

pag. 82 sq. et de versionibus *hispanicis* atque *gallicis* Fabr. B. L. l. cit.

Ad §. 22. de *Lucio Annaeo Floro.*

Ad pag. 422. *sect.* 4. *lin.* 13.

Conf. *Panzeri* V. C. A. T. II. pag. 270. Idem V. D. vol. I. p. 336. ex Laire Indic. I. p. 132. aliam edit. (*Colonienſ.*) char. gothico Ther Hoernen, profert: *Lucii Annaei Flori* Epitome hiſtoriae romanae cum libello de commendatione imperii romani. fol. add. *Panzer* IV. p. 130 ſq. vbi quatuor Flori edd. indicio anni locique deſtitutas refert. — De edit. *Parmenſi* v. quoque *Affò* in Saggio di Memorie ſu la Tipograf. Parmenſe, Parmae 1791. 4. p. LXI. ſq.

Ad pag. 423. *lin.* 4.

Haec Lipſienſis edit. cum ea, quam poſt eam citaram, eadem eſſe videtur, et *lin.* 3. eſt corrigendum *Liptzenſi.* Gallicum illum non alium eſſe, ac Conradum Kachelouem, putat *Panzer* I. p. 437, 8. — *Lucii* Flori geſtorum romanorum epithomata: in fine: 1494. ex ducali oppido *Liptzenſi* per Martin. Herbipolenſ. fol. editore *Iac. Barytho:* editio mendoſiſſima. — Edit. *Flori epitomata quattuor* fin. Liptzk. per Iac. Thanner, ſ. a. fol. ex MS. emendata videtur, habetque proprias easque bonas lectiones. Eſt in bibl. Erlang.

Erlang. — Eadem, ibid. 1512. fol. f. 4. Add. *Seybold* progr. laud. pag. 7.

Ad pag. 423. *lin.* 21.

Edit. *Mediol.* apud Vegium eſt ex recenſ. Phil. Beroaldi; ſiue potius repetitio Beroaldinae, (circa a. 1490.)

Ad pag. 424. *lin.* 9.

Annotationum in Luc. Florum *Io. Camertis*, ord. min. S. S. litter. D. libellus. Impreſſus Viennae Auſtriae in aed. Hieron. Victoris et Io. Singrenii ſociorum, ductu Leonardi et Lucae Alantſee, fratrum. 1511. 4. Is libellus ſeorſum editus eſt, v. *Denis* l. c. pag. 54. — Edit. *Camertis* Vindob. a. 1518. 4. eſt in bibl. publ. Erlangenſi. — De edit. Iuſtini cum *Floro* Iuntina. Florent. 1510. 8. v. *Bandini* Iunt. typogr. annal. II. p. 31.

Ad pag. 424. *lin.* 27.

Titi Liuii Patauini decadum epitomae. *Lucius Florus.* Aldus f. l. et a. 8. curante Franciſco Aſulano. Sed exemplo meo, vti aliorum, additi ſunt continuis paginis, (adeoque tamquam pars ſuperioris,) *Polybii* hiſtoriarum libri V. in L. L. conuerſi, Nicolao Perotto interprete, curante eodem Aſulano. In calce: *Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Soceri, menſe Martio* M. D. XXI. (1521.) Eſt igitur vna editio, conſtans duabus partibus. Add. Serie dell' Ediz. Aldine p. 52. vbi adnota,

notatur: *Questo è il quarto volume del T. Livio in 8.* — Repetita esse videtur illa collectio Florent. per heredes Phil. Iuntae 1522. 8. v. *Bandini* Iuntar. typogr. Annal. II. pag. 175. in cuius exemplari initium faciunt Polybii libri V. adiuncta autem est Titi Liuii decadum XIIII. epitome et Lucius Florus. — *Aldinam* edit. *Ex XIV. Titi Liuii decadibus* prima, tertia, quarta; duplex epitome, altera a T. Liuio, altera a *L. Floro; Polybii* libri V. de rebus romanis in latinum conu. a Nic. Perotto: — — in fine: Venet. in aedib. Aldi et Andreae Soceri, m. Febr. MDXXI. fol. citat Drakenb. tom. VII. ed. Liu. pag. 334. ex catal. Henr. Hadr. van der Mark, p. 21. exstitit quoque exemplum in bibl. Pinelli, secundum catal. II. p. 80. add. notam in Serie etc. laudata pag. 53. — *Lucii Ann. Flori historiae romanae libri IV.* Cassellis, impressi a Wilhelmo Wesselio 1598. 8. (sine notis.) Curante et praefato *Iohan. Lagonycho, C.* — *Florus* cum Sexto Rufo, et Messala Coruino. Colon. Agrippinae, excudebatur Gualtero Fabricio. 1562. 8. Est repetitio ed. Aldinae.

Ad pag. 425. lin. antep.

Ita est corrigendum: *ex vnius codicis cum edit. isto. collati excerptis.*

Ad

Ad pag. 426. lin. 8.

Post edit. 1638. inserenda est edit. *Blancardi:* acc. eiusdem ex omnibus obss. editis ac ineditis *Cl. Salmasii* commentt. Lugd. Bat. ap. Hack. 1648. 8. — Edit. a. 1655. 8. inscripta est:

L. Ann. Flori hist. rom. libri XIV. cum notis integris Cl. Salmasii: additus etiam *L. Ampelius*, ex eiusdem bibl. Lugd. Bat. ex offic. Elzeu. Is, qui praefatus est, miris laudibus extollit operam Salmasii, et inter alia: „hoc vnum, ait, scimus, Cl. Salmasium, τὸν ματαξίτην, in Floro restituendo, tanto alios supergressum esse, ὥστε παῖδας τὸν ἄλλων παρά σοι κρίνεσθαι.“ Textus vero ductus est ex edit. Commeliana, quam Salmasius correctissimam iudicasse et secutus esse dicitur in eadem praefatione. — Repetitus est textus, sine notis, sed adhibita cura adcuratae mendorum correctionis, vt I. Elsevier in epistola nuncupatoria affirmat:

L. Annaeus Florus. Cl. Salmasius addidit *Lucium Ampelium*, e cod. M. S. numquam antehac editum. Lugd. Bat. ap. I. Elzevirium 1657. 12. Floro subiectus est a pag. 247. ad Florum variarum libellus, collectus ex notis Gruteri, Salmasii, Vineti et editionibus. — Rec. ap. Dan. Elzevir. 1664. 12.

Ad

Ad pag. 426. *lin.* 13.

Pro *altera* ed. *Graeuiana* venditatur *Florus* apud Wetſten. Amſtel. 1692. quum ſit exemplum edit. Elzeu. 1674. additis notis, nummis, et praef. Graeuii, vt ipſa Wetſten. praef. teſtatur. Illa igitur edit. Graeuium aeque minus habuit auctorem, ac ed. a. 1702. 8. ap. Galletum tom. II. in qua ed. multae multorum emendationes temerae ſunt in textum receptae.

Splendida quidem doctaque et multis nummorum monumentorumque figuris ornata, ſed minus probata criticis editio eſt: *L. An. Flor.* rer roman. *libri duo priores*, ex criticorum obſſ. correcti cum textus ratione, notisque variorum hiſtoricis, politicis et antiquariis — adornati et editi a *Laur. Feyero*, Colon. Marchicae. 1704. fol. — Hiſtoriae rom. epitome, per *Annaeum Florum*, Vellei. Paterculum, S. Aur. Victorem, Meſſal. Coruin. Eutropium, Iornandem et al. Florent. 1723. 8. II. tom.

Ad pag 427. *lin.* 3.

Birmingham, typis Basketville 1776. 12. — *L. Ann. Flori* epitome rerum roman. cui ſubiungitur Lucii Ampelii lib. memorialis, (cura *Mich. Maittaire.*) Londini ex offic. Iac. Tonſon. et Io. Watts. 1725. 12. et 1765. 12. — *Flori* epit. et *Ampelii* liber memor. ex bibl. Cl. Salmaſii. Lond. Guil. Bowyer. 1735.

1735. 12. — Editio Annae, Tanaquilli Fabri filiae, in vſum Delphini, Pariſ. 1674. 4. recuſa eſt Londini, impenſis R. Clanell. 1692. 8. — emendatior, ibid. 1714. 8. et prioribus multo emendatior ib. 1727. 8. — Venet. 1715. 4. — ex edit. Annae Tan. Fabri filiae in vſum Delphini. Pariſ. Barbou. 1726. 4.

Verſiones *germanicae* Henr. *von Eppendorf.* Argentor. 1536. fol. et 1563. fol. — Flor. vom Römiſchen Reich. ib. 1581. fol. — Dantiſci 1643. 12. cum figg. — (*Hieronymi Brückneri*) Gothae 1679. 8. — *Io. Ad. Sellae* (h. e. *Io. Adolph. Hermſtädt*, bibliopolae Hersfeld.) Hersfeld. et Lipſ. 1773. 8. — melior *C. F. Kretſchmann*, Lipſiae 1785. 8. — alia cum notis *B.* Francof. ad Moen. 1789. 8. add. *Degen* l. c. tom. I. p. 137 ſqq. — In Lipſ. A. L. Anz. a. 1799. nr. 120. p. 1285 ſqq. memoratur verſio Liuii germanica a Münſtero confecta, in qua eſt verſio *Flori*, in titulo voluminis non nominata; ſed in II. praeſertim prioribus libris ſaepius eſt mutata aut emendata. In fronte notatur a. 1637. in calce autem 1631. — *Dan.* Mogens Vingaard, (*Magni Wingardi*,) Hafn. 1699. 8. — *Polonica* Chriſtoph. Georgii *Faliſſowskiew*, Cracouiae 1646. 4. — *Gallicae*, Nic. *Coeffetau.* Pariſ. 1615. 8. et praemiſſa eius hiſtoriae rom. gallice ſcriptae editaeque Pariſ. 1621. 1628. 1647. 1663. fol. — Verſionem *Philippi*, ducis Aureliſanenſis, qui *Ludouici* XIV.

frater fuit, emendatam vulgauit *de la Mothe le Vayer*, Paris, Courbe 1656. et ibid. ap. Benard. 1670. 8. — *Anglicae*, per *E. M. B.* Oxon. 1636. 12. — cum notis *Mersc. Casauboni*, Lond. 1658. 1659. 8. — per *Io. Davies.* ibid. 1667. 8. — anonymi, Lond. 1725. 12. cum 121 iconibus in aes inciſis. — Iat. cum verſione anglica *Io. Clark*, de Hull. Lond. 1727. 8. — rec. 1739. 1746. 1749. 8. — per *Io. Stirling.* 1738. 8. — *Italicae*, *Io. Domeniti Tharſia* di Capo d'Iſtria. Venet. 1546. (in fine 1547.) 8. — alia ib. 1548. 8. — *Santi Conti della Rocca Contrada.* Romae 1634. 12. — 1672. 12. — Venetiis 1676. 12. cum Lucio Ampelio et Sexto Rufo, Romae 1639. 12. — per Mich. Angel. Barbonum. Romae 1673. 12. v. *Fabr.* B. L. II. p. 448. et *Paitonum* l. c. II. pag. 75 ſqq.

Ad §. 23. pag. 427.

C. Suetonius Tranquillus.

Ad pag. 428. ſect. 3.

Libellus *de viris illuſtribus*, qui olim quidem etiam Suetonio adſcriptus, ſaepe ſub nomine eius ſeparatim editus eſt, neque Suetonium, neque, quae quorumdam erat opinio, Plinium, ſed Aurelium Victorem, habuit parentem.

Ad pag. 428. ſect. 4.

Editionem principem Romae 1470. etiam *Voſſius* V. C. in catal. codd. ſ. librorum ſaec. XV.

XV. editorum in bibl. Magliabech. tom. II. p. 624. (vbi multus est de illa,) ex offic. Io. Phil. de Lignomine prodiisse, testatur. conf. cel. *Panz.* A. T. II. p. 417. et IV. p. 413. — eumdem II. p. 421. et pag. 431. de edd. romanis a. 1470. et 1472. Add. *Burmanni* I. praefat. ad Sueton. in qua historia editionum plurimarum critica confecta est: atque ego alio loco copiosius recensebo editt.

Suetonii, vitae Caesarum, praecedit Domitii Calderini Vita Caii Sueton. Tranquilli. Mediolani 1480. fol. (*Panzer* II. p. 38.) — Eodem anno 1480. *Suetonius*, sine nota loci et typogr. excusus est. v. *Fossium* l. c. II. pag. 626. et *Panzer* IV. pag. 23 ac 464. — cum Calderini vita Suetonii s. l. et a. nota, fol. Exemplar est in bibl. publ. Erlang. an eadem est editio, quam ex Rossi catal. p. 71. memorat *Panzer* l. c. IV. p. 197.? — Editio Iensoniana recusa est sine nota l. et typogr. in 4. (*Panzer* IV. p. 197.)

Ad pag. 429. lin. 4.

Romanam illam edit. laudat quidem *Maittaire* A. T. I. p. 114. pr. edit. sed Audiffred. l. c. bene monet, volumen, ibi descriptum, miscellaneum fuisse quoddam, in quo simul compacti fuerint omnes memorati auctores, etsi diuersae essent editiones, solusque Tibullus, illi volumini vltimo loco insertus, esset editionis romanae.

Libellus de clar. grammat. et rhetoribus cum Modesto de re militari etc. ex recensione Io. Aluisii Tuscani, Venetiis 1474. 4. de qua ed. curate differit cl. *Panzer* III. p. 103. et edit. Modesti Venetam a. 1477. 4. a Maittario IV. p. 384. excitatam, in cuius quidem fronte nulla fit Suetonii mentio, habet apocryphum. — Editio *Florentina*, a. 1478. est in forma 4. (*Panzer.* I. p. 406) — Idem libellus prodiit Venet. sine anno, cum Apitio de re coquinaria, in 4. et sine loci et anni nota. 4. (vid. *Panzer.* III. 496. nr. 2801. et IV. 197.)

Ad pag. 429. lin. 11.

Mediol. ed. ap. Anton. Zarotum a. 1480. continet *Suetonii* vitas Caesarum, praemissa Domitii Calderini vita Suetonii, — et in ed. Mediol. a. 1491. ap. Vlr. Scinzenceller legitur *Suetonius* cum comment. *M. Anton. Sabellici.* — Cum commento *M. Ant. Sabellici*, Venet. 1493. fol. conf. thesaurum bibliothecal. tom. IV. pag. 41. (Norinberg. 1739. 4.) vbi plures Suetonii edd. atque versiones indicantur et iudicia VV. DD. de Suetonio adferuntur. — *Philippi Beroaldi* ed. primum prodiit *Bononiae* per Platonem de Benedictis. 1488. fol. de qua rarissima ed. v. *Scemiller* in Biblioth. Ingolstad. incunabulis typograph. III. pag. 102.

Ad

Ad pag. 429. lin. 15. sq.

Editio Bonon. a. 1493. quam in manibus habui, inscripta est in primo folio: *Commentationes conditae a Philippo Beroaldo in Suetonium Tranquillum, dicatae inclyto Annibali Bentiuolo.* In calce: Bononiae 1493. fol. (vti cl. Panzerus A. T. I. p. 226. ex aliis, quos memorat, refert.) Ab *Hambergero* Z. N. II. p. 285. *Lengnichio* de bibl. Dantiscana in *Mosselii* histor. litterarisch. Magazin, part. V. p. 111 sq. aliisque illa dicitur prima Beroaldi editio. — Rec. Mediolani per Leonard. Pachel. 1493. fol.

Sueton. cum commentariis *M. Ant. Sabellici* et *Philippi Beroaldi.* Venet. per Simonem cognomento Beuilaqua Papiensem, 1496. fol. — Ibid. per Barthol. de Zanis de Portesio. 1499. fol. et 1500. fol. — Haec ed. recusa est cum omnibus vitiis typographicis et pluribus operarum erroribus aucta, Venet. per Ioan. Rubeum Vercellensem. 1506. fol. Burmann, qui hanc contulit ed. et inter praecipuas refert, in praef. stellula *. 3. putat, Beroaldum ipsum illi praefuisse, et deprehendit, Beroaldum multa a prioribus editoribus diuersa exhibuisse. — Ab ea num multum differat ed. Paris. 1512. F. quae est in bibl. Erlang. dicere nequeo: in epistola quidem bibliopolae cum insigni Ludou. Hornken. typographico in prima folii primi parte, mira cum iactantia

ſummis illa ed. extollitur laudibus; inſcripta vero eſt:

Commentationes conditae a Philippo Beroaldo, adiecta paraphraſtica *M. Ant. Sabellici* interpretatione in Sueton. Tranquillum additis quam plurimis annotamentis, quae vt facilius cognoſcantur, aſteriſco * notauimus. Venundantur Parrhiſiis ſub interſignio trium coronarum foelicis Coloniae Agrippinae. — In fine textus ante indicem: Impreſſum *Parrhiſiis* opera cum primis honeſti viri M. *Io. Philippi*; aere — bibliopolarum *Ludouici Hornken* et *Godofr. Hittorpii*. 1512. Pauca praefatus eſt *Io. Kierherus*, Schletſtatinus. — Haec recuſa eſſe videtur Pariſ. 1515. fol. apud eosdem, (niſi nouus tantum titulus fuerit praefixus;) ſaltem ad verbum ed. Bonon. 1506. expreſſam, at multo vitioſiorem eſſe iudicat Burmannus in praefat.

Cum edit. Lugdun. a *Caſpare Argilenſi*, Bononienſi, curata 1508. 12. ſine notis convenit edit. Florentina, impenſa Phil. de Giunta 1510. 8. curante *Mariano Tuccio*, poetices et oratoriae in Piſana academia Profeſſore, (v. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. I. p. 131 ſq. et II. 32 ſq.

Num huius editionis repetitio ſit, vti videtur cl. editori Bipontino in notitia litter. p. XV. *C. Suetonii Tranquilli* de vita duodecim Caeſarum libri duodecim. Seleſtadii apud Lazerum Schurerium: in fine: Seleſtadii — menſe

menſe Februar. M. D. XX. (1520.) 4. equidem dubito. Nam in meo quidem exemplo non praepoſita eſt, vti ſcripſerat cl. editor Bipontinus, Tuccii praefatio, quam Bandin. loco citato recudendam curauit; ſed vita tantum Suetonii per Tuccium Marianum: et, quod ipſe fatetur Bipont. editor, Schureriana ed. interdum, in leuibus quidem rebus, discedit a Florentina.

Dein, an altera ed. Florentina: *C. Suetonii Tranq. vitae duodecim Caeſarum diligentiſſime recognitae* opera et ſumtu Phil. Iuntae 1515. 8. curante *Antonio Francino Varchienſi*, ſit, vt idem doctus edit. Bipont. prodit, repetitio prioris ed. Florent. a. 1510., alii videant, et ego dubito. Francinus quidem in epiſtola ad lectores, calci voluminis ſubiecta, gloriatur, ſe dare Suetonium emendatum diligenter atque recognitum, et multa eius vulnera ſanaſſe. v. *Bandin.* l. c. II. pag. 81 ſq. qui etiam pag. 95 ſq. deſcribit edit. Iuntin. *Plinii* epp. et panegyrici, cum eiusdem, (vti in fronte dicitur,) de viris illuſtribus in re militari et in adminiſtranda rep. it. *Suetonii* de claris grammaticis et rhetoribus, ac *Iunii Oſequentis* (ſic) prodigiorum libr. 1515. 8. curante *Io. Franciſco Zeffo.* — Omnia haec continentur in editione Aldina, Venet. 1508. 8. vnde Florentina ducta eſſe videtur. v. ſupra notata ad pag. 411. Notitiae etc. de Plinii iun. edd. Aldinae tamen praemiſſa eſt Aldi

Pii Manutii Romani epistola, in qua contenditur, epistolas X. libri ad Traianum esse Plinii, et librum de viris illustribus esse non Tranquilli, sed Plinii, — repetita est, aut nouo titulo instructa, 1518. 8.

Ad pag. 430. *lin.* 1.

Hanc Iuntin. edit. a. 1519. omisit Bandin. — Notanda vero Lugdun. apud Guil. Huyon, cum praefat. *Ant. Francini*, qui textum esse, fidenter pronuntiat, collatis in vnum plurimis antiquissimis exemplaribus, emendatum. Quatenus igitur differat haec editio a Iuntina a. 1515. (quod vix puto,) ii, quibus vtramque conferre licet, curatius definient. — De ed. Veneta a. 1521. 8, v. Serie dell' Edizioni Aldine pag. 53 sq.

Ad pag. 430. *lin.* 8.

Corrig. *Aelius Lampridius.*

Ad pag. 430. *lin.* 23.

Glareani edit. a. 1553. (error enim est typogr. in a. 1533.) et 1560. 8. (quae est in bibl. Erlang.) habet epist. Desiderii Erasmi Antwerp. 1517. scriptam, et ed. Basil. 1518. praefixam; tum in margine varias lectiones et post textum doctas adnotationes.

Ad pag. 431. *lin.* 14.

Num Torrentius et Gruterus scrinia Lipsii, Suetonium publice explicantis, aut Lipsius vicis-

viciſſim Torrentii compilarit ſcrinia, pluribus disputat, et de pretio Lipſianarum adnotationum haud adeo inſigni iudicat Burmann. in praefatione. *Iuſti* quidem *Lipſii ad C. Suet. Tranq. tres poſteriores libros* (n. Veſpaſianum, Titum et Domitian.) *commentarii: eiusdem epiſtolarum praetermiſſarum decades ſex, nunc primum editae, partim ex primis editionibus retractae*, lucem adſpexerunt Offenbaci Yſenburgicor. 1610. 8. Editor in praemonito ad lectorem, hasce, ait, praelectiones in Suetonium ex Lipſii dictantis ore excepit, easdem domum reuerſus diſcipulis ſuis repetiuit, etc. — Eodem anno 1610. *Sueton.* cum Sabellici paraphraſi, Beroaldi commentariis et annotamentorum appendice, Egnatii, Erasmi, Glareani, Pulmanni notis, Torrentii et Caſauboni commentariis, Fuluii Vrſini notis, Theodori Marcilii emendatt. notisque *Lipſii* in Veſpaſian. Titum et Domitian. Suetonii vna cum ſex decadibus epiſtolarum Lipſii antea ineditarum, ſumt. Hadrian. Beyſii, fol. e prelo exiit.

Ad pag. 431. *lin.* 23.

Suet. Tranq. cum annotatt. diuerſorum, (criticis) Amſterodami apud Guil. I. Blaew, 1630. 16. — Edit. cum notis variorum, et nonnullis Lipſii ac Salmaſii obſeruatt. et caſtigatt. exhibente *Io. Schildio* prodiit Lugd. Batau. 1647. 1652. 1656. 1662. 1667. 8.

(non, fol.) — Tum corrigendum est *ad quartam aetatem.*

Ad pag. 432. *lin.* 9.

Codicem illum et reliquum adparatum manu exaratum concessi cel. *Wolfio,* Prof. Halensi, nouam Suetonii editionem paranti.

Suetonii Opp. cum adnotatt. diuersorum. Oxon. 1601. 12. — cum notis breuibus et selectis ad vsum lectionum. Oxon. e theatro Sheldon. 1676. 1690. 8. — in vsum Delphini, cur. *Augustini Babeloni.* Paris. 1684. 4. — rec. Londini 1718. 4.

Ad pag. 433. *lin.* 9.

Suet. XII. Caesares ex optima et accuratissima Franc. Oudendorpii edit. fideliter expressi. Edinb. 1761. 12. — latine cum *anglica Io. Clarke* libera versione. Lond. 1732. 8. — iterum 1739. 8. — Nouissima versio anglica est *Alexand. Thomson,* M. D. Lond. 1796. 8. — *Italicarum* versionum notitia hauriri et Fabricio-Ernestina narratio augeri potest ex *Paitoni* bibl. cit. v. *Sueton.*

Ad pag. 434. *sect.* 6.

Qui Suetonii fidem in tribus dissertatt. fugillauit, is dicitur *Henr. Heisen.* — At *Arthur* quoque *Browne* in comparatione fidei Taciti et Suetonii, quaestione instituta, num, quod Suetonius contendit, Nero auctor incendii Romae fuerit, nec ne? quod quidem Tacitus

citus nec adfirmare conatur, nec negare, (in Transactions of the Royal Irish Academy, Dublin. 4. v. *Brüggemann* View etc. pag. 696 sq.) Suetonium refutat et Neronem vindicat ab illo crimine, pluribus adlatis causis. — *Perizonii* adnotationes in Suetonium, in scholis eius exceptae, et a *Christi. Phil. Koelnero*, Vratislau. 1725. 8. editae, a censore in act. erud. Lips. a. 1726. m. Mai. p. 217 sq. et a Burm. in praef. iure meritoque vilipenduntur, nomineque Perizonii, cui illis euulgatis iniuria facta sit, habentur maxime indignae. — Nec valde commendantur in actis erudit. a. 1729. mens. Sept. p. 385 sqq. *In C. Suetonii Tranq. de XII. Caesaribus libros VIII. commentaria* ad vsum excell. Comitis Vimecsani D. D. Iosephi Portugallensis *per Petrum Almeidam*, Soc. Ies. Hagae Com. 1727. chart. mai.

M. *Green* progr. de templo curia ad Sueton. Octau. Caes. Aug. c. 29 et 35. Misenae 1743. 4.

M. *Schwarzii*, Rect. progr. de vltimis Augusti apud Sueton. in Octau. 99. et Dion. LVI. 30. 1794. fol. Augustus defenditur contra Wielandi notam ad Horat. epistol. II. p. 8 sqq. Is tamen num omnino possit absolui, alia erit quaestio.

Suetonius, Dio Cassius, Iosephus et Philo in imperio Caii Caligulae et inuicem et cum aliis comparati: disquisitio historico-critica, quam

quam defendet *Birgerus Thorlacius*, Hafniae 1797. m. 8. conf. ephem. litter. Gottingenſ. a. 1798. nr. 5. pag. 45 ſqq. — *Edmund Burton* Obſeruatt. de animi notatione ſcriptisque Suetonii, in illius Ancient Characters deduced from claſſical Remains. 1763. 8. — Ad *Suetonii* locum in vita Horatii obſeruat. critica *Leſſingii* in eius Obſeruatt. criticis — ex eius Operibus collectis, in ordinem redactis et lat. verſis a *Io. Frid. Iac. Reichenbach.* Berolini 1794. min. 8. p. 293 ſqq. — In vita Octau. c. 15 et 16. duo loca emendare atque explicare tentaui in Fortgeſetzten Nachrichten von kleinern — Schriften. tom. II. part. II. pag. 1 ſqq. (Halae Sax. 1785. 8.)

Ad cap. 6. *§.* 1.

Phaedrus seu Phaeder.

Ad pag. 436. *lin. antepen.*

Corr. *Rimicio*, qui etiam ſcribitur *Rinuccius*, aut in antiqq. edd. *Rynutius* et *Rynuntius*.

Ad pag. 437. *lin.* 2.

Add. *pag.* 637 ſqq.

Ad pag. 437. *lin.* 18.

Ser. *Vpſal.* 1666. — *Phaedri* fabb. ſunt quoque in collectione plurium, inſcripta: Mythologia metrica et moralis, ſiue fabularum XV. autores latini et veteres plerique etc. Hamburgi 1698. 8.

Ad

Ad pag. 438. *lin.* 2.

Ed. IV. Burm. cum notis varr. Lugd. B. 1755. mai. 8. — lin. 3. corr. *Idem.* — De edit. *Iohnsoni* v. Lipſ. acta erudit. a. 1702. m. Maio, p. 208. et *Brüggemann* View etc. p. 642. qui illam ed. iterum prodiiſſe Lond. 1708. 8. et tertium ibid. 1714. 8. tradit, et alias edd. in Britannia curatas excuſasque refert. — In vſum Delphini cum paraphraſi, notis et indice omnium verborum cura *Petri Daneti.* Pariſ. 1675. 4. — rec. Londini 1688. 1717. 1722. 1727. (quo anno etiam Pariſiis, in 4. tertium eſt repetita ed. Daneti.) — Londini 1735. 1745. 8.

Phaedri — fabb. Aeſopiarum libri V. cum notis perpetuis *Io. Fred. Gronouii* P. et emendatt. *Iac. Gronouii* F. Acced. *Nicol. Dispontini* in Phaedrum collectanea. Amſtel. ap. Ianſſonio — Waeſebergios. 1703. 8. Dispontini praef. longa eſt erudita et critica eiusque collectanea ſimilia ſunt Gifanii collectan. in Lucretium, et vero illis doctiora, atque inſtar clauis amplae doctaeque in Phaedrum.

Fabulae antiquae ex *Phaedro* fere ſeruatis eius verbis deſumptae, et ſoluta oratione expoſitae. Inter quas reperiuntur nonnullae eiusdem auctoris et aliorum antea ignotae. Accedunt *Romuli fabulae Aeſopiae.* Omnes ex Mſstis depromptae et adiectis notis editae ab *Io. Fred. Nilant.* Lugd. Batau. ap. Theod. Haak.

Hask. 1709. 12. In longa praefat. diſſerit Nilant de cod. Voſſ. (quem is fere quingentorum annorum eſſe cenſet,) de fabulis illis ſolute oratione expoſitis, (ſunt autem LXVII.) de Rimicio et Romulo.

Phaedri fabularum Aeſopiarum libri V. editae a *Mich. Maittaire* in corpore vett. poetarum latin. Londini 1713. fol. vol. I. pag. 788 ſqq.

Ab eodem *Maittaire* ſeparatim editi ſunt cum ſpicilegio variarum lection. *Phaedri* fabb. Aeſopiarum libri V. item fabulae quaedam ex msto veteri a *Marquardo Gudio* deſcriptae, cum indice vocum et locutionum. Appendicis loco adiiciuntur *fabb. graecae* quaedam et *latinae* ex variis auctoribus collectae; quas claudit *Anieni* Aeſopicarum fabb. liber *unus*. Londini ex offic. Iac. Tonſon et Io. Watts. 1713. 1721. 1729. 1772. 1773. 12.

Phaedri — fabb. libri V. et nouarum fabularum appendix, cura et ſtudio *P. Burmanni*, (ſine notis.) Hagae Com. 1719. 12. — Lugd. B. ap. Sam. et Io. Luchtmanns. 1765. 12. Adpendix exhibet fabb. 34. quarum quinque a Gudio detectae, ceterae ex Rimicio, Romulo, anonymo vet. etc. ſumtae ſunt.

Ad pag. 439. *lin.* 20.

Phaedri fabb. Aeſopiar. libri V. opera et ſtudio *N. Bailey*. Lond. 1728. 1732. 1744. 1751. 1754. 8. — cura *Io. Stirling*. Londini

dini 1734. 1744. 1771. 8. — ex rec. P. Burm. Glasguae, Vrie 1741. 12. — ib. ex cud. Rob. et Andr. Foulis 1751. 1762. 1785. 12. — cum P. Syro et versi. gallica noua notisque criticis, moralibus, et historicis etc. auct. *P. Fabre*, Presb. orat. Paris. ap. fratr. Barbou 1757. 12. — cum notis Stephani Andr. *Philippe*. Paris. 1747. 12. Vsus est editor adnotatt. ineditis *Natalis Stephani Sanadon*, critici iusto audacioris.

Ad pag. 440. lin. 6.

Phaedri fabb. Aesop. libri V. Arosi. 1781. 8. — fabulae selectae cum adnotatt. germ. Berol. 1788. 8. — fabb. Aesop. libri V. in vsum scholarum, adsperſis notulis, (eruditis,) editae ex rec. P. Burmanni. Lipſ. 1790. 12. — *fabb. Aesopiae*, cum adnott. germ. *Lud. Henr. Iacobi*. iterum editae, et critico periculo auctae a *M. Guil. Langio*, Halae Sax. 1799. 8.

Les trois Fabuliſtes, *Eſope*, *Phèdre*, et la Fontaine par *Champfort* et *Gail*. III. tom. Paris. 1796. 8. In tomo secundo est *Phèdre* traduit en Français par *J. B. Gail*. Textus latinus expreſſus est ex edit. Brotieri, cuius notae latinae excipiunt contextum vna cum gallicis, maximam partem grammaticis, interpretis.

Phaedri — fabb. Aesopicarum libri V. noua editio, cui accesserunt *Publii Syri* et aliorum veterum sententiae. Paris. (edit. ſtereoty-

reotypa,) apud Didot, anno reipublicae VI. (1797.) 12.

Ad pag. 440. *sect.* 6.

Apuli, quae fuit colonia per Daciae tractus auspiciis Traiani deducta, repertus est lapis epitaphicus, qui hunc Phaedri versum e libr. III. fab. 17, exhibet: *nisi vtile est, quod facimus, stulta est gloria*, quem Zamosius in analectis pag. 71. profert; nec tamen nouit, Phaedri esse, quippe cuius fabulae aliquot annis post Zamosii analecta primum sint editae. Id igitur praebere testimonium de genuina antiquitate fabularum, quas sub Phaedri nomine habemus, censet cl. *Mannert* in libello: Res Traiani imperatoris ad Danubium gestae. Noribergae 1793. 8. pag. 78. not. v.

Ad pag. 441. *lin.* 18.

Car. Frid. Schmid prolus. de iurisprudentia Phaedri. Witteb. 1788. 4. — M. *Iac. Baden* commentat. fabula Phaedri I. 5. comparata cum duabus graecis similis argumenti, in eius Opusc. latin. Hauniae 1793. 8. nr. 7.

Germanicae versiones nouissimae sunt, 1) *Xauerii Weinzierl* metrica. Monach. in Bauaria 1797. 8. — *Io. Dau. Büchlingii* cum notis. Halae Sax. 1796. m. 8. — *Io. Paulli Sattleri*, V. C. Prof. et Conrect. Gymn. Noriberg. 1798. 12. — *Io. Iosephi Pracht*, opificis scriniarii, Noribergae 1798. mai. 8. —

Add.

Add. Woerterbuch vebet Phaeders Fabeln zur Praeparation für den Schüler, von *Euchar. Oertel*, Noriberg. 1798. 8. — *Brittanicas* verſiones, quarum nonnullis additus eſt textus latinus, enumerat *Brüggemann*, l. c. pag. 644 ſq.

Ad pag. 402.

A. Perſius Flaccus.

Ad ſect. 1. *lin.* 7.

Leg. *CCX.* 2. loco *CXX.*

Ad pag. 443. *ſect.* 4.

Perſii — *ſatir.* ſ. l. et a. fol. (Argentor. Martin. Flach.) *Panz.* V. C. A. T. I. p. 90. memorat ex *Laire* Ind. I. p. 165. et *Denis* ſuppl. p. 635. — De alia ed. (Romana) ſ. l. et a. fol. min. v. *Audiffred.* p. 414. et *Panzer* II. p. 553.

Ad pag. 444. *lin.* 12.

Ad *Fontii* editt. pertinet *Barthol. Fontii* commentum in Perſium. In fine: Impreſſum Florentiae apud Sanct. Iacobum de Ripoli, anno MCCCCLXXVII. (1477.) 4. v. *Crevenn.* catal. III. pag. 248. et *Panzer* I. pag. 405. — De edit. Fontii Vicentina. 1481. fol. v. *Panzer* III. p. 515. eumdem paſſim de aliis Fontii editt. Venetis, Mediolanenſibus, etc. — Editio *Fontii* Venet. 1484. quam in manibus habui, conuenit cum ea, quam Cl. *Panzer* IV.

pag. 436. ex bibl. Ioſch. refert. — Alia Fontii editio, quae penes me eſt, in priore primi folii pagina caret inſcriptione; poſterior autem ſ. auerſa pagina incipit:

Bartolomei Fontii proœmium breue in Perſium poetam ad Laurentium Medicen. Tum fol. 2. *Satirae Perſii* cum commentario Fontii. In fine: Impreſſum Venetiis per Antonium de bactibobus. M.CCCC.LXXXV. (1485.) *die XVII. Septembris.* Fol. v. etiam *Schwarz.* catal. tom. II. p. 198. cl. edit. Bipont. p. XX. et *Panzer* III. pag. 225. — rec. eſſe videtur editio illa ibid. per eumdem a. 1493. fol. v. *Denis* Suppl. p. 353. Vniverſim Perſius vel ſeparatim, vel coniunctim cum Iuuenale atque vel ſine commentariis vel vt plurimum cum illis frequenter ſaeculo XV. ſub prelo ſudauit.

Ad pag. 445. *lin.* 9.

Ramporibus editt. adnumeranda eſt ed. *Aldina*, quae penes me eſt, et inſcripta: *Iuuenalis, Perſius*, cum breui epiſtola Aldi ad Scipionem Carteromachum, ſine nota loci, anni, et typograph. et ſine ſueto inſigni typogr. ancorae et Delphini Aldino. A *Burio* quidem in Bibl. inſtructive, belles Lettres tom. I. (vbi nr. 2827. plures Perſii et Iuuenalis edd. recenſentur,) nr. 2836. tribuitur illa editio Aldo: cui etiam in catal. bibl. anonymi Hag. III. p. 203. tum in meo exemplo a manu viri, neſcio

neſcio cuius? docti adſignatur. Sed teſte auctore catalogi edd. Aldinarum, (Serie dell' Edizioni Aldine) pag. 14. (vbi vid. doctiſſ. adnotatt. editoris recent. de duplici quae putatur edit. huius anni Aldina,) *Iuuenalis et Perſii ſatyrae* cum praef. ſeu epiſtola Aldi ad Scipion. Carteromachum, excuſae ſunt *Venetiis in aedibus Alxi menſe Auguſto* 1501. 8. conf. catal. bibl. Solgerianae III. p. 278. nr. 1833. Quare illa ed. loci et anni et typographi nota deſtituta, num a. 1501. et ex officina Ald. in lucem exierit, dubium eſſe videtur: atque V. D. in nota ad Serie etc. mem. p. 155. vbi nr. 17. inter libros ſine anni indicio ab Aldo typis expreſſos citantur, *Iuuenalis et Perſii ſatyrae ex recognitione Aldi. Venet. Aldus in* 8. „ma queſt', ait, edizione è facilmente quella di Lione, in cui è contraffatta quella di Aldo, come ſi fece del Virgilio etc. ſopra di che ſi vegga il Giornale des Sçavans, Marzo 1790. pag. 157. ove il contraffattore ſi ſcuopre eſſere ſtato Guglielmo Huyon." adde infra ad *Lucanum*. Lugdunenſem Goetzius quoque in Memor. bibl. Dresd. III. p. 181. habet illam ſ. a. et l.

A. Flacci Perſii ſatyrarum opus per Mart. Herbipolenſem. Lipſiae ſ. a. 4. v. *Leich.* de orig. et increm. typographiae Lipſ. p. 101.

Perſii Flacci — vnicus; ſed elegantiſſimus ſatyrarum liber, cum Hermanni Buſchii

Paſiphili epigr. in Perſium: ſine loci et anni nota, ſed cum inſigni Martini Herbipolenſis typographico. (Lipſiae) fol. In exemplo tamen, quod eſt in bibl. electorali Dresdenſi, (vid. *Goetz.* l. c. pag. 179 ſq.) additus eſt *liber ſatyrarum Iunii Iuuenalis:* in cuius fine legitur — — *diligentia Baccalarii Martini Herbipolenſis! Liptzenſis* ciuis! — Anno — 1502. fol. Eiusdem igitur anni illa quoque Perſii editio eſſe videtur.

Cum eadem inſcriptione, et eodem Hermanni Buſchii epigr. in prima pagina, editus eſt *Perſius.* In fine autem legitur: *P. Aulii Perſii ſatyrarum opus finit. Impreſſum Liptzk p Melchior. Lotter, anno dni M. quingenteſimo ſeptio.* (1507. fol.) Meum exemplum onuſtum eſt multis adnotatt. manu exaratis, at lectu difficilibus.

Perſii Satyrae a *Io. Baptiſta Plautio.* Bononiae 1502. fol. vid. Pinelli catal. II. pag. 357.

Iu. Iuuenalis vnà cum Au. Perſio nuper rerogniti. In fine: Florentiae ſumptib. Philippi de Giunta, ciuis Florentini, menſe Octobri. M.D.XIII. (1513.) 8. curante *Mariano Tuccio*, vt hic ipſe fatetur in epiſtola nuncupatoria ad Ant. Franc. Albizium. Exemplum penes me eſt: et Perſius in hac edit. discedit a multis edd. antiquioribus: ad verbum vero eſt paene repetita illa editio in editione Amſterod. typis Elzeuir. 1651. 12.

Caſti-

Caſtigatiſſimum Perſii poema: cum *Io. Baptiſtae Ploutii* frugifera interpretatione; nec non cum *Cornuti* —, *Io. Britannici* Brixiani, ac *Barthol. Fontii* aureis commentariis. In calce: Venetiis per Io. Rubeum Vercellenſ. 1516. fol. Exemplum habeo.

Aldinam recenſionem κατὰ πόδας ſequitur, aut forſan eſt repetitio edit. ſine l. et a. ſupra memoratae:

Iuuenalis Perſiique Satyrae feliciori lima quam prius impreſſae ſunt 1521. cum epiſtola Aldi ad Scipionem Carteromachum. — In calce: — in inclyta vrbe Lugd. opera Guillelmi Huyon impreſſoris, menſe Iunio 1521. 8. In meo exemplo ſunt Iuuenalis ſatyris in margine adſcriptae variae lectiones codicis *S.* (h. e. cod. Schwarzii, Profeſſoris quondam Altdorf.)

Ad pag. 446. lin. 12.

Omnis dubitatio tollitur obſeruando, textum Perſii eſſe Pictauis a. 1560. Vineti autem commentarium anno 1563. ſeparatim et cum peculiari inſcriptione formulis typographicis deſcriptum.

Ad pag. 446. ſub finem.

In *A. Perſii — ſatyras* paraphraſis ſcholaſtica noua, qua retentis ac inſertis poetae verbis auctor difficillimus mira luce ac breuitate pleniſſime explicatur. *Eilhardi Lubini*

Amſtelredami, ap. Zach. Heynſ. 1595. 8. Sic inſcripta eſſe illa editio dicitur in exempl. bibl. Dresd. v. *Goetzii* Memorab. III. pag. 183. Sed meum exemplar hanc habet inſcriptionem: *Auli Perſii Flacci*, Satyricorum celeberrimi, grauiſſimi, et difficillimi, *Satyrae VI.* ita illuſtratae, vt a quouis facile intelligi poſſint, commentariis *Eilhardi Lubini.* Amſtelred. ap. Zachar. *Heyns* bibliopolam. M. D. XCV. 8. et conſtat pagg. 248. Dresdenſe vero pagg. 184. Singulas ſatiras, quibus adpoſitae ſunt variae lectiones et coniecturae, excipiunt commentarii. Lubini dedicatio ſcripta eſt a. 1593. Atque *Iuuenalis ſatyrarum libri V. — et Perſii ſatyrarum liber vnus cum analyſi et commentariis, partim nunc primum, partim de integro editis, Eilhardi Lubini,* excuſae ſunt Hanouiae typis Wechel. 1603. 4. et 1619. 8. mai. teſte *Goetzio* l. cit. — a quo praeterea memoratur *Antonii Foquelini Veromandui* in A. Perſii Flacci ſatyras commentar. Pariſ. 1555. ap. Andr. Wechel. — De *Nic. Friſchlini* paraphraſi v. ſupra, Supplem. I. p. 416.

Ad pag. 448. *lin.* 19.

Perſius cum notis *Io. Bondii* poſtumis; antea curante *Rog. Prowſe*, Londini 1614. 8. lucem adſpexit. v. *Brüggemanni* View etc. p. 658. — rec. quoque eſt Noribergae 1625. et 1631. 12. cum indice. Amſteledam. 1645. mai. 12. — Haud ſpernenda eſt editio *Iuue-*

nalis

natis et *Perſii* cum adnotatt. *Th. Farnabii.* Amſterd. 1631. 12. — Londini 1633. 8. — Amſtel. 1642. — Pariſ. 1644. 8. — Amſtel. 1648. 12. et ſaepius. — *Perſii ſatyrae* cum notis *I. M. Dilherri.* Ienae 1635. 12. In praef. valde laudat is Perſium.

Ad pag. 448. *lin. pen.*

Perſii Satirae in *Mich. Maittarii* collectione: Opera et fragmenta vett. poet. latin. Londini 1713. fol. vol. II. p. 884 ſqq.

Ad pag. 449. *lin.* 9.

Perſii ſatyrae cum notis. Londini, Wilſon. 1762. 8.

Noua quodammodo recenſio eſt, vel ope interpunctionis, vel meliore lectione delecta, vel transpoſitione verſuum facta:

A. Perſii Flacci ſatirarum liber cum gloſſis veteribus, in vſum praelectionis academicae, (auctore *Reitzio*, Prof. Lipſienſi.) Lipſiae 1789. 8. conf. Allg. Litt. Zeit. m. Sept. 1790. nr. 266.

A. Perſius Flaccus Satyren. Text vnd Ueberſetzung mit Einleitung vnd Erläuterungen verſehen von *Georg Guſtav Füllborn*, Prof. am Eliſabethan. in Breslau. Züllichau vnd Freyſtadt 1794. 8. Verſio eſt metrica, genere iambico. Poſt praef. agitur de II. codd. Rhediger. Wratislau. cum nonnullis V. L. ex illis excerptis; tum ſequitur commentatio de

Perſio eiusque comparatio cum Horatio. conf. Jen. A. L. Z. a. 1794. nr. 74. menſe Mart. pag. 585 ſqq.

Ad pag. 450. *lin.* 18.

Alias et omnium et quarumdam ſatirarum verſiones, a *Brüggemanno* View etc. pag. 659 ſqq. memoratas vt praetermittam, recentiſſimae faciam mentionem,

The Satires of Perſius. Translated by *W. Drummond*, Esq. 1798. 8. Fida quidem probaque habetur interpretatio, ſed viuacitate et facilitate cedere Drummond cenſetur Drydenio, cuius verſio primum prodiit Londini 1697. 8. et ſaepius.

Italicis verſionibus a Paitonio et edit. Bipontino laudatis add.

Le Satire di *Aulo Perſio Flacco* e la ſatira de *Sulpizia* transportate a verſo italiano, e con varie annotazioni illuſtr. da *M. A Soranza.* Venezia 1788 4. — Satira ſecunda in verſus hexametros german. a *C. W. Schmidt* verſa legitur in: Bieſteri neuen Berl. Monatsſchrift m. April. 1800. p. 264 ſqq.

Ad pag. 451. *ſect.* 6. *lin.* 13.

Leg. *commoratus*, et add, in fine:

Ionſtoni ſchediasmati de feſtis Hebraeorum et Graecorum (Ienae 1670. 12.) ſubiuncta ſunt lectionum philologicarum miſcella,

in

in quorum pluribus capp. et locis *Perſii* ſatirae explicantur.

Garnier ſuper ſatira *Perſii* in Mem. de l'Acad. Pariſ. des Inſcript. vol. 45. a. 1793. Perſius defenditur praecipue contra Saulx. v. ephem. Gottinq. litter. a. 1793. plag. 171. pag. 1714.

Meditationum et obſeruationum iuridicarum ad *A. Perſii Flacci* ſatiras ſpecimen — praeſ. *Chr. Gottl. Hübner* — reſp. auctore *Phil. Guil. Schindler.* Lipſ. 1797. 8. De hac diſp. et Füllebornii verſione v. Anhang zum 1— 28. Bande der neuen allgem. deutſchen Bibl. Kilop. 1799. p. 525 ſqq.

Thomae Harmar obſeruatt. in Perſium, in eius Obſervations on divers paſſages of ſcripture etc. Lond. 1787. 8. vol. III. et IV. v. *Brüggemann* View etc. pag. 662.

Iſaaci Caſauboni in Perſium prolegomena in libro inſcripto: Tractatus varii latini a Crevier, Brotier, Auger aliisque clariſſ. viris conſcripti, et ad rem cum criticam, tum antiquariam pertinentes. Londini 1788. 8. part. II. pag. 43 — 51.

Ad pag. 451. §. 3.

Marcus Annaeus Lucanus.

Hoc loco pauca tantum addere iubet. *Martyni — Laguna* epiſtola memorata iterum, paſſim correcta et aucta, prodiit Lipſiae 1795. 8. — De edd. praecipue antiquioribus

vide quoque, vt Maittarii et Panzeri V. C. A. T. atque cl. editoris Bipontini indicem editt. Lucani omittam, cl. *Foſſium* in catal. codd. ſaec. XV. impreſſorum in bibl. Magliabech. II. pag. 96 ſqq. *Pinelli* catal. II. pag. 339 ſqq. ac *Bure* in Bibliogr. inſtruct. B. L. tom. I. p. 346 ſqq.

Ad pag. 454. *lin.* 16.

Louanienſis edit. habuit typographum Io. Veldener. v. cel. *Panzer* I. p. 524. — De edit. *Parmenſi* a. 1483. fol. v. *Affò* Saggio di Memorie ſu la Tipograf. Parmenſe, del ſecolo XV. pag. LXXXIX. ſq.

Ad pag. 454. *lin.* 26.

Corrige M. CCCCC. XXII. De hac ed. v. *Laguna* epiſt. laudat. edit. II. p. LVIII. et XCVII. — Halae tamen neque Sueuorum, quae in omni antiquae typographiae hiſtoria eſt quaſi terra incognita, neque Saxon. erat a. 1472. officina typographica. v. *Panzer* A. T. IIII. p. 9. et 494. qui in indice pag. 288. illam edit. ſpuriam habet, nec in vol. VII. A. T. ab a. MDI. p. 117. inter libros Halae Sueuorum excuſos illam Lucani recenſet editionem, quam Laguna a. 1522. ibi e prelo exiiſſe coniicit. Diſſentit quoque cenſor epiſtolae laudatae in noua vniuerſ. germ. bibliotheca, vol. XXVIII. part. I. faſcic. IV. pag. 265 ſq. Kilon. 1797.

Ad

Ad pag. 455. *lin.* 27.

De edit. *Argentinenſi* typis Knòlouch ſ. Knoblouch 1520. 8. v. Jen. A. L. Z. a. 1791. nr. 86. et Lag. in epiſt. laud. ed. II. p. LXVI. et XCVIII.

Lucanus. In fine: *Lugduni in officina Guillelmi Huyon, calchographi, anno Domini* MDXXI. (1521.) *die vero decimo julii.* Hunc eſſe typographum, qui alias Aldinas edd. Virgilii, Horatii, Iuuenalis et Perſii, Martialis, Catulli cum Tibullo et Propertio, et Terentii, at vitioſe, vt ipſe Manutius conqueſtus eſt in plagula vnius paginae in folio, inſcripta: *Aldus Manutius ro. lectori S.* recudi fecit cum praefatione Aldi, et ſine loci et typographi nota, docte oſtendit Abb. *Saint-Leger* menſ. Mart. 1790. in Journ. des Savans, rec. in L'Eſprit des Journaux, m. Sept. Pariſ. 1790. pag. 242 ſqq. conf. ſupra Supplem. I. p. 335.

Ad pag. 456. *lin.* 4.

M. Ann. Lucani Pharſalia. Londini, typis Georgii Biſhop. 1588. 8.

Ad pag. 457. *ſub fin.*

Maittaire antea ediderat *Luc.* Pharſalia in Corpore poet. lat. Lond. 1715. fol. vol. II. pag. 890 ſqq.

— Pharſalia —, Duobus voll. (cum ſupplemento Lucani, auctore *Thoma Maio*, Anglo, qui continuare libris VII. cum notis cona-

conatus est Lucanum,) vol. I. Londini, typis J. Brindley. 1750. — vol. II. ibid. 1751. form. min. (editiones Supplem. Lucani, per Th. Maium refert *Brüggemann* View etc. pag. 665 sq.)

Ad pag. 458. *fin.*

— Pharsalia. Glasguae, excud. Rob. et Andr. Foulis. 1751. 12. — ad edit. Gottl. Cortii, ibid. 1785. 12.

Ad pag. 459. *lin.* 1.

Add. *Blankenburg* ad Sulzer. tom. II. p. 509. et *Fabr.* B. L. de Lucano, tom. II. cap. X. — De *italicis* versionibus v. *Paitonium* Bibliot. degli autori — volgarizz. tom. II. p. 222 sqq. et de antiquissimis quidem saec. XV. *Panzer* quoque in A. T. vol. II. pag. 68 sq. de *Mediolanensi*, (quae potius est vita Iul. Caesaris magnam partem e Lucano depromta, per L. de Monticello, Cardin. de quo multus est Paitoni) a. 1492. 4. — vol. II. p. 502. de *Romana*, (quae eadem cum superiore esse videtur,) per Euchar. Silber, alias Franck. 1492. 4. — vol. III. p. 376. et IV. p. 449. de *Veneta* 1495. 4. eodem L. Cardinali *de Monticello* auctore. Est vero paraphrasis libera italicis octostichis conscripta, conf. *Foss.* catal. bibl. Magliabech. tom. II. p. 103. — De *Gallicis*, iisque antiquissimis, cum Suetonio et Sallustio, Paris. 1490. et 1500. fol. v. *Pan-*

Panzer II. pag. 292. et 332. Recent. sunt: *La Pharsalie de Lucain*, traduite par Mr. *Marmontel*, Paris 1766. 8. II. voll. de qua vid. infra nr. 6. — *La Pharsalie de Lucain*, traduite en vers français par *Brébeuf*, accompagné *du Texte*, conferé sur les meilleurs éditions, avec la Vie de deux poétes et de Reflexions critiques sur leurs Ouvrages, par *I. B. L. I. Billecocq*, Citoyen Franç. Paris. Maradon. 1796. 8. II. voll. cum X. tabb. aeneis. *Guil.* autem *de Brebeuf* versio iam Paris. 1657. et saepius edita, valde laudatur.

Germanicas verss. recenset cl. *Degen* l. l. part. II. p. 92 sqq. de recentissima *Phil. Ludouici Haufii* prosaica, Mannhemii 1792. 8. II. voll. v. quoque ephem. litter. Würceburg. mens. Oct. 1794. nr. 111. *Anglicas* refert *Brüggemann* View etc. p. 663 sq.

Ad pag. 460. sect. 6.

Marmontelii versio recusa est in eius Oeuvres complettes, vol. 13. et 14. Is addidit libro Xmo Lucani supplementum, in quo, vbi defierat Lucanus, supplere sustinuit, stilo autem magis historico, quam heroico. conf. nouam bibl. artium bonarum etc. vol. 38. part. II. Lipsiae 1789. p. 308 sqq.

Ad pag. 460. lin. antep.

Georgii Waddelii animaduerss. criticae in loca quaedam Virgilii, Horatii, Ouidii et *Lucani.*

cani. Edinburgi 1734. 8. — rec. Traiecti ad Rhen. 1738. min. 8.

Hugh Blair in ſuis Lectures on Rhetoric and belles lettres, Lecture XLIII. animaduerſſ. in Lucanum. — et obſſ. criticas in Lucanum *Io. Iortin* in ſuis Tracts philological, critical and miſcellaneous, Lond. 1790. 8. in vol. II. p. 268 ſqq. ſcripſerunt.

Henr. Crede in Periculo animaduerſionum in loca quaedam veterum poetarum, Marburgi 1792. 8. nonnulla Lucani loca germanice vertit atque explicuit.

Franckii, Directoris et Profeſſoris Gymnaſii, progr. de religioſo luci Maſſilienſis in Gallia cultu, eiusque reformatore Iul. Caeſare, ſecundum *Lucanum* libro III. a verſu 399. Pharſal. quibusdam de religioſi lucorum cultus origine praemiſſis. Erford. 1793. 4.

Ad §. 4. pag. 461.

C. Valerius Flaccus.

Ad ſect. 2. lin. 6.

De *Setini Balbi* nomine et patria Valerii Flacci certatum eſt inter viros doctos. Quod poetam noſtrum recentiores multi ſcriptores fecerint Setinum; *Petrus Marcellus Corradinus*, Ictus Setinus in libro de ciuitate et eccleſia Setina, Romae 1702. cap. I. pag. 7. Setiae, hodie *Sezza*, Campaniae vrbi, adſeruit Valeriam Familiam et Flaccum noſtrum. Sed Reine-

Reinesium et Nic. Heinsium haesisse de nomine *Setini Balbi*, iam adnotatum est in Fabr. Ernest. B. L. II. cap. 14. p. 250. Idem tamen *Corradinus* in libro de veteri Latio, 1705. edito, suam sententiam non solum latius repetere et vindicare; sed etiam Heinsii argumenta refellere conatus est. At Corradini rationes esse valde lubricas falsasque docuit, idemque Heinsium defendit *P. Burmannus* in praefat. init. ad maiorem Valerii Flacci edit. de coniectura vero Heinsii, quasi *Setinus Balbus*, vel *Balbus Setinus*, fuerit codicis vel possessor vel emendator Flacci, nihil definit, sed eam, incertam, in medio relinquit.

Ad pag. 461. *sect.* 4. *lin.* 11.

Editio *Bonon.* a. 1494. in B. L. Fabric. memorata, spuria est, nec ab vllo alio illius fit mentio: nec edit. Veneta a. 1494. a Maittaire IV. p. 584. ex catal. Iac. Kroll. citata, cel. *Panzero* A. T. III. p. 364. genuina certaque esse videtur.

Ad pag. 461. *lin. penult.*

Bandin. in Iuntar. typogr. annal. II. pag. 7. et 114. enumerat tantum edd. Iuntin. a. 1503. et 1517.

Ad pag. 462. *lin. antepen.*

Altera *Carrionis* edit. a. 1566. (quam ipse habeo) est in forma 12. sed meum exemplar

caret

caret notis, in fronte libri sic promisit: „Seorsim excusae eiusdem Carrionis castigationes, quibus tum emendationis ratio explicatur, tum varietas lectionis indicatur, et diversi aliorum auctorum loci — corriguntur.“ — *C. Valerii Flacci Argon.* — — in Corpore poetar. latin. a *Maittaire* collecto. Londini 1713. fol. vol. II. p. 1107 sqq.

Ad pag. 465. *sect.* 6.

Analyse du poëme des Argonautes de *Valerius Flaccus*, addressée aux auteurs du Journal encyclopédique; par M. *Grainville*, des académ. de Rouen, Caen etc. in L'Esprit des Journaux François et Etrangers. Mai. 1790. tom. V. Dix-neuvieme année. à Paris. p. 276 — 284.

Ad §. 5. pag. 465.

Publius Papinius Statius.

Ad pag. 466. *lin.* 3.

De *Lutatio* siue *Luctatio*, siue *Lactantio Placido* v. *Saxii* Onom. III. p. 45. ad a. 550.

Ad pag. 466. *sect.* 4. *lin.* 3.

De ed. Parmensi *Statii* siluarum cum Catullo v. *Affò* in Saggio di Mem. su la Tipogr. Parmense pag. LV. sq. vbi quoque memoratur ed. *Statii Achilleidos.* Parmae per Stephan. Corallum 1473. 4. add. *Maittaire* A. T. IV. p. 329. et *Affò* l. c. pag. XXV. vbi praeterea descri-

describitur editio *Ferrariensis Statii Achilleidos* libr. II. (sine commentariis,) per Andream Gallum, 1472. 4.

Ad pag. 467. *lin.* 21.

Nec meo exemplo Catulli, Tibulli et Propertii *Vincent.* 1481, adiunctae sunt *Statii sylvae*, quae in aliis quoque exemplis desunt. v. cel. *Heyne* prolegg. de edd. Tibulli, ed. II. pag. XXXIV. sq. *Liber Sylvarum Statii Papinii*, cum Catullo, Tibullo et Propertio, ex recensione *Guarini* Veronensis. Venetiis, Io. de Colonia et Io. Manthen de Gherfen. 1475. 4. v. Catal. bibl. Ducis *de la Valliere*, tom. II. pag. 75 sq.

Ad pag. 467. *not.*

Edition. *Mediolan.* a. 1486. fol. ex catal. quidem bibl. Soubise p. 332. adfert cel. *Panzer* A. T. II. p. 77. sed addit: *Forte Venetiis 1494?* Idem in classico illo A. T. opere passim alias edd. antiquas curate indicat, quas omnes h. l. referre, haud vacat.

Ad pag. 468. *lin.* 16.

Cl. editor Bipont. ex *Masson.* hist. crit. reip. litter. tom. I. pag. 191. refert *Lactatii* scholia in Statium, Venet. apud Aldum. 1508. cuius tamen edit. in Serie edd. Ald. nulla fit mentio.

Ad pag. 468. *lin.* 21.

Corr. *ibidem* 1498. 12.

Ad pag. 469. *lin.* 10.

De controuerſia, quae *Io. Frid. Gronouio* interceſſit cum *Cruceo* v. quoque Das Leben des ber. Io. Frid. Gronouii, Hamburgi 1723. 8. §. XXVIIII. pag. 32. *Fabr.* B. L. II. c. XVI. pag. 335. et *Freytagii* analecta litter. p. 398. vbi *Io. Frid. Gronouii* liber ab ipſo Gronouio ſuppreſſus, ideoque perrarus refertur, inſcriptus: *Io. Frid. Gron. elenchus antidiatribes Mercurii Frondatoris*, (h. e. Emerici Crucei,) *ad Statii ſyluas. Acceſſit epiſtola Claudii Salmaſii ad auctorem.* Pariſ. apud Guil. Poleum. 1640. 8.

Ad pag. 469. *lin. vlt.*

Statii Opera, quae extant, *omnia*, cum interpretatione et notis *Claudii Heraldi* ad vſum Delphini. Lutetiae Pariſ. Roulland. 1685. II. voll. 4. Haec editio, quae omnium, in vſum Delphini curatarum, rariſſima eſt, vberius deſcribitur a *Bure* in Bibliographie inſtructive, B. L. tom. I. pag. 360 ſq. a quo etiam ibidem cod. vetuſtus membr. Thebaid. libr. XII. ſaec. XIII. exeunte aut ſaec. XIV. ineunte exaratus, (in bibl. quondam Gaignat,) recenſetur, idemque lectiones varias, quae non reperiantur in editionibus, praebere dicitur.

Ad pag. 470. *lin.* 3.

De *Markiandi* edit. v. Acta erud. a. 1729. p. 377 ſqq. — *Statii* opera in Operibus et frag-

fragmentis veterum poetarum latin. a *Mich. Maittaire* editis. Londini 1713. vol. II. pag. 1015 ſqq. — *Statii* Opp. in Corpore omnium vett. poetarum latinorum, cum eorumdem italica verſione, tom. I—IV. Mediol. 1731. et 1732. in 4. v. *Paitoni* bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. IV. pag. 67 ſq. vbi praeterea reliquae verſſ. ital. recenſentur. — De verſione *Biaccae ital.* v. *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia. II. part. 2. p. 1117. — Verſio *ſyluarum italica* per Bartol. Fontium, Florent. apud Sanctum Iac. de Ripoli, a. 1480. fol. ex Fineſchio de typographia Ripulitana pag. 32. adfertur quidem a cl. *Panzero* I. p. 408. ſed apocrypha quoque habetur; nec meminit eius Paitonius. Contra a *Bandinio* Iuntin. typograph. annal. part. I. pag. 65. memoratur edit. in bibl. Magliabech. complectens *P. Pap. Statii Syluas*, Florent. apud S. Iac. de Ripoli 1480. fol. addita obſeruatione, ad illius marginem *Hieronymum Beniuenium* manu ſua adnotaſſe plurimas varr. lection. ex codd. antiquis optimae notae deſumtas. Vberius deſcribit illam edit. *latin.* cl. *Foſſius* in cat. codd. bibl. Magliab. II. (vbi plures vett. edd. recenſentur,) p. 617. et miratur, hanc ed. tamquam verſionem italicam a Fontio adornatam indicari.

Edit. Bipontin. vnam tantummodo verſionem *anglicam* metricam *Thebaidos*, cum notis, praefixa vita Statii et disp. de Thebaide,

(per *Guil. Lillington Lewis.*) Londini 1766. II. voll. 8. commemorauit; plures *Brüggemann* in View etc. p. 675 sq. qui vero illam versionem, scribit, in lucem emissam esse Oxon. e prelo Clarendon. 1767. II. voll. 8. — iterum correct. 1773. 8. II. voll. add. *Blankenburg* ad Sulzer. II. p. 510.

Ad pag. 470. *sect.* 6.

Io. Christoph. Dommerichi ad Statii Achilleida ex membranis biblioth. (eius) anecdota, Wolfenbutt. 1758. 4. nihil aliud, nisi ineptas subinde veteris cuiusdam Grammatici scholia, et lectionum varietatis silvulam continere, ait *Saxius* in Onom. I. p. 274. — *Io. Iortin* criticae in Statium obss. in eius Tracts philolog. critical and miscellaneous. Lond. 1790. 8. II. voll. p. 424 sqq. — *Io. Melch. Lochmann* progr. de P. Pap. Statio. Coburgi 1774. 4.

Ad pag. 471. *§.* 6.

Marc. Valer. Martialis.

Ad section. 2. *fin.*

De aliis *Martialibus* v. Fabr.-Ernest. B. I. II. cap. XX. pag. 377. not. et de *Gargilio Martiale*, cuius fragment. *curae boum*, Vegetio, libr. IV. mulomedicinae, in edd. scriptor. R. R. latin. Gesneriana et Schneideriana adhaeret, cel. *Schneider.* in comm. ad Vegetii opus et Gargilii Martialis curas etc. tom. IV. part. I. pag. 73 sq.

Ad

Ad pag. 472. *lin.* 6.

Add. cel. *Panzer* in A. T. paſſim, et de edit. quidem *Veneta* epigramm. cum libro de ſpectaculis circ. a. 1470. *Georgio* (*Merula*) *Alexandrino* correctore, vol. III. pag. 66. — De editione Martialis, absque vlla nota, ſaec. XV. in 4. paruo, vid. cel. *Morellium* ad Pinelli catal. II. pag. 348 ſq. cui character ad eum accedere videtur, quo Vindelinus Spirenſis a. 1477. Dantis comoediam impreſſit.

Ad pag. 473. *lin.* 1.

In nota a. 1480. error typographicus eſſe videtur. Nam *Martialis* cum comment. Domitii Calderini prodiit *Mediolani* per Leonard. Pachel et Vlder. Scinzenceller, a. 1483. die XV. Aug. fol. et ibid. per Vlder. Scinzenzeller 1490. die XV. Sept. fol. v. *Saxium* de hiſt. — typogr. — Mediol. p. 578. et 588. ac *Panzer* II. p. 49. et 61.

Edit. *Veneta* a. 1482. per Raptiſt. de Tortis habet tantum Calderini commentar. teſt. *Maittaire* A. T. IV. p. 433. et *Panzero* III. p. 185.

— Epigr. cum comment. Dom. Calderini et Georg. Merulae, prodiiſſe Venet. 1488. fol. *Maittaire* IV. pag. 495. ex catal. Adr. Paw refert; ſed cel. *Panzer*. p. 264. ſuſpicatur, eſſe anni 1498. et memorat edd. *Venetas* 1491. 1492. 1495 et 1498. cum Calderini

derini et Merulae commentt. — Edit. tamen 1492. quam *Orland.* p. 364. et ex eo *Maittaire* in ind. II. pag. 56. atque ex illis *Panzer* III. p. 323. per Bernardinum de Choris de Cremona formulis typographicis esse descriptam tradunt, omisit cl. editor Bipontinus; qui contra refert ed. raram, quam ipse in manibus habui, alii vero praetermittunt, et *Maittaire* IV. p. 567. ex bibl. Gesner. commentariis Calderini tantum stipatam esse, narrat. Quare paucis de illa agam, inscripta:

Martialis cum duobus commentis. Ad calcem: *Domitii Calderini* Veronensis defensio cum recriminatione ad calumniatorem commentariorum in Martialem, quos nondum ediderat, ad Corelium patris amplissimi Cardinalis neapolitani nepotem. In fine legitur: „Hoc per Bartholameum de Zenis de Portesio Venetiis impressum opus foeliciter explicit M.CCCC.XCIII. (1493.) die XIII. Nouembris.“ Textui cum commentario verboso praemissa est inscriptio: *M. Vale. Mar. epigrammata cum Do. Chal. ac Ge. Me.* (Georg. Merulae) *commentariis.* Merula, qui fol. 110. fol. auerso prouocat ad suum commentarium ad Iuuenalem, in animaduersionibus suis eruditis discedit ab interpretatione, interdum lectione Domitii, et hunc saepius acerbe tractat, multaque ex Graecis bene explicat.

Ad

Ad pag. 473. *lin.* 7.

Perotti cornu copiae editum eſt primum, curante *Pyrrho Perotto* auctoris propinquo, Venetiis per Magiſtrum Paganinum de paganinis brixienſem a. 1489. fol. v. *Maittaire* A. T. indic. II. pag. 130, vbi plures veteres enumerantur editiones. Praeterea notandae ſunt duae edd.

Nic. Perotti cornu copiae emendatiſſimum, ſiue commentarii latin. linguae et in Martialis epigrammata. fol. Venet. 1494. per Dionyſ. de Bertochis de Bononia. v. *Panzer* III. p. 353. et IV. p. 447. Exemplum, illo anno ſignatum, quondam emtoribus alicubi oblatum erat, addita adnotatione, edit. an. 1496. non eſſe principem; ſed ſuperiorem biennio prius excuſam.

Cornu copiae, nuper emendatum a Domino Benedicto Brugnolo ac mirifice concinnatum — — Venetiis, per Ioan. de Tridino, alias Tacuinum. a. dom. MDI. (1501.) fol. Eſt opus ipſius Perotti, a *Brugnolo* recognitum et paſſim, maxime in Graecis, emendatum. Fuerunt inſcriptione decepti, qui Brugnolum haberent Lexici illius auctorem. Copioſiſſime autem agit de illa editione atque Brugnolo, et plurimas cornu copiae edd. indicat *Frid. Otto Mencken* in novis miſcell. Lipſ. tom. VI. p. 524—543.

Ex officina *Aldina* exiit quoque Perotti cornu copiae a. 1513. et 1526. — 1527. fol. v. Ser. edd. Aldin. p. 35. et 61.

Ad pag. 473. *lin.* 10.

In Serie dell' ediz. Aldine memorantur editt. Martialis *Aldinae* a. 1501. 1510. 1512. 1517. 8. Num omnes sint genuinae, fidem praestare non possum. *Menoken* enim l. c. pag. 560. duas tantum nouit Aldin. a. 1502. et 1517. in catal. autem *Pinelliano* II. pag. 349. edd. a. 1501. 8. (bis) et 1517. 8. occurrunt. In fronte quidem mei exempli legitur *Martialis*, in auersa eiusdem folii pagina Plinii epistola ad Cornelium Priscum de Martialis obitu, et in vltimo denique folio: *Quisquis es, qui quoquomodo huiusce excusionis ergo aduersus ieris, damnatus esto et reus I LL. S. V. ne dicas tibi non praedictum. Caue.* Sed sine ancora, Delphino, ac praefatione (vti in serie edd. Aldin. quoque animaduertitur,) sine nomine Aldi; sine pagina, custode, loci annique nota. Calamo tamen nescio quis in fine scripsit: *Venetiis in aedibus Aldi mense Decembri MDI.* Num igitur meum exemplum sit genuinum Aldin. an Lugduni ex Guil. Huyon an ex alia quadam officina furtim exierit, equidem decernere non possum.

Ad pag. 473. *lin.* 13.

Edit. Argentorat. eaque rarior, a. 1515. sic inscripta est:

M.

M. Valerii Martialis epigrammata, cum interpretamento dictionum graecanicarum quae passim in toto opere continentur *Othmari Nachtgall Argentini*. — *Io. Knoblouch notis aereis excepit Argentorati*. In fine: „Impressus Argentinae a. dni M.D.XV. (1515.) XXVIII. die mensis Augusti. in aedibus Io. Knoblouch Chalcographi. 4. v. *Am Ende* in Strobelii miscell. I. p. 39. et cl. *Panzer* VI. p. 71. Notanda quoque est editio, ab aliis omissa:

M. V. Martialis epigrammaton libri duodecim, Xeniorum liber I. Apophoretorum liber I. Omnia ad vetustiorum codd. fidem diligenter emendata, scholiis in margine illustrata, apposita etiam varietate lectionum, ac demum decem epigrammatis ex eodem vetusto codice suis locis adiectis. — Basileae apud Petrum Pernam. M.D.LIX. (1559.) 8. sine vlla praefatione aut notitia editoris.

Ad pag. 474. lin. 21.

Editionis *Radae* cum multis codd. collatae exemplar non est, vti Ernesti ad Fabricii B. L. II. p. 383. narrat, ex bibl. Kappiana illatum in bibl. Senator. Lipsiens. sed ex sectione bibl. Kappianae emit illud M. *Genselius*, Superint. Glauchae; vti traditur in Lipsi. Allg. litterar. Anzeig. a. 1796. nr. 39. pag. 440.

M. Valerii Martialis Epigrammatum libri XV. cum variorum doctorum virorum

commentariis, notis, obseruatt. emendationibus et paraphrasibus, vnum in corpus magno studio conjectis. Cum indice omnium verborum *Iosephi Langii*, Caesari — mont. et aliis indicibus locupletissimis. Lutet. Parisior. apud *Claudium Morellum* *), via Iacobaea, ad insigne Fontis. M. DC. XVII. (1617.) fol. Praeter multorum VV. DD. commentarios, non vnum in locum congestos, haec haud spernenda editio continet *metaphrasin graecam* selectorum Martialis epigrammatum, a *Ios. Scaligero* compositam. Illam autem Scaligeri metaphrasin *Is. Casaubon.* in Florilegio Martialis, Paris 1607. et *Petrus Scriuer.* inter *Scaligeri* poemata gr. et lat. Leidae 1615. ediderant: Scaliger vero epigrammatibus istis graece versis subscripsit: „Haec omnia fere in lecto Ios. Scaliger, Iul. Caes. Fil. meditando insomniam suam solabatur a. 1601. noctibus brumalibus.“ In Parisina tamen edit. non omnia Martial. epigrammata graece versa, Scaligerum habent parentem; sed multa *Frid. Morellum*, qui suam versionem graecam ante Scaliger. Paris. circ. 1600. II. plagg. 4. ex sua officina exire iussit. In Scaliger. vers. multos barbarismos et soloecismos, multa pec-

*) Sic in meo exemplo dicitur bibliopola: a cl. autem edit. Bipont. pag. XXXV. notitiae etc. *Michael Sonnius*: forsan more haud insolito alia librariorum nomina in aliis designabantur exemplaribus.

peccata contra prosodiam etc. notauit *Menagius*, (Monnoye) in Menagianis tom. I. pag. 325 sqq. edit. Paris. v. *Lessing* de Martiale p. 258 sqq. ed. Opp. part. I. Berol. 1796.

Ad pag. 475. *lin.* 4.

Martialis epigrammatt. in vsum scholae Westmonasterienſis edidit *Richard. Busby.* Lond. 1661, 1670. 1689. 12. — tum Lond. 1721. 1755. 8. ed. IV. auctior 1773. 8.

Editio *Vincentii Collesso* in vsum Delphini primum prodiit Paris. 1680. 4. — rec. Londini 1701. et 1720. 4.

Ad pag. 475. *lin.* 13.

Maittaire recepit quoque *Martialis* epigrr. in Corpus poetar. lat. Lond. 1713. fol. vol. II. p. 1168. — A cl. *Brüggemanno* in View etc. p. 686. indicantur praeterea edd. epigramm. cura *Thomae Fitzgerald.* Lond. 1721. 1740. 8. — *Epigrr.* sine notis, ibid. 1724. 12. — Glasguae, excud. Rob. et Andr. Foulis. 1759. 12. — Birmingham. typis Ioan. Baskerville. 1773. 12. — epigramm. in XII. libros digesta, vt vni sic omnibus poetis facem praeferente *Iac. Elphinstonio.* Lond. 1783. 8. qui *Elphinston* anglice quoque vertit XII. libr. Martialis cum commentario. Lond. 1782. 4.

Ad pag. 475. *sect.* 4. *lin. vlt.*

Epigramma *Martialis* anecdotum ad Trebonum, (post epigr. LII. libri XI.) ex cod. membr.

membr. saec. XIV. bibl. S. Saluatoris Bononiae, publicauit, et ex eod. codice varias lectiones ad reliqua epigrr. libr. I — VIII. subiecit *Amadutius* in Anecdotis litterar. vol. II. p. 385 sq.

Ad pag. 477. lin. 1.

Plurium coniecturarum atque explicationum τῶ *anchiali* catalogum dedit *P. Zornius* in diss. de scholis publicis antiquorum Iudaeorum. Ploenae 1716. — *I. F. H.* comm. *de Martialis anchialo*, edita ab *A. L. Zachaeia* in noua bibl. Bremensi, class. V. fasc. II. Bremae 1765. 8. pag. 367 — 369. — Ibidem p. 389 - 392. discedit ab anonymi expositione et aliquot interpretatt. recenset *Nic. Barkey*, atque *Vitringae* suspicionem, in diss. I. de caussis adfictae Iudaeis ἐνολατρείας. Franeq. 1681. adoptat.

Ramleri edit. latin. et germ. memorata, cum adnotatt. constat V. tomis, Lipsi. 1787 — 1791. 8. — acc. Anhang zum ersten Theil, ib. 1793. 8. — Idem XVI. Mart. epigrr. in versus germanicos transtulit notisque illustravit in *Berlin.* Monatsschrift, m. Aug. 1793. pag. 105 sqq. — et alia XIV. ibid. m. Febr. 1794. pag. 105 sqq. — Tum *M. Val. Mart.* in einem Auszuge, latein. vnd deutsch. Nachlese von *Karl Wilh. Ramler.* Berol. 1794. 8. Plura epigrammata, neque tamen omnia, quae olim de industria omiserat, hic reddidit Ramler.

ler. — De Ramleri tamen verſione et de Martialis epigramm. etc. v. eruditam cenſuram atque animaduerſ. in: Neue Bibl. der ſchoenen Wiſſenſchaften etc. vol. 39. part. I. Lipſiae 1789. pag. 19—49. — De *Leſſingii* commentat. in Martialem in eius miſcellaneis opuſc. german. ſermone ſcriptis, part. I. ſecundum edit. Lipſ. 1771. 8. iudicat V. D. in philolog. Bibliothek vol. I. part. III. (Gottingae 1771. 8.) pag. 304 ſqq. — De verſionibus v. *Leſſing.* l. c. et *Blankenburg* ad Sulzeri allgemeine Theorie etc. voc. *Sinngedichte.* — In ſpecie de *anglicis*, v. *Brüggemann*, et add.

Imitations of ſome of the Epigrams of Martial. Londini 1793. 4. II. partt. Anglus interpres imitatur Martialis vitia maluinque animum. conf. neue Bibl. der ſchoen. Wiſſenſch. vol. 52. part. II. p. 335 ſqq. vbi quoque de Martiale acute iudicatur.

De *italicis* v. *Paiton.* l. c. II. p. 242. — de *germanicis* v. *Degen* l. m. II. p. 119 ſqq. et add. *Der Poſthumus des römiſchen Dichters Martial. Eine Antike, gefunden nebſt mehrern anderen und mit Erklärungen begleitet von Io. Georg Carl Klotzſch*, Prof. der Philoſophie in Wittenberg. Miſnise 1798. m. 8. v. Salisburg. Allgem. Litterat. Zeit. a. 1799. nr. LXX.

Tiraboſchius in hiſtoria litterat. ital. vol. VII. varia in Martialis epigrr. culpauit: contra

tra illum quia acerbe scripserat *Serranus* Hispanus: Tiraboschii iudicium defendit *Clementinus Vanetti* in epistola, Ferrarae 1776. excusa: quo facto in vtramque partem plura sunt disputata. v. Giornale di Modena, tom. XII. — Vanetti quidem ipse nihil respondit; sed Abbas *Zorzi*, Venetus, illius egit caussam. v. eius vitam breuem in Intelligenz-Blatt A. L. Z. nr. 90. a. 1796. p. 754. — Pluribus artis criticae et Martialis amantibus haud ingratum, spero, erit, epistolam cl. *Goënsii* memoratam, nec facile obuiam pluribusque forsan incognitam, cuius exemplar debeo ipsius *Goënsii* V. C. liberalitati, hic insertam legere. *Ant. de Rooy* coniecturas criticas nondum licuit mihi oculis vsurpare.

R. M. v. G. Epistola critica de locis quibusdam M. Val. Martialis.

VIRO DOCTISSIMO

ANTONIO DE ROOY

S. P. D.

R. M. v. G. (GOENS.)

Cum in Martialem, elegantissimum poëtam et accurato commentatore perdignum, critica Te quaedam scriptitasse intellexerim, nullo tamen MSS. Codd. auxilio instructum, memor binorum Codd. quorum Var. Lect. olim a cl. Ott. Arntzenio ad marginem ed. Schre-

Schreuel. 8vo. adſcriptas, beneficio filii eius pridem nactus fueram, nolui quidquam a Te deſiderari, quod mea qualicumque opera praeſtari poſſit, inuitatione in primis Tua motus, qua in Praef. Opuſculi veteris: „Et hoc impenſius viri Cel. (Cannegieteri) adhortationi morem gerendum duxi, quod inter politiorum literarum fautores eius modi fore non deſperem, qui vbi de noſtro adornandae horum libellorum editionis conſilio cognouerint, ſi quae in ſcriniis ſuis adſeruant, vnde nouae lucis aliquid Epigrammatariis adfundi queat, eadem nobiscum communicare fortaſſe non dedignabuntur.“ Inſtituta eſt prima collatio ab Iſ. Voſſio ad ed. Gryph. a. MDXXXV. e Codice, vt videtur, Thuani laudato ad VI. x. 12. et XI. VIII. 14. praeſertin ad P. Melam I. p. 63. vbi ita: „Optimus codex Thuani, iam ante octingentos annos (ſec. VIII.) exaratus, qui excerpta continet Martialis Epigrammata, legit hoc loco *anchalium*,“ locus eſt XI. Ep. 95. vbi pro *Anchialum* adſcribitur Th. *Anchalium*. Seruatur haec in Biblioth. L. Bat. Conf. Colomeſii Opp. p. 893. 8. ed. Fabric. Altera G. Voſſii eſt, ad ed. Aldinam MDL. 8. Sed quae non peruenit vltra L. I. Epigr. 54. Ex his primo ſtatueram nudam duntaxat collationem eorum, quae Tu in libello tetigeras, cum vtroque Cod. factam Tibi transmittere, ſed mutato dein conſilio, placuit per litteras Tecum de locis quibusdam Poëtae agere, quem

quem ipse pridem, non obstante tot nequitiarum fastidio, lubens tamen nec perfunctorie legeram.

Spectac. VI. 3. *Prostratam Nemeis et vasta in valle leonem.* Gruteri coniecturam, pro *vasta* trysyllabum postulantis, Tuo etiam iudicio probatam, vnice veram puto: *et* enim illud nescio quid absoni habet. At malim equidem simplicissima mutatione legere: *P. n. in vasta v. l.* vel vno vocabulo *infesta:* vt Tuum *vastata:* quod tamen non adprauerim, cum *infesta* fuerit *vallis* reddita per leonem et *vasta*, i. e. *viatoribus* nec *pervia* nec *trita* amplius, non *vastata: vastari* ab hominibus et feris quibusdam, apris, etc. agri possunt, h. e. *destrui:* a *leone* non possunt, si quis proprie loquatur: de *pascuis* alia res; *vastantur* enim haec, a feris, cum grex spoliatur minuiturque: Caeterum de v. *vastus* bene disputauit *Th. Martilius* in *Comment. ad M. V. Martialis Epigr. in Cats. Amphitheatrum*, quem habeo Lutetiae editum a. CIↃIↃXXCIV. 8vo. p. 41. 42. — Epigr. XIV. 1. *Sus fera iam grauior, maturi pignora ventris, Emisit fetum.* In vett. et illustr. saec. XVI. poetarum Epigr. a Camillo Nicolio selectis notisque illustratis Florentiae 1738. 8vo. p. 52. scribitur: *Sus f. i. g. maturo pignora ventris.* Tu malles: *maturo pondere.* At si dicam, quod sentio, mihi, si non perinde res sit et iudicandum foret, receptam lectio-

lectionem magis placere dicendum esset: solum enim τὸ *grauior* satis per se indicat, neque opus videtur ampliori adiecto, praesertim cum e sequentibus res etiam sit clarissima: sed tum necessario non *pondera* debet legi, sed *pignora*: *pondus* est ante partum, *pignus* post partum. v. *Marcil.* ad h. l. p. 67. — Ep. XXI. 5. *Adfuit et mixtum pecudi genus omne ferarum:* Ita Tu pereleganter, pro vulgato *inmixtum pecudum.* Idem *Th. Marcilius*, p. 77. nisi quod *pecori* legat: in quem sensum etiam MS. Thuan. consentit. — Ep. XXIV. 5. *Non credis, spectes dum laxent aequora Martem:* MS. Voss. *laxat et:* sed Thuan. melius: *N. cr. specta, dum lassent ae. M.* sensus est: *exspecta, donec lassati erunt bellatores Naumachici, tum dices* etc. Lectio caeteris omnibus praestat, neque absoluit tamen. — Ep. XXVII. 2. *Iam nullum monstris orbe fuisset opus.* Voss. adscripsit: „Forte: *Iam nihil monstriferum barbara terra ferat:*" Quae si emendatio dici possit, quid *nullum secare*, imo quid loca *laniare* sit, equidem nescio. Minimum dixerit, qui cum Caesare clamet: *At ista tamen vis est:* sed pergamus. Si quid mutandum, leuissime corrigo: *Iam nullum a monstris o. f. o.* nota locutione. Graeci dicunt ἐργον ἐστιν ἐκ τουτου. — Ep. XXXII. 1. 2. *Concita veloces fugeret cum dama molossos, Et* varia *obliquas*

nectere arte moras, Caesaris ante pedes sup-plex . . . Constitit etc. Tu corrigis *vana*: sed id, quod pace Tua dixerim, absurdi quid habet. Vti enim facile patet, etsi perinde res foret, tamen inutilem nec necessariam hanc esse emendationem: ita ab altera parte *vana* ars admitti plane non potest et menti Poëtae aduersatur; *Elusit enim canes dama*, nam ad Caesarem venit: variaque eos elusit *arte*, vt lepores etc. adsolent; quod perelegans. Neque prodest Tibi, V. C. quod literis ad me datis monebas, *vidisse* scilicet *damam, intactum se fugere, et pereundum sibi tandem esse*, adeoque *vanas* eius *artes* posse dici: prius verum est, sed inde non sequitur, quod Tu velles: donec capta non erat dama, longe aberat, *vanas* eius artes fuisse et *ἀτελευτήτους*, vt Sophocles loquitur: si vero a canibus intercepta fuisset, tum demum dici potuit *vanis* artibus elusisse. — Verius L. I. Epigr. LXXVIII. 3. *obstat*, in *obstant* mutasti: Firmat MS. Th. vbi *obstent:* quod etsi non omnino bene, viam tamen parat ad veram lectionem. — Ibid. LXXXIX. 1. praeclare de Poëta meritus fuisti, quem non dubito optatiue *velet* scripsisse, non vt in editis *velat:* in vs. 6. Cl. Arntzenii coniecturam parum aberat quin cupide probarem, sed obstat tenuis *sertorum* mentio inter opulentiora munera, et accedere

dere etiam terra debuit, quo *buxi* et *palmites* plantarentur: caeterum non praestat, quod in Cod. Thuani: *roscida* loco *humida*: — Ibid. Ep. XCI. 10. Iniuria, vt mihi quidem videtur, exclamationem vel quaestionem inueniſti. Nouerat enim Poëta et in praecedd. explicuerat, quomodo res absurda se haberet. Neque adeo exclamatione opus fuit, quasi de ἀδυνάτῳ. Id necessum fuit, et sensus postulabat, vt doceret, qua in re aenigma illud consisteret, quod praeced. vs. memorauerat. — Ibid. CIX. 3. Scite obseruasti veram gentis *Vipsaniae* scripturam, in marmoribus quod scio constantem. Horum tu bina protuliſti exempla, ex editis quippe. Nos ineditum proferemus, idque praestantissimum marmor, depromtum e volumine MS. *Inscrizioni antiche Manoscritte* Fol. quod in Italia collectum primum *I. Wittius*, dein *Graevius*, nunc cel. *P. Burmannus secundus* possidet, ineditis ad LXX. numero marmoribus, reliquis editis quidem, sed hic adcuratius descriptis, insigne. Describam marmor, quod beniuolentiae cel. Burmanni dignissimi possessoris acceptum referas, vt a quo volumen communicatum habeo:

NOMINA COLLEGI FABRVM. IIG.

PATRONI		DECVRIONES	
NVNNIV S MONTANV S		A OCTAVIVS FAVSTV S	TI
VALERIV S PROCVLV S		L ANINIV S FAVSTV S	
VALERIV S PROCVLVS Fil.		M VIPSANIVS POLYBIVS	T
FABRICIV S FESTV S		M LIVIV S APTV S	M
TERENTIVS GENIALI S		P AQVILIVS SOTEICHVS	SE
POMPEIV S FESTV S			Q
FISIDIV S PROCVLV S			SEX
CLAVDIV S FELI X			P
LABERIV S LVPV S		T FLAVIVS PROCVLVS	C
CASSIV S FESTV S		Q ALBATIVS CORINTVS HARVSPEX T.	
VOLVMNIVS IACITV S		Q ALBATIVS VERNA SCRIB. A. M. C.	
CLAVDIV S SYMPHO R		L TETTIVS. CLYCON MEDICVS. LV. P.	
AQVILLIV S EGLECTV S		L TETTIVS APOLLONIVS MEDICVS C. C.	
NVMISIV S CORNELIANVS		L IVLIVS ITALICVS	S P.
NVMISI S TACITVS. PATER.		COL. LEGIC.	
BISELLIARIVS.		C. IVLIV S	MATH O C

— in L. II. Ep. LXXXII. 1. Abſciſſa *ferium quid* fingis, *Pontice, lingua.* Primae voci maculam Tu abſterſiſti, liceat mihi quartam ſanare: faciam id ope MS. Th. qui pro *fingis,*

gis, figis praefert: vere, si quid video, modo mentem capias auctoris et sensum vocabuli: illum puta, quem vbique Poëta impudicus sectatur: neque enim *figis* est *cruci figis*, quod non nemini in mentem venit. — L. VI. Ep. LVII. 1. emendationem Heinsii, ad Ouid. IV. Fast. 740. pro *fictos, tactos* substituentis, firmat Cod. Th. auctoritas, qui *factos* habet: forte tamen e recepta non inutiliter *tinctos* eliceres. — Ibid. LXXXVI. vlt. *Et potet calidam, qui mihi liuet, aquam.* πολυθρυλλητον est illud *liuet*, cui suffragatur etiam Cod. Th. in quo *callam* melius, pro *calidam*. Peior est, imo nullius numeri aliorum lectio *laudat*, quam apud *G. Chr. Gebauerum* quoque reperi *Libro de caldae et caldi apud veteres potu* Lipsiae 1721. 8vo. C. II. p. 20. carbonem pro thesauro: magnum enim quidpiam ab eo exspectaueram. — Lib. VIII. Ep. XVII. 2. MS. Th. ita: *Misisti nummos quod mihi? mille quidem.* Sed vulgatum praestat. — L. IX. Ep. XVIII. v. 3. *Domino sua vota.* Cod. Th. *Domini rata vota*, quod receptis potius existimauerim, accedente MS. Iac. Hutteri: similiter v. 6. *Quo felix facies iudice* tuta *fuit*, opportunius legas, quam vulg. *tota*. Cum Palat. Cod. Gruteri et MS. Th. — Quod in L. IX. Ep. XCIII. v. 7. tentas, pro *inquit* legendo *hinc ait*, vnice admittendum arbitror: considera vero varietatem Cod. Th. in eodem versu, qui pro *Cai, Caio* substituit:

discrimine satis ingenti, sed vereor vt id recte sensui conuenerit. — L. XI. Ep. XXVII. vlt. receptus tertius casus *Ioui* procul dubio praestat: suadente in primis aduerbio *melius*, quod si recte inspexeris, V. C., in Tibullo loco a Te laudato inuenies in adiectiuum migrasse, quod caussam plane inuertit: In exemplis vero a Broukhusio adductis nullum coniecturae Tuae praesidium. At vulgatum quantae sit elegantiae facile agnosces, reuocatis in memoriam dictionibus: *bene sit tibi*, *male est mihi*, etc. quibus adsine Graecum κακως εχειν, ευ πραττειν, et hebraizans: ειρηνη vel χαρις υμιν, quae omnes eodem modo construuntur. — XII. Ep. LIII. 6. 7. *Sed caussa, vt memoras, et ipse iactas, Dirae filius est rapacitatis:* Haesisti in hoc loco, V. C. in coniect. p. 77. neque mirum: corrupta illic omnia, neque interpretum quisquam facem praetulit; at destituti etiam Cod. Thuani fuerunt, qui sanitatem solus praestabit: mutatione vnius literulae: legit enim: *Dirae filius es rapacitatis:* Euge vero et belle! lux e tenebris! Facile nunc priora restitues. Extulerat Poëta auaritiam hominis, nunc addit: Hac *caussa, vt memorant, et ipse iactas, Dirae filius* es *rapacitatis.* Quasi diceret: *Haec caussa est, cur rapax sis: Hac (de) caussa rapax es:* Nimirum *quia auarus es, ideo etiam es rapax.* Saepius in hunc sensum Poëtae:

Ouid.

Ouid. Fastorum lib. I.

Creuerunt et opes, et opum furiosa cupido:
Et, cum possideant plurima, plura volunt.
Quaerere, vt absumant: absumta, requirere: certant.
Atque ipsae vitiis sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,
Quo plus sunt potae, plus sitiuntur aquae.

Iuuenal. Sat. XIV.

Interea pleno dum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Horat. III. Od. X. v. 17.

Crescentem sequitur cura pecuniam
Maiorumque fames.

et Serm. I. I. 66.

Tantalus a labris sitiens fugientia captat
Flumina: quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur: congestis vndique saccis
Indormis inhians etc.

— L. XIII. Ep. III. 3. *Quattuor est nimium.* Cogitaueram ipse, hanc forte Poëtae mentem fuisse, vt, cum audierit emtor, vs. praeced. *Quatuor* nummis conflare Xenia, horruisse illum Poëta finxerit, et mirabundi ad instar repetiisse pretium, rogantem simul rectene numerum teneret: *Quatuor?* ac si diceret, *tantine hae nugae veneunt? Di boni! quatuor*

numis! tum respondisse Poëtam: *estne nimis? poterit constare duobus.* Vides quomodo distinctum velim. Ita ego, diu ante: sed visa Tua non coniectura dicam, sed restitutione, V. C., p. 78. 79. proposita, adeo me fateor effascinatum fuisse, vt flocci propriam prae illa penderem: eamque vnice arbitrarer a Poëtae manu fuisse: habet enim nescio quid simplicis, at culti simul et Martiale perdigni, quod meditantem quasi emtorem et de pretio deliberantem sistit. — Ibid. LXXVIII. *Rustica sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est?* Haesisti in his, V. C. p. 81. Coniecturarum, neque extricasti tamen; forte vera latet in Th. Cod. scriptura; etsi non nihil castiganda. Ibi ita: *Rustica si manst perdix, quid refert si sapor idem est?* Bene haec, sed versus est heptameter: lego: *quid si sapor id. e.* et res in vado erit. Similiter in 2. vs. huius epigr. variat Cod. noster et ab editis deflectit. Hi ita fere: *Carior est perdix: sic sapit illa magis:* quasi prouerbialem Poëta versiculum innuisset: *magis illa iuuant, quae pluris emuntur.* Longe aliter MS. *Carior est perdix*, si *sapit ista magis.* Quod, nescio quid, habet prae altera elegantiae: — XIV. Ep. CCI. *Non amo, qui vincit, sed qui succumbere nouit.* MS. . . . *quod uincat, sed quod* . . . . sed video, ipsum iam Arntzenium, V. C., pristinum collationum possessorem, hoc discrimen adnotasse ad *Aur. Victor.* p. 341. A.

quod

quod mihi tamen prae vulgata non placet. — Satisne nunc Tibi praeſtantiam vtriusque Codicis probaui? Puto fieri vix aliter poſſe neque longiori, ſi ſtricte res agatur, examine opus fore: ſed cum iacta ſit alea, et ipſe Poëtam ſumme ames, non ingratum Tibi arbitror futurum, ſi de aliis quibusdam inſignioribus huius Cod. varietatibus pari inſtituto Tecum egerim. Maxime cum loca etiamnum plurima ſupereſſe critica manu ſananda, quae acumen Tuum effugerint, haud difficulter a Te impetraturus ſim. At quoniam ingens eſt ſcripturae varietas, neque ego Var. Lect. dare propoſuerim, eas duntaxat mutationes adſcribam, quae vulgatis aliquo ſaltim nomine praeſtantiores videri poſſunt.

Sic Spectac. Ep. IV. v. vlt. edd. *Impenſis vitam Principis adnumeres.* MS. Thuan. *Haec licet impenſis Pr. adnum.* ſed Voſſ. Cod. pro *adnumeres* habet *annueres.* — Ibid. V. 4. *Donat arena tibi* Cod. Th. *praeſtat* Voſſ. *harena tibi.* — Ibid. VII. 2. *Adſiduam nimio pectore p. a.* MS. Voſſ. *niueo*, v. 3. *Nuda Caledonio ſic pectora p. u.* Cod. Th. *viſcera*, vt Bodl. MS. et Gruteri quoque. — Ibid. XV. 2. *Quantula Carpophori portio, fuſus aper!* MS. Th. *Quantum eſt Carp.* et vſ. praeced. *ſume* pro *famae:* quae tamen potiora edd. non dixerim. Maioris eſt iſtud *fuſus*, quod miror neminem VV. DD. offendiſſe; magis mirum, nullum neque a Codd. MSS.

auxilium adeſſe. At quantillus labor, quam tenuis quoque gloria *aprum fudiſſe?* Tu lege meo periculo: *fixus aper*, h. e. *telis confixus:* vel *victus*. in vſ. 6. pro *decuiſſe* Voſſ. *domuiſſe*, ſed tum equidem *poſſet* quoque loco *potuit* requirerem. — Ibid. XVII. vlt. *Crede mihi Numen ſentit et ille tuum*, Peregregie Th. Cod. *Crede mihi, noſtrum ſentit et ille Deum.* Ope Codd. loca in hunc modum reſtituere licet, ex ingenio non licet. — Ibid. poſt Ep. XXI. *Quidquid in O. R.* etc. Ante Ep. XXII. *ſolicitant* etc. in MS. Th. inſeritur hoc: „De Eodem.“ (Orpheo, vt in XXI.)

„*Orphea quod ſubito tellus emiſit hiatu,*
Verſa miramur, venit ab Euridice.“

— Ep. XXII. 4. *ſed tamen is rediit* etc. Th. Cod. *ſed tandem rediit* — Ep. XXVII. 7. *Ignipedes poſſet ſine Colchide* etc. Obſtitit adiectum *Vinc. Colleſſo*, qui not. ad h. l. *aeripedes* ex ingenio refingebat. Idem nunc praeſtat auctoritas Cod. Voſſ. vbi *eripedes* etc. — Ep. XXVIII. 1. *Auguſti* laudes fuerant, *committere claſſes.* Cod. Th. *Auguſti labor hic fuerat* etc. quod edd. dici vix poteſt, quantum praeſtet: Idem in MS. Bodlei. Ibid. v. 6. *Et domini Triton* ipſe *putavit equos.* Belle MSS. *iſſe* habent, loco pro. dominis. vſ. 8. Th. Cod. aeque vt Bodl. MSS. *Horruit* pro vulg. *Abnuit.*

Pergo

Pergo ad ipsum Poëtae opus, in cuius Dedicatoria ad Lectorem Epistola mox ab initio sic legitur: *cum salua infimarum quoque personarum* etc. MS. Voss. *gentium* — et mox.. *Et mihi fama melius constat vt probetur* etc. pro vulgato: *At mihi fama vilius constet, et probetur* rel. — in L. I. Ep. II. 2.. *notus in orbe Martialis.* MS Voss. *vrbe.* — Ibid. VII. 2. *haesit onus* Voss. *exit onus:* et v. 5. *sumemus vtrisque* id. *vterque.* — Ibid. IX. 2. *saluus* vt *esse velis.* Rescribe quantocius cum Voss. MS *s. et esse v.* quae vera loci facies. — XIII. 1. *Itur ad Herculei gelidas* etc. aut fallor, aut magis poëticum est et dulcius fluit, quod in Th. MS. *Itur ad Herculeas gelidi* etc. Sic in vs. 3. pro *Rura* Cod. Voss. *Antra n. s.* tum v. 4. *lacus* pro *lapis*, et 5. *auras* pro *vmbras*, etiam 11. *Nunc* tot *damna i. s.* etc. in locum ed. *Nunc et d. i.* longe melius. — XXXVIII. pro muliere *Bassa* in inscript. epigr. substituitur in MS. Th. *Ad Bassum*, et vs. 2. *Basse, bibis vitro*, pro *Bassa:* sed res fere eodem redit. — XLIII. 1. *Coniugis audisset fatum* . . . Cod. Th. *factum.* — XLIV. 5. *Non pyra, quae* lenta *pendent religata genista* MS. Th. *longa* longe melius. — L. 2. *Nostraeque* laus *Hispaniae;* MS. Voss. egregie: *Nostrae* salus *Hispaniae.* Ibid. v. 7. *Bitordi nemus* Voss. et v. 9. *Tepidum natabis leue Cogendae vadum* v. 17. Id. Cod. Voss. *Aridam ingens directa placabit sitim, Et in metas*

tas etc. pro vulg. *Aridam rigens Dircenna placabis ſitim, Et Nemea* rel. v. 30. *Coruina* pro *conuiua.* v. 33. *Procul olidus libertus* et v. 41. *Non impudente vita, quae reliquum impetit* — Ep. LIV. 9. vulg. *Sic vbi multiſona feruet ſacer Attide lucus.* Sed veram Cod. Th. ſcripturam exhibet, pro *Attide*, legens *alite* — LX. 4. *Cur bene, Flacce, lauor?* melius Cod. Voſſ. *lauer?* in Th. MS. *laues* vitioſe. — LXXI. 7. *Nec te detineat miri radiata Coloris* Cod. Th. et v. 11. *Protinus a laeua clari tibi fonte Penates* pro vulg. *Clari ſub fronte P.* veram lectionem vt habeas, vtramque ita concilia: *Protinus a laeua clari* ſub fonte *Penates:* latuit hoc Gronouium V. C. qui legebat: *clari tibi fronte*, parum recte, vt puto. demum v. 15. *Nec potior quam Phoebus* etc. pro vulgato *propior.* — Epigraphe Ep. LXXXVII. vulgaris eſt *de Nouio micropſycho.* Cod. Th. *micropſico*, quod affine Scaligeranae coniecturae *micropſycho:* ſed Voſſ. lego, inquit, *μικροσκοπῳ.* — CXVI. 2. *Toto candidior puella cygno* MS. Th. eleganter *loto.* — CXVII. 2. *Fi et culti iugera* pauca *ſoli:* Ita omnes Poëtae edd. etiam *Pithoeus* L. III. *Epigr. et Poëm. vett.* p. 110. Sed Voſſ. MS. melius *pulcra* legit pro *pauca:* etſi id ipſum fatis locum poſſit tueri, collatis quae elegantiſſimus Broukhuſ. ad Tibullum disputat L. I. El. I. 2. — En Tibi, doctiſſime de Rooy, variantes Libri I. lectiones,

nes, easque optimas quidem et vulgatis praestantiores tantum non semper: Sufficit specimen hoc, vnde de vniuerso Opere iudices. Et Epistolae iam modum nostra excessit disputatio. Quare manum de tabula. Tu fac, vt pergas in emendandis elegantissimi Poëtae carminibus, vt pristinam is integritatem recipiat, et curis Tuis excultus nobis aliquando verus Martialis sistatur. Ita vale et mihi faue.

Scrib. Traiecti ad Rhenum: 28. Iulii MDCCLXIV.

Ad §. 7.

C. Silius Italicus.

Ad pag. 478. *sect.* 4.

Editionum catalogum confecerunt *Drakenborch.* sub finem prolegomenorum ad suam editionem, cl. editor *Bipontin.* in notitia litterar. de C. Silio, edit. praemissa et ex hac edit. repetiit cl. *I. Chr. Theoph. Ernesti* pag. LIX. sqq. suae edit. denique cl. *Ruperti* in sectione V. commentars de Silii vita et carmine, pag. LV. prolegomm. ad suam editionem. Heinsius num tertiam, an quartam edit. Romanam inspexerit, non liquet. V. de illis duabus editt. *Ernesti* iun. l. c. *Hamberger* de ed. rom. a. 1471. dubitat, aliis dissentientibus. Add. cl. *Panzer* A. T. II. p. 424. 428. 452. 475. et IV. p. 22.

Ad

Ad pag. 478. *sect.* 4. *lin.* 12.

Edit. Mediol. a plurimis bibliographis ad a. 1481. refertur; ad a. tamen 1480. ab Hambergero in zuverl. Nachr. II. p. 204. (vbi de Silio et edd. agitur,) et Rossio pag. 70. catal. nescio, quo iure.

Eodem a. 1481. *Parmae* in fol. lucem adspexerunt *Silii Punicorum libri XVII.* v. *Affò* Memorie su la Tipografia Parmense etc. pag. LXXXIV. *Pinelli* catal. II. p. 373. *Panzer* II. p. 355. et IV. p. 26.

Ad pag. 479. *lin.* 28.

In bibl. D. Bernholdi, Medici quondam Vffenhem, exstitit exemplum, inscriptum:

Drautsqueius Sanctomarius in *Silii Italici* Punica, seu de B. Punico secundo libros XVII. Paris. ap. Dau. Douceur. 1618. 4.

Crepundia *Siliana Danielis Heinsii*, rec. Cantabrig. 1646. 12. conf. *Brüggemann* View etc. pag. 667.

Ad pag. 480. *lin.* 9.

Silii Italici Punicorum libri XVII. in Opp. et fragmentis veter. poet. latin. a *Mich. Mattaire* edit. Londini. 1713. fol. vol. II. p. 940.

Ad pag. 481. *lin.* 16.

C. Silii Italici Punica. Lond. 1792. II. voll. 12. (al. min. 8.) In hac nitida, at non correcta editione contextus est concinnatus ex recen-

recenſione Drakenb. et Villebrun. lectionis autem a Drakenborchiana diuerſitas notata in adiectis notis criticis pag. 219— 264. Addita ſunt veterum teſtimonia; item Silii notatio ex Cellarii praefat. tum *Hermanni Buſchii* argumenta, (in ed. Baſil. 1522. 8. ap. Thom. Wolf. contexta,) et recenſio editt. Silii Italici.

Commoda et ab interpretatione poetae docta in primis commendabilis eſt editio huius ſententiae:

C. Silii Italici Punicorum libri XVII. varietate lectionis et commentario perpetuo illuſtrauit *Io. Chr. Theoph. Erneſti*, Prof. Lipſienſ. Acc. index vberrimus. Lipſiae vol. I. 1791. vol. II. 1792. 8. Praemiſſa eſt in vol. I. erudita de carmine Siliano disquiſitio, et in vol. II. coactum eſt disquiſitionis ſupplementum. *Erneſti* autem V. C. iudicat, Silium ita verſatum eſſe in omni opere componendo, vt eum magis poetae, quam hiſtorici partes ſibi ſumſiſſe adpareret.

Cl. *Ruperti* edidit Obſeruationum criticarum et philologicarum in Silium Ital. ſpecimen I. in: Magazin für öffentl. Schulen etc. tom. I. part. I. (Bremae 1790. 8.) pag. 113 ſqq. — Specimen II. ibid. tom. II. part. II. pag. 257 ſqq. — Specim. III. in: Neues Magazin etc. ſiue, quae altera eſt inſcriptio, in commentatt. philolog. editis a G. A. Ruperti et H. Schlichthorſt, tom. III. part. I. (ibid.

(ibid. 1795. 8.) — denique in neuem Magazin etc. tom. II. part. II. (Bremae 1794.) pag. 127. de carminis Siliani indole et de vtilitate ex eius lectione capienda.

Ita opibus ac praesidiis ingenii atque litterarum bene instructus diuque praeparatus viam sibi cum laude muniuit ad ipsam doctam vtilemque Silii editionem profligandam, huius sententiae:

C. Silii Italici Punicorum libri XVII. varietate lectionis et perpetua adnotatione illustrati a *Georg. Alex. Ruperti*, Gymnas. Stad. Rectore. vol. I. cui praefatus est Chr. Gottl. Heyne. Gottingae 1795. praemissa est commentat. de Silii vita et carmine huiusque codd. atque edd. — vol. II. ib. 1798. m. 8.

De *Silio Italico* agitur quoque in Gentlem. Magazin. vol. 42. pag. 200—212. Alios viros doct. de illo differentes, laudant *Hamberg.* l. c. et *Saxius* Onom. I. p. 256 sq.

In linguam *anglicam* conuertit Silium Italicum *Thomas Ross.* Lond. 1661. rec. 1672. fol. — add. *Blankenb.* ad Sulzer. II. p. 510.

Ad §. 8. pag. 482.

Terentianus Maurus.

Ad sect. 1.

Corr. pag. 277. — *Ad sect. 3.* de edit. Mediol. 1497. fol. v. *Panzer* A. T. II. p. 83. — *Terentiani* carmen recepit quoque *Mait-*

Maittaire in corpore poetar. latin. vol. II. pag. 1247.

ad sect. 4.

Textus carminis adhuc est valde corruptus.

Add. 5. Conf. *Ruhnken* ad Mallium Theodor. de metris pag. 21. — *Wernsdorf* ad poetas latin. min. tom. II. p. 249. — *I. F. Reiners*, Prorect. Gymnasii Lemgouii, comment. de Mauro Terentiano. Lemg. 1797. — Terentianus plurimis in locis emendatur a *Io. Taylore* in Lectionibus Lysiacis, praefixis illius editioni Lysiae, cap. XII.

Emendationes selectae in Terentianum Maurum, in *Ricardi Dawes* Miscellaneis criticis, iterum editis a *Thoma Burgess*, Oxon. 1781. 8. — recus. Lips. 1800. me opitulante, sect. I. pag. 1—33. 113 sqq. 135. 162 sq. secundum numeros, etiam margini meae editionis adscriptos, et in adpendice pag. 341—353.

Ad §. 9. pag. 482.

Decimus Iunius Iuuenalis.

Ad pag. 483. sect. 2. fin.

Sub Traiano scripsisse Iuuenalem cum Lipsio, Salmasio et Britannico censet *Arntzen* ad Plinii Panegyr. IX. 2. pag. 50. *a.*

Ad pag. 483. *sect.* 4.

Indicem multarum edd. vett. dedit cl. *Ruperti* in Gotban. epheмer. litterar. nr. 60. a. 1797. pag. 543. pleniorem, spero, dabit in noua sua, quam parat, Iuuenalis editione; atque cel. *Panzer* in A. T. indicat curatius edd. saec. XV. v. indic. voc. *Iuuenalis:* atque vol. IV. p. 149 sq. quasdam saec. XV. edd. sine a. et l. nota. Quare hic pauca supplebo.

In catal. bibl. de la Valliere tom. II. pag. 104. (vbi aliquot et antiquissimae et rarissimae edd. recensentur,) describitur a *Guil. de Bure* edit. indicio anni et loci claro destituta, in 4. quam ille *Venetiis* circa a. 1472. prodiisse ex officina Iac. de Fiuizano, probabili argumento ex subscriptione in fine libri ductus iudicat, cui subscribit vir quidam doctus in Jen. A. L. Z. a. 1794. m. Nou. nr. 354. p. 277 sq. add. *Panzer* III. p. 493 sq. n. 2761. Contra *Mouro Boni* in Lettere sui primi Libri a stampa etc. lett. I. contendit, librum illum non Venetiis, sed Fivizano o Luni post a. 1477. exiisse prelo. Atque cl. *Panzer* l. c. pag. 133. quod *Iacobi* illius *Lunensis de Fivizano ductu et expensis* Venet. 1477. *Ciceronis* libri de Officiis etc. in lucem sunt emissi, Iuuenalis editionem, suspicatur, post a. 1477. factam fuisse; sed de loco certi aliquid determinare non audet.

Ad

Ad pag. 484. *lin.* 4. *et not.*

De edit. *Brixienſi*, quae in calce quidem habet a. MCCCCLXXIIII. (1474.) et tantum continet Domitii Calderini commentarios in Iuuenalem, copioſus eſt cl. *Panzer* I. p. 244. nr. 7. *Romae* illam prodiiſſe, putabant Maittaire et Creuenna, ſed diſſentiente *Audiffredo* in catal. roman. edd. ſaec. XV. pag. 157 ſq. qui illam inter Venetas numerandam cenſet. *Seemiller* quoque in incunabulis — bibl. Ingolſtad. negat. *Romae* a. 1474. *Domitii Calderini comment.* typis fuiſſe excuſos; et cum *Bure* in Bibliogr. Belles Lettres nr. 2834. ſtatuit, *Iuuenalis ſatyras cum comment. Domitii Caldérini*, Venet. per Iac. Rubeum, natione Gallum a. 1475. fol. min. primum eſſe excuſas. Pluta hac de controuerſia leges apud illum.

Ad pag. 484. *lin.* 17.

Iuuenalis ſatyrae cum comment. *Domit. Calderini* et *Ge. Vallae*. Venet. 1491. fol. de qua ed. v. *Denis* memorab. bibl. Garrel. pag. 143 ſqq. — Edit. *Venet.* 1486. fol. cum Vallae comment. *Goetz.* Mem. bibl. Dresd. III. p. 170 ſqq. (vbi praeter ea quaedam aliae vetuſtae indicantur edd.) et alii laudarunt. v. cl. *Panzer* III. p. 228.

Ad pag. 485. *lin.* 8.

Illa edit. ſine loci, anni et typographi nota, ex Aldina repetita, probabiliter eſt *Lugduneu-*

dunensis. v. ad Lucanum notata. Inscripta autem est: *Iuuenalis, Persius*, cum epistola Aldi. In fronte mei exempli a manu V. D. adscriptum est: *apud Aldum.*

Iuuenalis. Persius. (sine loco.) In calce: „Impressum impensis Bartholomei trot anno a Virginis partu millesimo quingentesimo decimo quinto (1515.) vltimo die mensis Iunii." 8. cum epistola Aldi breui ad Scipionem Carteromachum. Procul dubio *Lugduni*: namque in eodem, quod in manibus habui, volumine additus erat *Horatius*, in cuius calce legitur: Q. Horatii Flacci opera, excusa *Lugduni* sumptibus *Bartholomei trot.* M. D. XVIII. (1518.) 8.

De edit. Iuntina, Florent. 1513. 8. vid. *Bandini* Annal. Iuntar. typogr. II. p. 48. et p. 138, de alia editione: *Iu. Iuuenalis una cum Au. Persio nuper recogniti.* Florentiae per heredes Philippi Iuntae. M. D. XIX. (1519.) 8.

Editionem *Argentorat.* 1518. 4. per Io. Knoblauch. citat editor Bipontin. ex Engelii bibl. selecta pag. 86. Contra cel. *Panzer* A. T. vol. VI. *duas* refert edd. *Argentor.* n. pag. 90. alteram ex Hardtii indicio; *Iuuenalis sat. emaculatius impressae;* praemissa Aldi epistola, nulla typographi mentione facta, 1518. 4. — alteram, pag. 112. ex Thott. catal. VII. p. 260. et bibl. Schwarz. iun. *Iuuenal. una*

cum

cum Aul. Perſio recogniti. M. D. XXVII. (1527.) *Io. Cnoblochus excudebat.* 8.

Iuuenalis et Perſius. Londin. apud Guil. Norton. 1574. 8.

Iun. Iuuenalis et A. Perſii Satyrae. Annotatiunculis — illuſtratae, cum Quincti Horatii — poematibus omnibus. Londini, ap. Newton, et Arnold Hatfildum. 1585. 8.

Ad pag. 486. *lin.* 21.

Leg. *repetitae lectionis.* — *Pariſ.* 1616. 12. ſ. in 8. ſec. Thottii catal. tom. IV. pag. 346 etc.

Iuuenalis et *Perſii ſatyrae* in vſum ſcholae Weſtmonaſterienſis. Editore *Richardo Busby*, (cum eius correctionibus.) Londini. 1656. 1686. 12. Eſt ed. caſtrata. — *Iuuen. et Perſii* ſatirae, cum notis variorum. Ibid. 1658. 1671. 8.

Ad pag. 486. *lin. antepen.*

Iuuen. et *Perſ.* in vſum Delphini, a *Ludou. Prateo.* rec. Lond. 1691. 8. — 1699. — 1707. — 1708. — 1722. — 1728. — 1736. — 1750. 8. — Dublini 1737. 4. — Edit. decima, prioribus multo correctior. Londini, ex officina I. Nichols. 1783. 8. v. *Brüggemanni* View etc. p. 677. — In *Maittaire* collectione: Opera et fragmm. vett. poet. lat. vol. II. pag. 1142 ſqq.

D. Iun. Iuuenalis et A. Perſii Satyrae. Ex optimis codd. recenſuit notisque ſelectiſſimis illuſtrauit *Thomas Marshall*, A. M. Editio noua, ceteris emendatior. Cui acceſſerunt noua argumenta, nec non diſſ. de origine, progreſſu et regulis Satyrae. Londini, ap. I. Hooke. 1723. 8.

Iuuen. et *Perſii* ſatirae. Dublin. 1728. 12. — cum varr. lect. Glasguae 1742. 12. — cura *Io. Hawkey.* Dublin. 1746. 4. et 12. — Birminghamiae, typis Io. Baskerville. 1761. 4. mai.

Iuu. et Perſii ſatirae expurgatae in vſum ſcholarum. Acc. Iuuenali annotatiunculae *Lud. Pratei* et *Ioſ. Iuuentii* etc. Londini, impenſis Car. Dilly. 1784. 8.

Ad pag. 488. *lin.* 14.

Duſoulx in dedicatione ad Brunck. praemiſſa ſuo libro: Ueber mein Verhältniſs mit Jean Jacq. Rouſſeau vnd vnſern Briefwechſel, germanice verſo, Berol. 1799. 8. fatetur, ſe caſtitatem textus Iuuen. in II. edit. maximam partem debere Brunckio. v. Magazin encyclopédique par le *Cl. Louis Aubin Millin.* Pariſ. an. VI. Reipubl. nr. VIII. pag. 549.

Verſionis *germanicae* Berol. et Lipſ. 1777. auctor fuit M. *Frid. Gotthard Findeiſen*, qui Conrector Dorpati in Liuonia factus, d. 22. Ian.

Ian. 1796. viuere desiit. — *Dec. Iun. Iuuenalis von dem wahren Adel.* Vindobonae 1796. 4. Denis optime vertit versibus iambicis: quaedam tamen notat censor in Jen. A. L. Z. a. 1796. nr. 128. mens. April. — De verss. *anglicis* v. *Brüggem.* l. c. et de *italicis*, *Paiton.* Biblioteca etc. II. pag. 154 sqq. — Add. *Blankenburg* litterar. Zusätze zu Sulzers Theorie. tom. III. p. 12 sq.

Ad pag. 489. *sect.* 6.

De Iuuenalis satiris vide *Cunaei* oratt. XI. et XII. pag. 194 sqq. — In *Rutgersii* varr. lectt. multa Iuuenalis loca emendantur atque explicantur.

B. in Magazin für öffentliche Schulen, tom. I. part. II. pag. 438 sqq. et pag. 452. (Bremae 1790, 8.) quaedam Iuuenalis tentat explicatque.

M. Georg. Veesenmeyer comm. historico-critica de cod. msto (med. saec. XV.) Iuuenalis satiras complectente. Vlmae 1794. Quasdam etiam varr. lectt. e codice excerptas dedit ille.

Carl Phil. Conz veber die Satyre der Römer vnd veber Juvenal, in: Museum für die griechische vnd röm. Litteratur, part. III. 1. Tiguri et Lipsiae 1795. 8. Ibidem est versio satirae VIImae germanica.

I. F. Laharpe in: *Lycée* ou Cours de Litterature ancienne et moderne, tom. II. (Parif. an. VII.) 8. cap. IX. de ſatira ſect. I. pag. 131—172. comparat Horatium et Iuvenalem, contra Duſſaulx praecipue diſputans. Prior illi videtur ad frequentem lectionem; poſterior ad admirationem aliquando excitandam potiſſimum compoſitus. — Adde ſupra Supplement. I. p. 428. — *Le Bret* in Magazin zum Gebrauch der Staaten- vnd Kirchengeſchichte etc. tom. IV. nr. 1. (Francof. et Lipſiae 1774.) de codice Iuuen. in bibl. Thomae Iof. Farſetti, Venetiis.

Ad pag. 490. §. 10.

Sulpitia.

Ad ſect. 4.

Sulpitiae carmina LXX. (ſcilicet, Sulpiciae noſtrae ſatira cum antiquioris Sulpiciae et forſan alienis carminibus coniuncta vel commixta eſſe videtur,) in *Publii Gregorii Tiferni* ſ. *Tipherni* opuſculis, Venetiis per Bernardinum, 1498. 4. — et Argentorati ex offic. Schureriana. 1509. 4. v. cel. *Panzer* A. T. III. p. 440. et VI. p. 46 ſq.

Poetae ſatyrici minores de corrupto reipublicae ſtatu. *Marcus Zuerius Boxhornius* recenſuit et commentariis illuſtrauit. Accedit eiusdem oratio de euerſionibus rerumpub. Lugd. Batau. ex officina Iſaaci Commelini.

lini. 1633. 12. In fine: Lugd. Bat. ex offic. Wilhelmi Christiani CIↃIↃCXXXIII. — Pag. 12 sqq. est textus satirae; pag. 23 sqq. Boxhornii praelectiones in Sulpitiam: pag. 26. Boxhornius, quoniam in vett. libris Sulpitiae poemata fere Ausonio, Tibullo et Iuuenali a philologis sint subiecta, coniicit, deleto Sulpitiae nomine, plurima eius poemata Ausonio atque Tibullo adscripta esse: pag. 83. *Iani Dousae* Nordouicis schediasma ad Sulpitiae satyram; pag. 102 sqq. *Casp. Barthii* in Sulpitiam animaduersf. pag. 111. *Valerii Catonis* Dirae satyra, cum *Boxhornii* animaduersf. et exercitationum in Sulpitiam adpendice. Quia haec editio, cuius exemplar habeo, rarioribus adnumeratur libris, paullo copiosior fui de illa. Raritas autem inde orta dicitur. Hospitalius *satyram de lite* confecerat, eamque miserat Boxhornio: qui quum illam tamquam antiquitatis monimentum pag. 16 sqq. cum inscriptione, *Anonymi auctores* (sic vitiose pro, *auctoris*) *Franci satyra de lite*, inseruisset, et p. 107 sqq. exposuisset: postea, errore cognito, facti eum adeo puduisse dicunt, vt omnia, quae nanciscì potuerit, exemplaria coëmeret. v. *Thomasii* monathl. Gespräche, a. 1688. m. Oct. pag. 590.

Ad pag. 493. §. 2.

Iustinus Frontinus.

Ad pag. 494. lin. 7.

Leg. *cap. V.*

Princeps ed. videtur cl. *Panzero* IV. pag. 149. *Iustini et Flori epithomae.* F. sine a. et l. Textui Flori, folio quadrageſimo, praemittitur epiſtola *Philippi Beroaldi*; folio vltimo *a* legitur *M. Antonii Sabellici* ad Ioan. Matth. Catarenum epiſtola, in qua ait, ſe opus praeſens tam *a librariis*, quam *a typographis* corruptum *) recognouiſſe, et *Bernardinum Raſinium* Nouocomenſem librum hunc impreſſiſſe. Hunc igitur *Bernardinum*, quia Sabellicus Venetiis maximam vitae ſuae partem transegit, *Venetiis* typographicam artem exercuiſſe, probabile videtur *Braunio* in Notitia — de libris — in bibl. Monaſterii ad SS. Vdalricum etc. part. II. pag. 42 ſq. — Num vero? aut quomodo haec editio ab alia, ſine notis typographicis a Sabellico quoque recognita, differat, et quae *Foſſio* in cat. bibl. Magliab. II. p. 22 ſq. Veneta et circa saec. XV. exitum prodiiſſe videtur, (add. *Panz.* IV. p. 255. ex Foſſii indicio,) alii videant, quibus contigit, vt exemplaria curioſius compararent. Mihi quidem vna eademque eſſe videtur editio, et ad alteram edd. aetatem pertinere.

Ad

*) Quod opus illud etiam *a typographis* corruptum eſſe, ait Sabellicus, illa edit. vix videtur eſſe princeps.

Ad pag. 494. *lin. pen.*

Iustini historia — cum *Floro*, *Sexto Ruffo* etc. cum praefat. editoris Augustini Hecharii Mortariensis sacerdotis. a. 1500. 8. cum insigni typogr. Phil. Iuntae. v. *Gronovii* praefat. a. 1760. et *Panzer* I. pag. 428. Huius ed. nec meminit editor Bipontinus, nec *Bandin.* annal. typogr. Iunt. qui vero part. II. p. 31. 174. 197. de Iuntinis edd. *Iustini* et *Flori* a. 1510. 8. — *Iustini*, cum Corn. Nepote et Velleio Paterculo, 1522. 8. et 1525. 8. differt et de prima, a. 1510. copiosior est. — Trogi *Pompeii historia per Iustinum in compendium redacta proxime quam emendatissime edita* cum *Floro* et Sexti Ruffi historia. Fol. *Mediolan.* apud Leon. Vegium. M. D. X. (1510.) nec est in 4. vti dubie dicitur in not. Bipont. nec habet quoque Corn. Nepotem adiunctum, vti traditur in Fabr. Ern. B. L. III. p. 63. Ipse habeo exemplum.

Ad pag. 495. *lin.* 1.

Scr. *classem II.* aut potius, Sabellico antea Iustinum recognoscente, *classem III.* — De edit. *Aldina* a. 1522. conf. *Menckn.* in nouis miscell. Lipf. tom. VI. pag. 567 sq.

Iustini ex Trogi Pompeii historia libri XLIIII. supra plurimorum edit. doctorum hominum opera castigatissimi. Cum eruditissimis scholiis etc. Londini, per Henr. Bynneman. 1572. 8. — 1577. De illa aliisque edd.

edd. Oxonii, Londini, Dublini, Edinburgi in lucem emiſſis, ac verſionibus anglicis, vid. *Brüggemann* View etc. pag. 707 ſq.

Iuſtini et *Aurelii Victoris hiſtoria.* Londini, typis Georg. Robinſon. 1586. 8.

Ad pag. 496. *lin.* 5.

Iuſtini hiſtoriae philippicae cum notis *Iſ. Voſſii.* Oxon. 1669. 12.

Iuſtini hiſtoriarum libri XLIV. notis compendioſis, in vſum ſtudioſae iuuentutis, dilucidati opera et induſtria *Titi Liuii.* Quibus accedit illuſtratio quorundam locorum, nobis humaniſſime ſuppeditata a literatorum lumine Io. Freder. Gronouio, Hagae Comitis. 1663. min. 8.

Ad pag. 496. *lin.* 13.

Grauiana edit. prodiit quoque Amſtel. 1691. 8. 1694. 8. — Traiecti ad Rhen. 1708. 8. v. *Pinelli* catal. II. p. 78. vbi a pag. 76. multae Iuſtini edd. occurrunt.

Editio *Iuſtini* in vſum Delphini, a *Petro Ioſepho Cantelio* curata, Pariſ. 1677. 4. eſt recuſa cum Bongarſii excerptt. chronologicis Londini 1701. 8. — 1721. 8. — 1730. 8. — 1742 et 1757. 8.

Iuſtini — *libri* XLIV. quam diligentiſſime ex variorum exemplarium collatione recenſiti et caſtigati. — — Editio II. accurate recognita, (cura *Th. Patſell*) Lond. 1735. 12.

Iuſti-

Iustinus zum Gebrauch der ersten Anfänger, mit kurzen historischen und grammatischen Anmerkungen, wie auch mit einem Woerterbuch versehen von *Albert Christian Meinecke*, Lemgou. 1793. 8. — Lexicon separatim prodiit ibid. 1794. 8. conf. Jen. A. L. Zeit. a. 1794. m. Iun. nr. 188. et nouam bibl. vniuersalem germ. a. 1795. vol. XVII. part. I. fasc. IV. pag. 240 sq.

De versionibus vid. edit. Bipont. in notitia p. XXV. et reliquos V. D. saepe laudatos, qui versiones diuersarum gentium recensuerunt.

Ad pag. 497. sect. 6.

Lectiones variorum codd. cum suis animaduersionibus et coniecturis proposuit *Montfaucon* in Diario italico, pag. 452 — 466. — Schlichthorsti observ. critica, in Magazin für Schul. tom. I. part. II. p. 451 sq.

Summa recitationis, a cl. *Heeren* in societate doctrinar. Gottingensi d. XI. Ian. 1800. habitae, *de fontibus et auctoritate Iustini, Pomp. Trogi epitomatoris*, comment. I. (ab cuius initio agitur de *Trogo*;) legitur in ephemer. litter. Gotting. a. 1800. nr. 40. — *Iortin* criticae animaduersf. in Iustinum, in eius Tracts philological, critical and miscellaneous, Lond. 1790. 8. vol. II. p. 237 sq.

Ad pag. 498. §. 3.

Lucius Apuleius.

Ad pag. 500. *lin.* 8.

Editionem Venet. 1483. fol. ex cat. bibl. Gudianae pag. 193. laudant *Maittaire* A. T. IV. pag. 444. et *Clement*, in Bibl. curieuſe, hiſtorique etc. I. pag. 437. (vbi plures Apulei editt. antiq. et rariores enumerantur;) ſed cel. *Panzer* III. p. 202. eam eſſe, ſuſpicatur, edit. *Venetam* a. 1493. per Philipp. Pinzium; quam a Maittaire l. c. pag. 325. ad a. 1473. peſſime relatam eſſe opinatur. — Idem cel. *Panzer* ib. pag. 514. nr. 45. editiones *Vicent.* 1480. et 1486. fol. per Henr. de Sancto Vrſo, quas adfert Maittaire l. c. p. 415 not. et p. 481. apocryphas eſſe putat, et vnicam *Vicentinam* ann. 1488. pro vera agnoſcit: de qua et aliis edd. v. *Widekind* de librr. rarior. pag. 155 ſqq. *Panzer* l. c. pag. 518. et IV. p. 457. inprimis *Foſſium* in cat. bibl. Magliab. III. p. 10. atque *Clement.* l. c.

Ad pag. 500. *lin.* 15.

A *Baudinio* in annal. Iuntar. typogr. II. recenſentur aut indicantur, pag. 33 ſqq. editio *Opp. Apulei*, curante *Mariano Tuccio*, Florent. opera et impenſa Phil. de Giunta. 1510. 8. *) — pag. 39. *Apulei* Opp. ibid. 1512.

*) Sed per errorem Baudinius retulit hanc edit. ad

1512. 8. ex Creuennae catal. tom. III. part. II. pag. 121. — denique pag. 182 ſqq. „*Apulei Madaur.* Metamorph. libr. XI. Floridorum libr. IIII. de deo Socratis libell. Apologiae libr. II. Trismegiſti dialog. de mundo lib. I. Omnes ante noſtram impreſſionem mutilati, nunc autem ad fidem vetuſtiſſimi codicis diligentiſſime recogniti et caſtigati. Florent. per heredes Phil. Iuntae a. dom. M. D. XXII. (1522.) Kal. Oct. 8.“ curante *Bernardo Philomathe* Piſano, cuius epiſtolam nuncupator. et praefat. maximam partem recudi fecit Bandin. — Editionem tamen a. 1512. diligentius deſcripſerunt *Clement.* l. c. p. 438. not. 66. et *Panzer.* vol. VII. p. 13 ſq.

Ad pag. 500. *lin.* 25.

Atque ipſe poſſideo editionem (a cl. editore Bipontino p. XXVIII. ſq. etiam curate deſignatam,): *Apul.* opera. Baſileae excud. Henr. Petrus. In fine: Baſileae excud. H. Petrus, menſe Martio. anno XXXIII. (h. e. 1530.)

Ad pag. 501. *lin.* 11.

Editionis Hopperianae a. 1560. tomo II. pag. 784 — 867. omnino inſunt Godeſchalci Stewechii quaeſtiones et coniecturae in *Opp.* Apu-

ad a. 1510. Nam in fine diſertē, etiam apud Bandin. legitur: *impreſſum — — anno — quingenteſimo duodecimo ſupra mille.* (1512.) *menſe Febr.*

Apuleii, quae in fronte tom. I. promittuntur. Pag. 868. sqq. additae sunt *Stewechii* emendatt. quas ille in commentario ad Vegetium et Frontini strategemata iam excogitarat, tum eae, quarum illae rationem aliquando redditurus erat. Quod ideo moneo, quoniam cl. editor Bipont. de Stewechianis emendatt. huius anni edit. adiectis dubitasse videtur.

Ad pag. 501. *lin.* 20.

Exemplari meo edit. Colui. Lugd. Batau. 1588. in margine Cortius, olim possessor illius, varias lectiones, e multis codd. collectas, et aliorum coniecturas manu sua adscripsit.

Ad pag. 503. *lin.* 2.

Nouissima editio est:

Lucii Apuleii, Madaurensis, platonici philosophi *Opera*, ad optimas editt. collata. Praemittitur notitia litteraria studiis societatis Bipontinae. Editio accurata. Biponti 1788. 8. II. tom.

Ad pag. 503. *lin.* 6.

Conf. *Seybold* progr. cit. p. 8.

Duo habeo ed. *Pricaei* 1650. exempla; quorum alteri Cortius adscripserat codd. quorumdam, quos in fronte indicat, varias lectiones; alteri vero Longolius, qui in fronte, „contuli, inquit, cum vsto octauae formae quingentorum, vt videbantur, annorum Assitim

num et vtramque apologiam. Erat Iac. Phil. D'Orville, Prof. Amſtel."

Ad pag. 503. *lin.* 19.

L. Apulei Madaur. de deo Socratis liber, in quo innumerae mendae ſublatae, lacunae complures ſuppletae, adiectae inſigniores aliquot philoſophicorum Apuleii librorum emendationes. Opera *Bonauenturae Vulcanii* Bruggenſis. Lugd. Bat. ex offic. Plantin. ap. Franc. Raphelenq. 1588. 8. (32 pagg.)

Ad pag. 503. *lin.* 24.

Herbarium, quod quidam Apuleio Madaurenſi perperam adſcribunt, *Mongitor.* in Bibl. Sicula tom. I. p. 76. vindicat poſt alios *Apuleio Celſo Centuripino*, (Centuripa, vrbe Siciliae, nunc vulgo *Centorbi*, orto,) medico, qui ſub Auguſto, aut Tiberio, claruiſſe dicitur; idem refert variorum V. D. de illo opiniones atque editiones. Eidem Apuleio adtribuit libellum *de Betonica*, et fragmenta, quae hodie in Geoponicis ſuperſunt, *de re ruſtica*. Add. *Needhami* prolegomena ad Gebponica voc. *Apuleius*, ibique *Niclas* pag. LI. ſq. ed. Lipſienſ. a. 1781. 8. qui praeterea *Halleri* iudicium, in Bibl. botan. pag. 76. in primis pag. 130. pronuntiatum, examinat.

Ad pag. 507. *lin.* 13.

Habeo exemplar edit. *Humelberg.* quod olim pertinuit ad *Thomam Reineſium*, qui ipſe

manu ſua in fronte nomen ſuum profeſſus eſt. Is haud paucas adnotationes illius exemplaris margini adſperſit, et lib. de *herba vetonica*, (ſic enim; non, *betonica*, ſcribitur,) *Celſo Centuripino Siculo*, quia cap. 16. memiherit *gemellorum montium*, in primo operis folio adtribuit: *Humelberg* autem pag. 94. intelligit *alpes*, et, qui his ſubiacent, *ſubalpinos* a Plinio vocatos; Reineſius tamen adſcripſit iterum: *ſitos in Sicilia.*

Ad pag. 505. *lin.* 12.

Pſyche, ein Feenmährchen des *Apuleius*. Lateiniſch nach Oudendorps vnd Ruhnkens Recenſion. Mit Anmerkungen. — Gottingae 1789. 8. Parum probatur labor cenſori in Berol. bibl. vniuerſ. german. vol. 102. part. I. p. 274 ſq.

De *verſionibus* vid. cl. editor. Bipontin. pag. XXXVI. ſqq. notitiae; plures tamen *anglicas* refert cl. *Brüggemann* View etc. pag. 710 ſqq. Sed *C. Monte* imitatio Metamorphoſeon *anglica*, Londini 1708. 8. eamdem habere dicitur inſcriptionem, quam edd. Lond. 1714. et 1723. 8. a Brüggem. notatae. — Item plures *italicas* verſiones recenſet *Paiton.* l. mem. I. pag. 81 ſqq. — Add. *Clement* Bibl. l. c. p. 440 ſq.

Ad pag. 506. *ſect.* 6.

In Nachrichten vnd Bemerkungen veber den Algieriſchen Staat, part. II. Alton. 1799. mai.

mai. 8. inest longa de Apuleio narratio et diiudicatio eius scriptorum. — *Warburton* dedit explicationem Metamorphos. Apulei in: Divine Legation of Moses — edit. Londin. 1755. 8. vol. I. part. I. v. plura ap. *Brüggemann* l. c. pag. 712.

Ad pag. 508. §. 5.

Caius.

Ad sect. 1. De Caio, aequali *Caracallae*, agit cl. *Hugo*, Prof. Gotting. in Civilistischen Magazin vol. II. fasc. 3. Berolini 1796. 8. nr. XVI. conf. Götting. ephem. litter. a. 1796. nr. 157. Hugo autem iis paucis accedit, qui Caium non adserant aetati Hadriani aut Antoninorum, sed tempore Caracallae vixisse contendant; maxime quum Caius ille ab Ictis, alios tamen illo tempore citare solitis, omnino non laudetur. Contra *Caius*, qui quater in Digestis occurrit, probabilius *Caius Cassius* esse putatur. Ex Conradi et Raeuerdi libr. Hugo addit excerpta.

Ad pag. 509. *lin.* 10.

Recus. in Thesauro iuris ciuilis VII. 669. — repet. addito textu *Caii*, secundum Schulting. omissis vero praefationibus Meermanni ad edd. I. et II. in quibus ille codd. quos contulerat, recensuit:

Caii Institutionum s. potius Epitomes institutionum libri II. adiectis genuinis Caii fragmentis

mentis vndique collectis, ex recensione Ant. Schultingii, cum animaduersſ. criticis Ger. Meermanni — in vsum praelectionis academicae seorsim editi. Lipſ. 1792. 8.

Ad pag. 509. *sect.* 5. *fin.*

Add. *Bertrand.* de iurisperitis libr. I. cap. 20. — in Vitis tripartitis Ictorum veterum, a Bernardino Rutilio, Ioanne Bertrando, et Guil. Grotio conscriptis, — iunctim et emendat. editis — a *Io. Christoph. Franck*, I. V. D. Halae Magdeb. 1718. 4. pag. 103 sqq. et ibid. pag. 135. libr. Grotii de vitis Ictor. cap. VII. §. 6.

Memorare per hanc occasionem lubet, in laudato *Hugonis* Promtuario ciuil. (ciuiliſtiſchen Magazin) fasc. IIII. nr. XX. esse documentum memorabile, beneque conseruatum, quod ius ciuile egregie illustrat:

Neu aufgefundene Proceſs-Ordnung für das Cisalpiſche Gallien, quod monimentum latine scriptum, a. 1769 ex ruinis Velleiae erutum, et in museum Parmense illatum: dein a Comite Gianrivaldo Carli cum italica versione editum 1788. notisque illustratum est. Hugo textui latino subiecit versionem germanicam notasque ad tuendam suam versionem: idem adiecit commentarium.

Subiungere liceat quorumdam *Iureconsultorum romanorum*, meritis, fama nomineque illa

illa aetate celeberrimorum, memoriam. Plura autem de illis prodiderunt Rutilius, Bertrandus et Grotius in memorata Franckii collectione vitarum tripartitarum, tum Heineccius, Bachius ac reliqui conditores historiae iuris, atque illorum Ictorum vel indicia vel fragmenta in Pandectis diligenter significauit *Wielingius* in Iurisprudentia restituta. Conf. etiam *Saxii* Onom. I. p. 300 sqq.

Publ. Iuuentius Celsus, Ictus disciplinae, vt volunt, Proculianae, sub Nerua, Traiano, inprimis Hadriano imperatoribus. Alterum et ordinarium consulatum a. Chr. 129. ab eo fuisse gestum, e lapidibus probat Saxius. Heineccius scripsit quoque peculiarem de eo commentationem: rec. in eius Opusculorum syllogę, Halae 1735. 4. pag. 503 sqq.

Neratius Priscus, Ictus Proculianus, sub Traiano, inprimis sub Hadriano, apud quem multum valuit, clarus. Eius frater fuit, *Neratius Marcellus*, Ictus.

Saluius Iulianus, Adrumentinus Afer; floruit circ. a. Chr. 131. sub Hadriano imper. Fuit quidem Cassianus; a Cassio tamen nonnumquam dissensit, Proculi sententiam sequutus. Acerrimus eius reprehensor erat Marcellus, qui tamen aliquando cum Iuliano idem sentiebat. Ictus et *edicti perpetui* auctor. — *Edictum perpetuum* a *Saluio Iuliano*, *Ictο, compoſitum*, a *Guil. Ranchino* in Monspeliensi

schola anteceſſ. — reſtitutum — rec. in *Io. Herm. Schminckii* ſyntagmate critico variorum auctorum etc. Marburgi Cattor. 1717. 4. pag. 120 ſqq.

Edictum perpetuum Adrianeum Guilelmi Ranchini opera reſtitutum. Parmae 1782. mai. 8. curante *Hyacintho Gandinio.* De defectibus Ranchinianae collectionis v. *Heineccium* in hiſtoria iuris, tom. I. pag. 369 ſq. ed. Silberadii. Add. *Gotfr. Maſcou.* de ſectis Sabinianorum et Proculianorum in iure ciuili, Lipſ. 1728. 8. cap. II. §. 7. pag. 53 ſqq. et cap. VII. de edicto perpetuo; tum *Aegidii Menagii* iuris ciuilis amoenitates, edit. IV. Franequerae 1700. 8. cap. XXIV. p. 125 ſqq. de *Saluio Iuliano;* in quo capite varia de illo Icto huiusque edicto perpetuo Menagius docte disputat, quorumdam V. D. examinat opiniones, atque ſub finem copioſus eſt de *Iuliano Anteceſſore Conſtantinopolitano,* qui a Theaeteto quodam laudatur in epigr. graeco, libr. IV. tit. 1. qui eſt in ſtatuas virorum illuſtrium.

Sext. Caecilius Africanus, Ictus; circa a. Chr. 140. floruiſſe videtur *Saxio,* l. c. p. 305.

L. Volusius Maecianus.

Ictus, circ. a. 159. Antonino Pio, Auguſto, a conſiliis et M. Aurelii Antonini in iurisprudentia praeceptor, tandem an. 175. Alexandriae, quod coniurationis, ab Auidio Caſſio

Cassio contra Aurelium imperatorem factae, particeps erat, ab exercitu, inscio tamen imperatore, interfectus est. Cassianae sectae eum fuisse, viri docti ex eius scriptis colligunt. Eius tamen nomen deprauatum est a librariis, qui interdum *Tuscianum* *), aut *Marcianum* perperam scripserunt; vnde variae hariolationes sunt enatae. v. *Menagii* amoenitatt. iuris ciuilis, cap. V. pag. 30 sqq. qui eius quoque refert scripta, quorum reliquias in Digestis indicauit *Wielingius* in Iurisprudentia restituta, pag. 97 — 100. Sub nomine eius adhuc exstat integer libellus, (quamquam Alciatus et Vinetus, Maecianum nostrum illius esse auctorem, dubitant,) *de asse*, siue *de distributione assis*.

Lucii Volusii Maeciani distributio, item vocabula ac notae partium in rebus pecuniariis, pondere, numero, mensura, cum notis *Eliae Vineti*, cum *Prisciani* et aliorum de eadem re libellis. Paris. 1565. 8. — Eumdem libellum *de assis distributione* ad calcem codicis Theodosiani edendum curauit *Iacob. Cuiacius;* — item *Io. Frid. Gronou.* ad calcem operis sui de Sestertiis, Lugd. B. 1691. 4. — *Distributio*, cum notis *Eliae Vineti* et *Ioan. Frid. Gronouii*, in *I. Ge. Graeuii* thesauro antiq. rom. tom. XI.

*) De quo tamen vid. *Mascou.* de sectis Sabinianorum etc. II. 6. pag. 53.

Conf. *Io. Wunderlich* commentat. de L. Voluſio Maeciano. Hamburgi 1749. 4. — *Fabricii* B. L. III. p. 491 ſq. ed. Erneſt. — *Hamberg.* zuverläſſ. Nachr. II. pag. 401 ſqq. *Saxii*que Onom. I. pag. 312. et quos alios V. D. laudant illi duumviri poſteriores.

Vlpius Marcellus.

Ictus, circiter 159 et ſubſequutis annis clarus, videtur cl. *Saxio* Onom. I. pag. 312. argum. *Capitolini* in Pio, cap. 12. Antoninus enim Pius Vlpii Marcelli aeque ac aliorum Ictorum conſiliis vſus eſt. Eum adnumerandum eſſe Proculianis, et in re dubia pro regula iuris atque reſponſorum habuiſſe, benigniorem interpretationem ſequi tutius non minus quam aequum eſſe, oſtenderunt *Merillius* Obſſ. L. I. c. 28. et L. VII. c. 18. *Gotfrid. Maſcou.* de ſectis Sabinianorum et Proculianorum in iure ciuili, pag. 90. *Chriſt. Henr. Schmid* in disp. (cuius quidem illum fuiſſe auctorem, ex epilogo cognoſcimus, et in qua copioſus eſt de Vlpii Marcelli vita, philoſophia, modeſtia, ingenio, fama, maxime de eius ſcriptis, horumque fragmentis etc.) inſcripta, *Vlpius Marcellus*, et ventilata praeſide *Io. Theoph. Segero*, anteceſſore Lipſienſi, Lipſiae 1768. 4. et antea *Meynardus Tydemannus* in diſſ. de *Lucii Vlpii Marcelli* Icti vita et ſcriptis. Trai. ad Rh. 1762. 4. a Saxio laudata.

Ad

Ad §. 6. pag. 509.

A. Gellius.

Ad ſect. 1. *Henr. Conregieter* in diſſ. de aetate et ſtilo Auiani, (ſubiecta editioni Auiani fábul.) cap. XII. pag. 277. cenſet, A. Gellium ſub Aurelio potius et Commodo, imperatorr. floruiſſe, quam ſub Hadriano et Ant. Pio. Secus ſentit *Saxius* in Onom. I. p. 314 qui arg. XIII. N. Att. 16. ductus ſtatuit, Gellium ſub Antonino Pio imper. paullo poſt a. Chr. 146. et ante interitum *Peregrini*, Cynici et fanatici philoſophi, adeoque ante a. Chr. 165. Noctes atticas elaboraſſe. In eadem ſententia verſatur *Hamberger* in zuverl. Nachricht. II. pag. 383. Atque *Fabricius* in B. L. libr. III. cap. 1. (tom. III. p. 5. ed. Ern.) ſub Antonino, ait, Pio vixiſſe Gellium et in principio imperii Antonini philoſophi mortuum eſſe, vix dubitari poteſt.

Ad pag. 510. lin. 19.

De edit. *Beroaldi* Bonon. 1503. v. *Hummelii* neue Biblioth. von ſelten. — Büchern, tom. I. pag. 163 ſqq. qui perpaucas ex illa varias adfert lectiones.

Ad pag. 511. lin. 2.

De edit. *Cratandri* Baſileenſi 1519. vid. *Bieſter* Berlin. Monatsſchrift a. 1793. m. Sept. p. 304. — Ed. ſumtu Hittorpii *Colon.* 1526.

(quam ipse habeo,) non in forma 8. sed maxima f. folio exiit prelo et inscripta est:

A. Gellii, luculentissimi scriptoris, *Noctes Atticae.* Castigatae sunt emaculataeque diuersorum codicum collatione, nec id tamen sine doctioris cuiusdam iudicio: a quo et graeca, quae passim deprauatissima erant, sunt recognita, et, quantum licuit, genuinae puritati restituta. Eucharius Ceruicornus excudebat. Anno M.D.XXVI. (1526. fol.) In fine: „Coloniae in aedibus Euch. Ceruicorni, sumptu et aere M. Godefr. Hittorpii, ciuis Colonien. nonis Martiis."

Exstat quidem ed. *Colonienſ.* a. 1526. 8. sed opera et impensis Ioannis Soteris. M.D.XXVI. mense Iunio. vid. cl. *Panzeri* A. T. VI. pag. 397. nr. 456. et cl. edit. Bipont. in notitia lit. p. XV. qui addit, cum adnotatt. *Petri Mosellani.* Praeter ea illa aetate Coloniae et Lugd. apud Seb. Gryphium saepius lucem viderunt Gellii N. A.

Ad pag. 511. *lin.* 12.

Stephanus, qui Macrobium et Gellium sociare voluerat, postea vero separatos Paris. 1585. 8. edidit, Macrobii editioni, in exemplo quidem, quod in manibus habui, subiunxit, *Henr. Stephani noctes Parisinas, atticis A. Gellii noctibus inuigilatas. E viginti septem*, sine textu Gellii, et hoc ordine: noctem

IIII.

IIII. et V. pag. 1 ſqq. noctem II. et III. pag. 36 ſqq. noctem VI. VII. et VIII. p. 128 ſqq.

Ad pag. 512. ſect. 6.

Verſae ſunt *Noctes Atticae* in linguam *anglicam* a *W. Beloe.* Londini 1795. 8. III. voll. v. *Brüggemann* View etc. p. 710. — in linguam *gallicam:* Les Nuits attiques d' *Aule Gelle*, traduits par la premiere fois, Pariſ. 1789. III. vol. 12. Interpres diuerſa rerum capita in quasdam redegit claſſes.

Gellii aetatem inquiſiuit *Henr. Dodwellus* in diſſ. de aetate peripli maris Euxini, in Io. Hudſoni geographiae veteris ſcriptoribus graecis minoribus. Oxon. 1698. vol. I. §. 10.

I. Tayſor in lectionibus Lyſiacis, praef. eius edit. Lyſiae, cap. III. emendauit Gellii loca.

Petr. Paullus Iuſtus in ſpecimine obſervatt. criticarum (Viennae 1765. 4.) critice tractat aut illuſtrat plura Gellii loca, ex. gr. pag. 11. 16. 32. maxime cap. X. pag. 26 ſqq. libr. XVIII. cap. 6. vbi, *Helius Meliſſus*, inquit Gellius, *in noſtra memoria fuit Romae ſummi quidem loci inter Grammaticos, et* temporis, *ſed maiore in litteris iactantia et σοφιστείᾳ, quam opera.* Iuſtus igitur corrigit *inter Grammaticos et τεχνικούς.* — *Hélius* autem *Meliſſus*, de cuius aetate ſcriptisque late disputat Iuſtus, fuit aequalis Gellii,

Gellii, et scripsit inter alia librum *de loquendi proprietate.*

Ad pag. 513. §. 7.

Caelius Aurelianus.

Ad sectionem 4.

Princeps editio est: *Caelii Aureliani*, Siccensis, tardarum passionum libri V. *D. Oribasii* Sardi, Iuliani Caesaris archiatri Euporiston lib. III. Medicinae compendium lib. I. Excudebat Henr. Petrus. Basileae, mense Aug. 1529. fol. — Tum

C. Aurel. liber celerum vel acutarum passionum, qua licuit diligentia recognitus atque nunc primum in lucem editus. (a *Io. Guinterio.*) Paris. ap. Sim. Colinaeum. 1533. 8.

Conf. de eo Memoirs of Literature. Lond. 1712. fol. vol. I. pag. 38 sq.

Ad pag. 516. §. 9.

Quintus Septimius Florens Tertullianus.

Ad pag. 517. *sect.* 3. *lin.* 20.

De libro *de pudicitia aduersus Praxeam* conf. *Beausobre* Histoire du Manich. tom. I. pag. 534 sq. inprimis *Semler* in historica introductione etc. praemissa *Baumgartenii* theologiae polemicae vol. I. pag. 220 sqq. (Halae Sax. 1762. 4.) vbi praeterea de Montanistis et Praxea disseritur.

Ad

Ad pag. 518. *fect.* 4. *lin.* 10.

Editioni *Ramelii* ſeparatim additae ſunt *Franc. Iunii* notae et caſtigationes eruditae acutaeque. — Edit. *Semleri* vol. I. copioſe docteque recenſetur multaque Tertulliani loca illuſtrantur aut emendantur in philolog. Bibliothek, tom. I. part. II. pag. 1—37. (Gottingae 1770. 8.) — A vol. II. praecipue IV. curam editionis geſſit cl. *Schütz*, ſextum volumen lucem adſpexit a. 1776. et ſex volumina recenſentur, adſperſis varii generis animaduerſionibus, in (Volborthii) neuen philologiſchen Bibliothek, tom. I. (Lipſiae 1777. 8.) pag. 148—166. — *Tertulliani* opp. omnia, (cura *Oberthür.*) Wirceburgi. 1780. 8. II. voll.

Ad pag. 519. *lin.* 10.

— *Tertulliani Apologeticus aduerſus gentes.* In fine: Impreſſum Mediolani per Magiſtrum Vldericum Scinzenzeller. 1493. fol.

— *Apologeticus:* cum Lactantio. MDXXXV. — in fine: Venetiis in aedibus haeredum Aldi et Andreae ſoceri menſe Martio MDXXXV. (1535.) 8.

— Apologeticus et ad Scapulam liber. Acc. *M. Minucii Felicis* Octauius. Cantabrig. ex offic. Io. Hayer etc. 1686. 12.

— aduerſus Praxeam ſiue de Trinitate liber. Recenſuit notisque illuſtrauit *Eduardus Welch-*

Welchmans, A. M. Archidiac. Cardig. Cantabrig. 1731. 8.

— Libri carmine conscripti, in *Mich. Maittairii* Corpore poetar. latinor. Londin. 1713. fol. vol. II. p. 1525. et diu antea in opere raro et inscripto: *Poetarum veterum ecclesiasticorum Opera Christiana et operum reliquiae atque fragmenta* — — diligentia et studio *Georgii Fabricii*, (Basileae per Oporin. 1564. 4.) pag. 258 sqq. et in commentario adiuncto pag. 133. quaedam de Tertulliano adnotantur.

Plures enumerat recensetue editt. idemque de Tertulliano agit cl. *Schoenemann* in biblioth. histor. litter. patrum latinorum, Lipsiae 1792. mai. 8. pag. 2 — 58.

Ad pag. 520. *sect.* 6. *lin.* 16.

Post *mens. Iul.* add. pag. 299. Idem *Heumannus* emendationes inseruit nouis actis erudit. Lipс. a. 1759. m. Mart. part. I. pag. 97 sqq. ib. mens. Mai. p. 241 sqq. m. Aug. pag. 433 sqq. vbi quoque ipse declarat, se in Poeciles suae tom. I. pag. 27 sqq. et 199 sqq. atque in tomo II. Miscellaneor. Groninganorum *Apologetici* capita pertractasse. Idem in nouis actis erudit. a. 1759 m. Aug. p. 439. animaduersiones scripsit ad Casp. Barthii emendatt. carminum, editioni Tertulliani Prioria-nae p. 630 sqq. adnexorum, quorum auctores sunt ignoti. Barthii emendatt. reperiuntur

tur in illius Aduerſariorum libr. XVII. cap. 17. Denique Heumannus dedit adpendicem et varias adnotatt. ad Tertullianum in nouis actis erudit. 1760. m. Iun. part. I. p. 289 ſqq.

Ad pag. 521. *lin. ſub fin.*

Verſiones anglicas refert *Brüggemann* View etc. pag. 717.

Des Q. Septim. Florens Tertullianus Vertheidigung der chriſtlichen Sache gegen die Heiden. Aus dem Lateiniſchen veberſetzt und durch Anmerkungen erläutert von *D. Io. Frider. Kleuker*, in *Vrania* für Kopf vnd Herz herausgegeben von *I. L. Ewald*, tom. II. Hannou. 1794. 8. pag. 123 ſqq. 277 ſqq. cum prooemio, in quo de Tertulliano eiusque ingenio agitur. — Eadem *Kleukeri* verſio Francof. ad Moen. 1797. 8. conf. Kilon. bibl. vniuerſ. german. vol. 47. part. I. faſc. IV. pag. 274 ſqq.

Tertullians Verjährungsrechte der Kirche gegen die Ketzer. Viennae 1797. 8. Barbara interpretatio eſſe dicitur in Jen. Allg. L. Zeit. a. 1799. nr. 222. — *Opere di Tertulliano* tradotte in Toſcana dalla Signora *Selvaggia Borghini*, Nobile Piſana. Romae 1756. 4. v. *Paitoni* Biblioteca degli Autori — volgarizzati, tom. IV. p. 119 ſq.

Ad pag. 521. *lin. vlt.*

Theoſophia patrum ex *Tertulliano* et *Cypriano*. Witteberg. 1619 —. Idem libellus prodiit

prodiit ſub titulo: Theologia ſpeculatiua et practica ex patribus (Tertulliano et Cypriano,) ab inſigni quodam theologo collectae, 1639. — Denique inſcriptus, nomine auctoris addito:

M. Hermanni Rathmanni medulla patrum. Wittebergae 1655. 4. Ne quis igitur putet, iſta eſſe tria diuerſa opuſcula; vnum enim idemque eſt opuſculum.

Tertullianus rediuiuus Georgii Minor. Capuc. Pariſ. 1646 — 1650. fol. III. voll. v. *Menkenii* catal. part. I. pag. 22. nr. 257.

De Tertulliano eiusque potiſſimum ſcriptis, in tres claſſes diuiſis, multus eſt *Guil. Whiſton* in: The true Origin of the Sabellian and Athanaſian Doctrines of the Trinity. Or a Demonſtration, that they were firſt broach'd by the followers of Simon Magus in the firſt Century; and reviv'd by the Montaniſts in the ſecond: drawn from all the original accounts now extant etc. London. 1720. 8. Whiſton oſtendere conatur, Tertullianum non ante omnem Montaniſtarum diſciplinam adoptatam, profeſſum eſſe de Trinitate doctrinam, ab Athanaſiana tamen paullo diuerſam. Conf. *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Bibliothek, vol. IV. p. 357 ſqq.

Petri Tamburini, Prof. emeriti Ticin. Analiſi del libro delle preſcrizioni di *Tertulliano*, con alcuni Oſſervazioni. Pavia. I. Salvadore.

vadore. 1781. 8. — Eiusdem Lettere trè d'un Piacentino Teologo contro l'analisi del Libro delle Prescrizioni di Tertulliano. Pavia. 1785. 8. — — Assisii enim a. 1784. in 8. editae erant Osservazioni sopra l'Analisi del libro delle Prescrizione di Tertulliano. — Praecedit cum versione italica textus latinus Pamelii ex ed. Franeckerana 1597. et V. L. Rigaltii, ed. Venet. 1744.

Oudin. Comment. de script. eccles. tom. I. pag. 214.

P. Gottfridi Lumper, monachi Benedictini — historia theologica critica de vita, scriptis atque doctrina S. S. Patrum aliorumque scriptorum ecclesiasticorum trium primorum saeculorum, ex virorum doctiss. litterarils monumentis collecta. Pars *sexta*, complectens *Q. Sept. Florent. Tertulliani* vitam, scripta et doctrinam. Augustae Vindel. 1789. mai. 8. In cap. II. is recudi fecit Noesseltii disputatt. conf. Berol. vniuers. german. Biblioth. vol. 93. part. II. pag. 567 sqq.

D. I. G. Rosenmülleri progr. nonum de fatis interpretationis sacrarum litterarum in ecclesia christiana. Lips. 1794. 4. in quo V. C. incepit Tertullianum sistere qua interpretem. Contendit autem, Tertullianum vno quidem aut pluribus N. T. codicibus vsum esse; interdum tamen finxisse lectiones; ceterum loca N. T. semper citasse ex versione latina, quam vel ipse fecerit, vel repererit:

item tria eiusdem praecipua hermeneuticae praecepta proponuntur.

Tertulliani et *Iosephi* de Christo testimonia vindicantur in *Isaaci Vossii* variarum obseruatt. libro. Lond. 1685. 4. p. 260—262.

Io. Croii specimen coniecturarum in quaedam *Tertulliani* loca subiectum est mantissae loco editioni Irenaei Oxonienſi, 1702. fol.

Locus in Tertull. Apologet. cap. 21. explicatus est a *Io. Chapman* in postscripto, addito eius *Phlegon*, examined critically and impartially. Cantabrig. 1734. 8. — Londin. 1743. 8. et in eius Miscell. Tracts relating to Antiquity. Lond. 1743. 8. p. 362 sqq.

Locus in Tertull. Scorpiac. p. 635. correctus est etc. in *Io. Iortin* Remarks on ecclesiastical History. Londin. 1752. 8. vol. II. pag. 8. 186—189. — in eiusdem Tracts, philological, critical and miscellaneous. vol. II. Lond. 1790. 8. p. 444 sqq. sunt criticae in Tertullianum obseruatt.

Historiam, aetatem, scripta et animi notationem Tertull. persequitur *Nath. Lardner* in: Credibility of the Gospel History. part. II. vol. II. Lond. 1748. 8. cap. XXVII. p. 563—645. v. *Brüggemann* View etc. p. 718 sq.

Darstellung der moralischen Ideen des Clemens von Alexandrien vnd des *Tertullians*. Ein Beytrag zur Geschichte der christlichen Sit-

Sittenlehre von *Wilhelm Münscher*, Consistor. Rath und Prof. der Theologie in Marburg, in D. *Henke* Magazin für Religionsphilosophie, tom. VI. nr. 6. Helmstad. 1796. 8.

Conf. praeterea *Schroeckhii* Kirchen-Geschichte III. pag. 317 sqq. *Roesler* Biblioth. der Kirchenväter, part. III. p. 32. et *Io. Ge. Arn. Oelrichs* commentar. de scriptoribus ecclesiae latinae priorum VI. saeculorum. Lipsiae 1791. 8. pag. 17 sqq. vbi potissimum persequitur *Oelrichs* libros Tertull. eorumque argumenta. In designando eorum ordine sequitur cel. Noesselt. Praeterea passim in docto illo libro recenset Tertulliani dogmata atque opiniunculas.

De *Tertulliano* s. *Tertylliano*, Icto, vid. *Bertrand.* lib. I. cap. 23. in Vitis tripartitis Ictorum vett. a *Franckio* collectis, p. 122 sqq.

Ad §. 10. pag. 522.

M. Minucius Felix.

Ad sect. 1. et 2. *Heumannus* in Parergis Gottingens. contenderat, Minucium Felicem fuisse *causidicum ecclesiae*, non, *fori:* quam sententiam oppugnauit anonymus in *epistola*, (quam finxit a Minucio Fel. ipso scriptam esse,) *apologetica pro se et statu suo*, in novis actis erud. Lips. 1738. pag. 210. — *Minucium* vero ante Tertullianum, M. Antonini floruisse temporibus, et Brixiensem aut certe

Italum fuisse, magna cum contentione probare sustinuit *Io. Dan. van Hoven* in epistola historica critica de vera aetate, dignitate et patria M. Minucii Felicis etc. Campis. 1762. 4. et in eius Campensibus etc. ibid. 1766. 4. nr. 1., cuius argumenta in compendium redacta repetiit *Schoenemann* in Bibliotheca historico-litterar. patrum latinorum tom. I. pag. 59 sqq. idemque de fatis atque editionibus libri, *Octauius* inscripti, diligenter egit. Hovenii rationibus paene subscribens *Oelrichs* in libro paullo ante laudato, Minucium aequalem facit Athenagorae.

Ad pag. 522. sect. 4. lin. 4.

Vrsini editio in fronte s. titulo libri praeterea dicitur: *romana editio posterior et emendatior*. *Romae* ex typographeo Dominici Basae. MDLXXXIII. min. 4. aut mai. 8. In dedicatione scribit Vrsin. *Guil. Sirletum*, Cardinalem, primum vidisse, Minucio Felici tribuendum esse librum et huic restituendum, qui antea, tamquam octauus liber, male inscriptus fuisset Arnobio.

Min. Felicis Octauius et *Caec. Cypriani* lib. de idolorum vanitate. Noua edit. cum obss. *Nic. Rigaltii*. Lutetiae 1643, 4.

Ouzelii edit. incommoda, notarum congerie post textum seorsum adpositа; sequuntur enim primo Io. a Wower notae; tum Elmenhorsti commentar. cum indice; post-

haec

haec Heraldi castigatt. et notae, cum indice; dein Rigaltii obss. denique Ouzelii animaduerss. quibus subiunctus est *Iulii Firmici Materni V. C.* liber de errore profanarum religionum, recens. Io. a Wower: Illa igitur editio primum prodiit Lugd. Bat. ex offic. Io. Maire, 1652. 4. tum, mole notarum textui substrata, ibid. ex offic. Hackiana, 1672. 8. De incommodis vitiisque editionis vtriusque vid. *Schoenemann* l. c. pag. 71 sq. qui quidem plures recensuit editt. nec tamen paucas omisit, *in Anglia* curatas et a *Brüggemanno* View etc. p. 721 sq. enumeratas: scil.

M. Minucii Felicis Octauius. Oxoniae, impensis Thomae Huggins et Henr. Curteyn. 1627. 12. — Octauius, Oxon. 1631. 1662. 12. — Londini 1672. 8. — inter *Franc. Rous* Mella patrum, Lond. 1650. p. 830 sqq.

— Octauius, *Caec. Cypriani* libellus de idolorum vanitate, cum obseruatt. *Nic. Rigaltii;* et *Iulius Firmicus Maternus* de errore profanarum religionum, cum notis *Woweri*. Oxoniae 1678. 8. — cum Tertulliani apologetico etc. Cantabr. 1686. 12. v. ad *Tertullianum.*

Ad pag. 523. *lin.* 2.

Prior *Dauisii* editio cum eius, tum integris *Nic. Rigaltii* et selectis aliorum obseruatt. praemissa *Franc. Balduini* diss. prodiit Cantabrig. impensis Io. Oweni 1707. 8. — altera,

quam adtuli, cum *Dauisii* animaduerss. ac notis integris *Def. Heraldi* et *Nic. Rigaltii*, nec non selectis aliorum, ibid. impensis Cornelii Crownfield. 1712. 8. de qua v. acta erudit. tom. IV. supplem. p. 423.

— *Octauius* cum tomo II. opp. Cypriani, curante *Oberthür*. Wirceburgi 1782. 8.

Ad pag. 523. *lin.* 16.

Plures *anglicas* versiones refert *Brüggemann* l. c. — *Gallice* vertit Octauium *Guil. Masius*, (Guillaume du Mas,) Paris. 1637. 4. — elegantius vero *Nicol. Perrot d'Ablancourt*. Paris. 1646. 12. 1662. 1677. et saepius. — *germanice* vertit *Io. Guil. Appel*. Lipsiae 1735. — melius, anonymus quidam, Berol. 1763. — *italice* cum textu *latin.* notisque, ex edit. Ouzelii et Gronouii excerptis, D. *Marcus Poleti*. Venetiis ap. Simonem Occhi. 1756. 8. v. *Paitoni* bibliot. saepius laudatam II. p. 250.

Ad pag. 525. *lin.* 3.

Min. Felicis Octauius cap. XXII. emendatur in *Io. Dauisii* notis et emendatt. in Maximum Tyrium, Londin. 1740. 4. p. 589.

Ad §. 11. *pag.* 527. *de Vlpiano* add. *Hamberg.* zuverl. Nachr. II. p. 523 sqq. et *Saxii* Onom. I. p. 345. it. *Bernard. Rutilius*, *Io. Bertrand.* et *Guil. Grotius* in Vitis tripartitis

titis Ictorum vett. a *Franckio* collectis, pluribus locis.

Ad §. 12. pag. 527. sect. 2. lin. 9.

Iulius Paullus.

Pro 28, corrige *cap.* 68. vbi *Iulius Paullus* dicitur *iuris peritissimus*, et plures Icti insignes, qui in consilio Alexandri imp. fuerint, eiusque familiares ac socii nominantur, diserte laudantur. Vide tamen ad illud caput notas Casauboni atque Salmasii.

Ad pag. 528. sect. 4. lin. vlt.

Iulii Pauli sententiarum receptarum ad filium libri V. ex breuiario Alariciano. In vsum praelectionum edidit, et cum editione principe contulit. Indicem *editionum omnium corporis iuris ciuilis fontium* adiecit *Gustau. Hugo*, Prof. Gottingens. Berol. 1795. min. 8. Laudatur in Jen. Allgem. Litt. Zeit. a. 1796. nr. 69. m. Mart.

Ad pag. 528. sect. 6.

Add. *Io. Bertrand.* et *Guil. Grotius* in vitis tripartitis Ictor. a *Franckio* collectis, et cum notis *Schultingii*, in huius Iurisprud. Anteiustin. *Bertrandus* libr. I. c. 25. Paullo graecam originem ac nominatim Tyrum patriam laborauit vindicare; sed iam refutatus a *Grotio* lib. II. cap. 10. in primis a *Laur. Pignorio* in symbol. epistolic. libr. I. ep. 41.

Paullum tamen fuisse Tyrium, (vtpote latinae linguae ignarum,) et Christianis infensum, audacter pronuntiat *Ge. Casp. Kirchmaier* in diss. Elogia et elegantiae lat. lctorum vett. ad Digesta, Witteb. 1687. 4. — rec. in *Kirchmaieri* Opuscul. VI. de latinitate Digestorum etc. collectis a *Ge. Sam. Madihn*, Halae 1772. 8. pag. 21. — *Hamberger* in zuverl. Nachricht. II. pag. 537 sqq. *Saxius* in Onom. I. p. 354. inprimis D. *Franc. Carolus Conradus* in prolus. academica: *Iulius Paulus ab iniuriis criticorum vindicatus.* Helmstad. 1733. 4. Maxime post Guil. Grotium, Laurent. Pignorium et Ant. Schultingium, qui iam praeclare defuncti sunt patrocinio Iulii Paulli contra Bertrandum, peregrinantis notas Paullo obiicientem, *Conradus* quaedam adhuc contra Bertrandum obseruauit, tum alia nonnulla, in latinitate et dictione Paulli suspecta contra censores rigidos, inprimis Vallam atque Hottomannum, defendere aut certe excusare, quaedam, leuiter emendata lectione, tamquam duriora, e sermone Paulli prorsus eiicere, adeoque haud spernendam symbolam aliorum animaduersionibus addere, laudabiliter diligenterque studuit. — *Laur. Valla* plura in Paulli sermone acriter notarat in libro VI. Elegantiarum, ab aliis aeque acerbe reprehensus, ab aliis vero defensus; de qua controuersia, et quae in vtramque partem, etiam de Paulli latinitate, passim disputata

putata ſunt, conf. *Opuſcula varia de Latinitate Ictorum veterum, quae iunctim edidit et animaduerſiones adiecit Carol. Andr. Duker.* — rec. cura *Io. Petri Schmid.* Lipſ. 1773. 8.

Ad pag. 529. §. 13. *ſect.* 4.

Cenſorinus.

Cum vitis Neruae, Traiani et Adriani Caeſarum, ex Dione a Georg. Merula latine verſis; cum Cebetis tabula, Plutarch. de differentia inter odium et inuidiam etc. Venet. per Bernardin. Venetum de Vitalibus, 1500. 4. — Cum tabula Cebetis per Lodou. Odaxium e graeco conuerſa; cum Plutarchi lib. etc. ſ. l. et a. 4. (v. *Foſſ.* codd. bibl. Magliab. ſaec. XV. tom. I. pag. 511. et *Panzer* A. T. IV. p. 108. — Cum tabula Cebetis et quibusdam Plutarchi praemiſſis. (Pariſ.) ap. Io. Paruum et Iodocum Badium. In calce: in aedibus Aſcenſian. a. 1514. fol. (in bibl. publ. Erlang.) — cum Macrobio, Venet. ap. Ald. cum praef. Donati, Veron. 1517. — 1528. 8.

Cenſorini de die natali liber ad Q. Caerelium, ab Aldo Manutio iuniore emendatus et notis illuſtratus. Venet. Aldus. 1581. 8.

Ad pag. 532. *ſect.* 6.

De *Modeſtino* aliisque iuris Profeſſoribus, iisdemque diſcipulis Papiniani et Alexandri imper. familiaribus et ſociis v. *Ael. Lamprid.* in

Alexandro Seuero cap. 68. fin. ibique Casaubon. ac Salmas.

Ad pag. 533. *lin.* 3.

De Licinio Rufino, Iurisconsulto, dissert. *Christiani Aug. Henr. Clodii*, praeside *Iosia Ludou. Ernesto Piittmanno*, D. et Prof. iur. Lipsiae 1791. 4. Sub finem recensentur fragmenta Icti nostri ex eius *XIII. libris regularum.* — *Koenig* de Licinio Rufinio prolus. Halae 1772. in Exercitt. fasc. I.

Ad pag. 533. *sect.* 3. *lin.* 4.

Tres fuisse *Saturninos* cum Heineccio contra Bachium, qui *duo* tantum agnouit, D. *Rau* ostendit in progr. de variis Saturninis, Ictis. Lipsiae 1791. 4.

Ad pag. 533. *lin. vlt.*

10. *Q. Cerbidius Scaeuola*, Ictus, praeceptor Septimii Seueri et Papiniani Icti, M. Aurelio a consiliis, circ. a. Chr. 176. v. supra, supplem. tom. I. pag. 114. — *Io. Conradi* lib. de vita et scriptis *Q. Ceruidii Scaevolae* Icti. Lipsiae 1755. 4. *Fabric.* B. L. tom. III. p. 494. ed. Ernesti, et *Saxii* Onom. I. pag. 327.

11. *Papirius Iustus*, Ictus, cuius fragmenta supersunt in Pandectis. Vixit eodem tempore. v. *Fabric.* et *Saxium* ll. citt.

Ad

Ad pag. 535. *sect.* 4.

Caius Iulius Solinus.

Edit. *Brixienſis* per Boninum de Boninis de Raguſia 1480. a *Maittaire* IV. pag. 406. ex Caille p. 42. et Sauberti bibl. norica pag. 139. citata, cl. *Panzero* A. T. I. pag. 244. et in indice ſuſpecta eſt. — Eidem tom. II. p. 356. edit. *Parmenſis* a. 1483. 4. a *Maittaire* p. 449. memorata, videtur dubia, et fortaſſe *Parmenſ.* editio a. 1480. per Andr. Portilium, vti iam coniecerat *Affò* in Saggio di Memorie ſu la Tipogr. Parmenſe etc. pag. XC. qui pag. LXXXII. ed. a. 1480. in 4. curatius deſcribit. add. *Panzer* l. c. pag. 353. et pag. 259. ac vol. IV. pag. 261. de edd. *Brixienſib.* diuerſis per Iac. Britannicum, 1498. in fol. altera *), altera in 4. — Aliarum Venetar. aut ſ. l. edd. ſaec. XV. notitiam dedit idem V. C. in vol. III. et IV. — Edit. *Bonon.* 1500. 4. emendatior prodiit cura et diligentia *Philippi Beroaldi*, Bononienſ. v. *Panzer* I. p. 239.

Ad pag. 536. *lin.* 9.

Habeo editionem *Spirenſem*, litteris gothicis a. 1512. 4. quae plane conſpirat cum Spirenſi 1515. a *Freytagio* copioſe deſcripta; in

*) Quam vberius deſcribit, et de Solino atque prima editione docte agit *Freytag*, in adpar. litter. I. pag. 121 ſq.

in calce tamen aliam habet notam anni: *Impreſſum Spire. Impenſſ. L. B.* M.D.XII. (1512.) Forſan auctor notitiae apud Freytagium in anni indicio errauit.

Ad pag. 539. *ſect.* 4. *lin.* 2. §. 17.

Coelius Apicius.

Edit. a. 1490. ſpuriam habet cel. *Panzer* A. T. II. pag. 64. et pag. 88. nec exſtat illa in bibl. Noribergenſi, vti Bernholdo ſcriptum et variae lect. ex illa ſcilicet a Goetzio excerptae et miſſae erant. (v. Bernhold, praef. ad ſuam edit. p. IX.) Eſt enim edit, *Mediolan.* 1498. 4. quae cuſtoditur in illa bibl. — Edit. a. 1498. exemplar ſeruatur quoque in bibl. ſenatoria Lipſienſi. Vid. *I. Gottlob. Lunze* in Monimentorum typographicorum Decade. Lipſ. 1799. 8. nr. 10. Ille quoque hanc edit. principem eſſe ait, negatque, exiſtere antiquiorem.

Ad pag. 541. *ſect.* 3. §. 18.

Thaſcius Caecilius Cyprianus.

In cod. *Coisl.* CLXXXV. membran. inter antiquiſſimos et praeſtantiſſimos numerando, et vnciali charactere quadrato ac rotundo ſcripto, ſaec. VI. vel VII. ſunt *Opera S. Cypriani*, quorum catalogum et ſpecimen ſcripturae dedit *Montfaucon* in Bibliotheca Coisliniana pag. 240 ſqq. Add. *Schoenemanni* biblioth. hiſto-

historico-litterar. patrum latin. tom. I. pag. 77 — 131. vbi a pag. 78. *Pearsonii annales Cyprianicos* in compendium redegit: pag. 100 sqq. indicem scriptorum Cypriani et genuinorum et spuriorum contexuit, et pag. 102 sq. recensuit editt. in septem classes discretas. Quaedam tamen edd. latuerunt virum doctissimum, nec mirum, tanta illarum copia. v. Jen. A. L. Z. a. 1793. m. Sept. nr. 261.

Ad pag. 541. sect. 4. not.

Binae sunt edd. antiquiss. sine l. et anno et typographo: *altera* continet *Cypriani* epistolas et libros contra Iudaeos, et notanda est propter librum tertium testimoniorum aduersus Iudaeos, quum vulgo Erasmus primus ex cod. msto monasterii Gemblacensis emisisse existimetur: *altera* continet *Cypriani* libros et epistolas. De vtraque curate agit *Schoenemann* p. 109 — 111. De priore vide quoque cel. *Panzer* A. T. IV. pag. 289. cui videtur char. gothicus esse *Richardi Paffroet* ciuis Dauentrienſis. Hinc recenset illam edit. inter libros Dauentriae excusos, eamque conuenire suspicatur cum edit. a Debure in cat. Valler. et Schoenem. excitata et a *Panzero* ibid. pag. 119. descripta. Eadem pag. a viro doctissimo ex aliorum indiciis refertur edit. sine l. et a. et typographo: *Incipiunt libri Cecilii Cipriani episcopi carthaginensis confessoris ac martiris dignissimi*, fol. ei tamen videtur

detur esse *Memmingensis* ed. cuius ille meminit vol. II. pag. 108. Nam sine nota quidem anni, loci et typographi; at typis, vt videtur, Alberti Kunne de Dudersladt, typographi Memmingensis, excusi sunt *S. Cypriani libri et epistolae.* conf. *Zapfs* älteste Buchdruckergeschichte Schwabens. (Vlmae 1791. mai. 8.) p. 245 sq. et pag. 16 sqq. de Kune s. Kunne typogr. qui quidem ibi tarditate typothetae nominatur modo *Kumer*, modo *Krumer*.

Sine loco et anno prodierunt quoque *Cyprian. de XII. abusibus saeculi*, duae edd. altera charactere Anton. Sorg. Augustae Vindelic. fol. *de duodecim abusionibus saeculi*, (v. *Zapfii* Augsburgs Buchdruckergeschichte tom. I. p. 239. et *Panzer* I. pag. 136.) altera in 4. *de duodecim abusuis saeculi*, typis Vlr. Zell, Coloniae. v. *Panzer* I. pag. 329. ex *Laire* indic. I. p. 36.

Ad pag. 542. *lin.* 23.

Cypriani libri et epistolae. In fine: Finitum in alma *Parisiensium* schola per Io. Higman et Wolfgang Hopyl, artis formulariae socios. 1498. fol. — *Cypriani* sermones aliquot. Dauentriae per Richardum Paffroet. 1500. 4. — *Cyprianus* de cardinalibus operibus Christi; cum *Athanasio* de Homousio contra Arium, latine, et aliis. Paris. 1500. fol.

Cy-

Cypriani carmen de ligno crucis; in vol. II. Poetarum christianorum. ap. Aldum Venetiis 1502. 4. Schoenemann V. Cl. scripserat, a. 1501. sed hoc anno *primum* vol. poetarum christian. ex officina Aldina prodiit, et *tertium* vol. quod continet *Gregorii Nazianzeni* diuersa poemata cum latina tralatione, a. 1504. Plena vero trium horum voluminum collectio libris adnumerari solet rarissimis, vide Serie dell' edizioni Aldine pag. 11 sq. 16 sq. et 25.

Caecilii Cypriani — opera, hinc inde recepta et in vnum vigiliis et sumptibus magistri *Bertholdi Rembolt* et *Ioan. Waterlos* — collecta et impressa. Paris. 1512. 4. de qua et seq. vtraque *Erasmi Roterod.* Basil. copiosus est cl. *Schoenemann* pag. 112 sqq. — Altera ed. Erasm. a. 1521. fol. est quoque in bibl. publ. Noriberg. teste *Panzero* vol. VI. pag. 226.

Operum D. Caecilii Cypriani vol. *primum* ex recognitione D. Erasmi Roterod. Coloniae excud. Io. Soter. 1522. 8. — vol. *secundum*, varios complectens et tractatus et sermones. Colon. ex offic. Soteriana. 1522. 8. (*Panzer* VI. pag. 387.) — cl. *Schoenemann* edit. tertiam Operum *Cypriani* cura Erasmi Roterod. Colon. apud Soter. 1525. fol. memorat; contra cl. *Panzer* VI. p. 395. tantum *Cypriani* de oratione dominica sermonem. Colon. in aedib. Eucharii Ceruicorni. 1525. 8.

Caec.

Caec. Cyprianus de orat. dominica. Colon. excudeb. Euchar. Ceruicórnus. 1528. 8. (*Panzer* VI. p. 403.)

Opera, iam *quartum* accuratiori vigilantia a mendis repurgata per Desider. Erasmum Roter. Acc. *liber* eiusdem apprime pius *ad Fortunatum* de duplici martyrio antehac nunquam excusus. Basil. ex offic. Froben. 1530. fol. (*Panzer* VI. p. 273 sq.)

Edit. *Paris.* ap. Arnulph. Langelerium, 1541. fol. quod foede interpolata est et contaminata, silentio praeterire non licet. vid. *Schoenemann* p. 117. — Idem V. D. late describit edit. *Opp. Cypriani* ex recensione et cum notis *Erasmi Roterod.* et cum castigatt. *Henr. Grauii.* Colon. ex offic. typogr. Petri Quentel. 1544. *Grauius* suspicatur, phrasin lib. *de duplici martyrio* Erasmum ipsum aut quempiam Erasini similem referre potius auctorem, quam Cyprianum; in quam sententiam postea iuerunt Pamelius aliique.

Ad pag. 543. lin. 6.

Edit. *roman.* ap. Paul. Manutium 1563. fol. curauit et textum recensuit *Latinus Latinius*, adhibitis cod. Veronensi vetustiss. aliisque msst. exemplaribus. v. *Schoenem.* pag. 120 sq. Idem *Latinus Latinius* postea hanc suam edit. defendit contra Pamelium, et iterum scripsit Obseruatt. et coniecturas in Cyprianum cum adnotatt. Pamelii; quae reperiuntur

riuntur in *Latini Latinii* Bibliotheca ſacra et profana, edita a *Dominico Macro*, Romae 1677. fol. pag. 174—181.

— Opera omnia; veterum exemplarium collatione repurgata, editio aucta et obſeruatt. illuſtrata, diligentia et labore *Guil. Morellii*. Praefatus eſt *Hadr. Turnebus*. Pariſ. ap. Guil. Desbois. 1564. fol. Acceſſere quaedam Cypriano adſcripta: liber de aleatoribus, quem Cypriani eſſe vix dubitat Pamelius: quaedam poemata et alia.

Editio *prima Pamelii* egregia prodiit Antwerpiae ap. viduam et hered. Io. Stelſii 1568. fol. deinceps ſaepius recuſa. v. *Schoenemann* p. 123 ſqq.

Cyprianus de vnitate eccleſiae, cum MSS. coll. et annott. illuſtratus, ſtudio *Ieremiae Stephani*. Londini 1632. 8. — de bono patientiae, cum notis *Ier. Stephani*. Lond. 1633. 8. — opuſcula varia, inter *Franc. Rous* Mella patrum. Lond. 1650. 8. p. 843—944.

Ad pag. 543. lin. antepen.

Cypriani — et aliorum ad ipſum vel in ſimili cauſſa ſcriptae epiſtolae XXCIII. ordine Pameliano, ex edit. *Goulartiana*, (Pariſ. 1593. fol.) in ſectiones diuiſa. — ſeorſim editae ſtudio *Luc. Frid. Reinharti*, Theologi Altorf. Altorfi typis et impenſ. Henr. Meyeri. 1681. 4. In margine additae ſunt V. L. omnium

fere codd. apud Pamelium, Rigaltium et Goulartum obuiae.

Ad pag. 544. *lin.* 3.

Editio *Bremensis* recusa est Amstelod. ap. Io. Lud. de Lorme. 1699. — *Marani* ed. repetita quoque est Venet. 1758.

Petrus Coustantius in opere raro: *Epistolae Romanorum pontificum, et quae ad eos scriptae sunt.* Paris. 1721. mai. fol. ediderat *Cypriani* epp. ad Cornelium et Stephanum, pontif. rom. et alia quaedam; sed omiserat epistolam Cypriani ad Pompeium Sabrat. quam vero cl. *Schoenemann* ex ed. Baluz. recepit in nouam *Coustantii* edit. *Epistolarum pontificum roman. a S. Clemente I. vsque ad S. Leonem M. tom.* I. Gotting. 1796. mai. 8. v. nouam bibl. vniuers. german. Kilon. vol. 30. part. I. fasc. IV. 1797. pag. 207 sqq. praesertim pag. 215.

Cypriani Opp. curante *Oberthür.* Wirceburgi 1782. 8. II. tom. Acc. *Minucii Fel.* Octauius et *Nouatiani* opuscula.

Ad pag. 545. *lin.* 7.

Docta disputat. quam, praeside *Io. Ge. Walchio*, ventilauit auctor M. *Georg. Gottlieb Preu*, est inscripta: „Diss. critico-theologica, qua Cypriani ac Firmiliani epistolarum aduersus Stephani I. Papae decretum de haereticorum baptismo vindicias oppositas Raymundo Missorio — exhibet.“

Ad

Ad pag. 545. *lin.* 28.

Laudatur quoque versio *Lomberti gallica*, cum animaduersi. et Cypriani vita. Pariſ. 1672. 4.

Marshali aliorumque Anglorum versiones *anglicas* refert *Brüggemann* View etc. pag. 726 ſqq.

Die echten Werke des heil. Caecilius Cyprianus —. Erſter Theil. Viennae 1790. mai. 8. vna cum vita Cypriani et indice epiſtolarum ac reliquorum opuſculorum. Vita Cypriani vt plurimum ſumta eſt ex ea, quam Diaconus Pontius poſt illius mortem concinnarat, illique adiecta ſunt acta proconſularia de Cypriani martyrio.

Theoſophia patrum ex *Tertulliano* et *Cypriano*. Witteb. 1619 etc. de quo libro plura adnotauimus ſupra ad §. 9. de Tertulliano nr. 6.

Thomae Iameſii ſpecimen corruptelarum pontificiorum in *Cypriano*, *Ambroſio*, *Gregorio M.* et authore operis imperfecti, et in iure canonico. Londin. 1626. 4.

Henr. Dodwelli diſſ. Cyprianicae. Oxon. e theatro Sheldon. 1684. 8.

Eiusdem diſſ. Cyprianicae XII. quibus acceſſit appendix, in qua continentur canon regum aſtronomicus, faſti graeci, fragmentum Theonis etc. Oxon. 1685. fol.

Historiam et scripta *Cypriani* persequitur *Nath. Lardner* in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. IV. cap. 44 et 45. Lond. 1740. 8. Add. de Cypriano *I. Iortin* in Remarks on ecclesiastical History. Lond. 1752. 8. vol. II. p. 296 — 307. — *Gibbon* in History of the Decline and Fall of the Roman Empire cap. XVI. item *Sage* et *Iamesson* in libris a *Brüggemanno* p. 729. citatis.

Cas. Oudin. comment. de S. S. eccl. tom. I. p. 266.

Dissertatio exponens *S. Cypriani* — de romani pontificis primatu, atque de iuribus et muneribus eidem annexis sententiam: praeside *Onymo*, S. theol. Doct. etc. auctore et respondente M. *Ios. Greisinger.* Wirceburgi 1790. 8. ad locum Cypriani de vnitate ecclesiae pag. 464. ed. II. Baluz. Venet. 1758.

P. Fructuosi Fehrer, ord. S. August. in monast. Erford. diss. vtrum *S. Cyprianus* sit auctor doctrinae de vnica Christi religione et ecclesia saluifica. Erfurt. 1792. 4. Hanc quaestionem negat contra anonymum auctorem libri: *Weder die christliche Religion, noch die römisch-katholische Kirche ist die alleinseligmachende, von einem römischkatholischen Pfarrer in Schlesien.* Francof. et Lipsiae 1791. qui simpliciter adfirmarat, Cyprianum fuisse primum, qui illam foueret sententiam; insequentes vero scriptores ecclesiasticos illam sine examine adoptasse, ex eaque verum fecisse dogma

dogma catholicum. *Fehrer* igitur docere ſuſtinet, falſum eſſe primum argumentum; tum Origenem, et antiquiores ſcriptores eccleſ. praecipue Tertullianum, Irenaeum, Iuſtinum Martyrem et Ignatium eamdem doctrinam partim diſtincte declaraſſe, partim ita ſcripſiſſe, vt, hos eam doctrinam putaſſe veram, ex aliis illorum ſententiis effici poſſet.

P. Gottfridi Lumper hiſtoria theologico-critica de vita, ſcriptis atque doctrina S. S. patrum etc. *Pars XI.* complectens Nouatiani et Cornelii, potiſſimum Cypriani vitam, ſcripta, et fidei doctrinam. Auguſtae Vindel. 1795. mai. 8. vid. Jen. A. L. Z. a. 1795. m. Sept. nr. 244. p. 513 ſqq.

Ad pag. 546. *§.* 19. *ſect.* 3.

Modeſtus.

De diſciplina militari libro cum Cic. de N. etc. Ed. Venetae, nomen quidem *Modeſti* additum non legitur, quoniam opus Ciceronis habebatur. Carmini tamen Seueri Cornelii in Ciceronis laudem ſubiicitur nota anni: A. D. M. CCCC. LXXI. (1471.) v. *Panzer* A. T. III. p. 72. et V. D. ab eo excitatos.

Modeſtus de re militari. (*Pomponius Laetus*) de magiſtratibus vrbis, et ſacerdotiis, et de legibus. *Suetonius* de grammaticis et rhetoribus ex recenſ. *Ioan. Aluiſii Tuſcani.* Venetiis 1474. 4. v. *Panzer* III. pag. 103.

cui, quod Maittaire IV, pag. 339. in exemplari non inuenit versus, aliorum exemplarium fini subiectos, sed aliam adtulit subscriptionem, duplicem exstare editionem, verisimile videtur; at idem editionem a. 1477. a Maittario pag. 384. excitatam, apocryphan esse putat.

Ad pag. 547. lin. 2.

Modestus de re militari. (*Pomponius Laetus*) de magistratibus et sacerdotiis. *Iulius Solin.* de rebus memorabil. sine l. et a. 8. v. *Panzer* IV. p. 163.

Edit. *Bonon.* memorata ex rec. *Phil. Beroaldi* in fin. Frontini habet notam anni 1495. in fine totius operis, 1496. fol. (*Panzer* I. p. 233.) Add. supra ad Frontin. cap. V. §. 21. et introd. in notit. litter. rom. I. p. 65 sqq.

Ad pag. 548. §. 20. lin. 9.

Aelius Spartianus. *)

Loco pag. 604. corr. 633 sq. add. supra, cap. V. §. 23. sect. 4. de Suetonio, et *Panzer*

*) *Saxius* in Onom. I. p. 378. vocat eum *Ael. Lampridium Spartianum*, nec diuersum esse putat ab *Aelio Lampridio*; v. infra, §. 27. Idem vitam *Auidii Cassii*, quantumuis *Vulcatii Gallicani* V. C. nomen praeferat, tamen, opinatur, non ad alium, ac *Spartianum* auctorem pertinere. vide etiam infra, §. 23.

zer II. p. 19. et de ed. *Venetа* 1489. fol. in vol. III. p. 275 ſq.

Ad pag. 549. *lin.* 2.

De edd. *Aldin.* 1517. 1519. et 1521. v. Serie dell' Ediz. Aldine pag. 41. 49. et 54.

Ad pag. 550. *lin.* 15.

Loco *a.* 1714. ſcriptum eſt in *Brüggemanni* View etc. p. 732. *an.* 1715. — De edd. v. quoque cl. *Meuſel* in Bibliotheca hiſtor. vol. IV. part. I. pag. 138 ſqq.

Die ſechs kleinern Geſchichtſchreiber der hiſtoria Auguſta, veberſetzt vnd mit Anmerkungen von *Oſtertag*. Francofurt. ad Moen. 1790. 8.

Ad pag. 554. *ſect.* 4. *lin.* 2.

Arnobius.

De *Vrſini* edit. vide quoque ad §. 10. de *Minucio Felice*. — Ex *Vrſini* dedicatione patet, illum in hac editione nouam inſtituiſſe recenſionem. Atque e lectionibus et emendationibus ſuperiorum editt. et V. V. D. D. in Arnobium variis in locis eas recepit in textum, quas vel ipſi vel aliis, praecipue *Io. Bapt. Sighicellio* et *Petro Ciacconio*, Hispano, novae editioni parandae immortuis, ſine controuerſia verae ſunt viſae. Quae autem non ita certae videbantur, eas in paginarum oris notauit. Culpat praeterea in dedicat. mole-

ſtam Germanorum ſedulitatem in Arnobio emendando, quod tam multa in eo immutaſſent pro libitu ſuo et arbitrio, addendo, tollendo, mutando, vt infinitis locis ne veſtigium quidem antiquae lectionis ſit relictum.

Ad pag. 555. *ſect.* 6.

M. Sam. Luth. Geret disp. exercitationis variorum de *Arnobio Afro* eiusque theologia iudicia exhibentis antelogium de non contemnenda antiquiſſimorum inter chriſtianos doctores ſcientia. Wittebergae 1752. 4. conf. Erlang. ephem. litter. a. 1753. plag. 26.

Ad pag. 555. *ſect.* 7. *lin.* 5.

Eodem anno *Arnobii* commentar. ex edit. Erasmi Roter. prodiit Argentorati ex aedibus Ioan. Knoblouchii 1522. 4. v. *Hockeri* catal. bibl. *Heilsbronn*, (quae nunc eſt in publ. bibl. Erlang.) pag. 135. et cl. *Panzer* VI. p. 100.

Edit. *Colonienſis* a *Goetzio* quidem dicitur prodiiſſe a. 1522. ſed nota anni 1532. qui in Fabr. B. L. ed. Manſii citata et a cel. *Panzer* VI. p. 423. adſcriptus legitur, mihi verior eſſe videtur, nec probabile, vno eodemque anno Arnobii comm. ex ed. Erasmi edit. ter formulis fuiſſe deſcriptum typographicis.

Ad pag. 558. *ſect.* 3. *lin.* 1.

Leg. — *orationes: vnam pro reſtaurandis* etc. *Ad ſect.* 4. *p.* 559. add. rara editio, in-

inſcripta: *Franc. Balduini* relatio ad Henricum Andium Ducem Magnum. *Latini Pacati* panegyricus ad Theodoſium A. *Eumenii* oratio de ſcholis. Eiusdem Balduini annotatt. in vtramque orationem. Eiusd. explicatio l. ſi Pacto C. de Pact. Pariſ. ap. Mich. Sonnium. 1570. 4.

Ad pag. 559. *ſect.* 6. *lin.* 3.

Hamberger l. c. fabulam de ſtatua, Eumenio poſita, docte refutat. Add. de noſtro, *I. G. Walchii* parerga academica, (Lipſiae 1721. 8.) pag. 64. et 127. de eius dignitate, et pag. 889 ſqq. de eius patria, munere atque orationibus. *Epithalamius*, Maximiano Herculio et genero Conſtantino Auguſto dictus, Eumenioque adſcriptus, eſt incerti auctoris. — item a pag. 892. de *Nazario*, *Mamertino* et *Latino Pacato Drepanio*.

Ad pag. 562. *ſect.* 3. *lin.* 8.

Luc. Cael. Lactantius Firmianus.

In codice LXXXIII. bibl. Caeſareae Vindobon. ſunt *Lactantii* diuinarum inſtitution. libri VII. — de ira dei liber; — de opificio dei; — *carmen de Phoenice*; — *carmen de die feſto reſurrectionis dominicae*; quem codicem recenſet *Lambecius* in commentar. de bibl. Caeſarea, libro et vol. II. col. 600 ſqq. ed. Kollarii; praeſertim copioſus eſt de car-

mine *de Phoenice*, quod ille cum Xysto Betuleio et Auberto Miraeo existimat, a Lactantio adhuc iuuene et deorum cultore compositum esse, exhibetque multas lectiones, ab edit. Betulei. discrepantes, (quibus etiam vsus est *Burmannus* in edit. carminis, Opp. Claudiani subiecti, mox memoranda;) carmen autem *de festo resurrectionis dominicae* cum Betuleio censet, a Lactantio, iam Christiano et sene, confectum esse in honorem Christi, tamquam veri *Phoenicis*, ex mortuis primogeniti. Contra *Mich. Thomasius* in sua operum Lactantii editione, (Antwerpiae, typis Christoph. Plantin. 1587. 8.) omisso primo disticho, attribuit carmen illud *Venantio Fortunato* sub titulo: *Venantii Honorii Clementiani Fortunati Presbyteri Italici ad Felicem episcopum de Pascha*, et incipit: *Tempora florigero.* Miraei sententia de Lactantio carminis auctore etiam verisimillima esse videtur *I. A. Fabricio* in B. L. III. p. 678 sq. in quorum sententia adquieuit *Bünemannus* pag. 1502 sq. ed. Opp. Lactantii et aliorum opiniones atque commentationes refert. — Sed sententiae illorum subscribere dubitat *Heumannus* in praefat. ad Lactantium, quod ne vnum quidem e veteri aeuo testem habeamus, Lactantium esse illius carminis auctorem, et quod inter tria carmina, Lactantii operibus subiungi solita, duo certe sint aliena et subditicia; vnde magna oriatur suspicio, etiam tertium illud eiusdem esse

esse generis. — *Burmann.* subiecit edit. suae Claudiani pag. 1033 sqq. *Lactantii elegiam de Phoenice, vulgo Claudiano adscriptam cum curis secundis Nicol. Heinsii* suisque copiosis adnotatt. In prima nota recenset diuersas variorum de auctore opiniones; ipsi vero tutissimum videtur, incertum statuere auctorem. Carmen autem *de pascha* dedit atque illustravit Bünemann p. 1514 sqq. et cum I. A. Fabricio, Cellario etc. vindicauit *Venantio Honorio Fortunato.* — Vberius doctiusque *de carmine de Phoenice* disputauit *Io. Christian Wernsdorf*, philologus et Profess. quondam Helmstad. egregius et post fata quoque celeberr. in tomo tertio *Poetarum latin. minor.* vbi p. 281 sqq. *Firmiani Lactantii carm. de Phoenice* cum suis animaduerss. notisque criticis Christoph. Cellarii et Io. Ludou. Bünemanni, edidit, praemissa praefatione *de Firm. Lactantii Phoenice* et praecipuis eius editionibus; simul de *Firmiano Symposio.* Adserit autem Lactantio carm. de Phoenice, docetque eum fuisse quoque grammaticum, et iuuenem metricae inprimis orationi dediss operam; ideoque testimonia quaedam, a viris praeterita, quod vel ignorata vel de Lactantio non intellecta essent, recitauit, vt simul fragmenta, non animaduersa adhuc, deperditorum Lactantii librorum repraesentaret. Tum, postquam illustrarat fabulam de aue Phoenice, enumerat quasdam editiones et V. D. conatus;

car-

carmina autem *de Pascha* et *de passione Domini* adscribit *Venantio Fortunato*. Denique *de aenigmatibus Symposii poetae* latius disputat contra *Heumannum*, ea Lactantio, tamquam symposium eius ab Hieronymo memoratum, singulari libello adserere conatum. Animaduertit igitur, *symposium*, quod Hieronymus inter scripta Lactantii nominat, nec versibus conscriptum, neque ludicri argumenti fuisse videri; simile potius Symposiis illis veterum eruditis, vt Saturnalibus Macrobii et ceteris Lactantii scriptis, quae memorantur, vt Grammatico et epistolarum libris, in quibus eruditas quaestiones propositas fuisse, testantur veteres: contra *Symposii*, vt poetae auctoris, nomen proprium, in antiquitate non ignotum, agnosci a codd. et a Sigeberto Gemblacensi, de scriptor. eccles. cap. 132. et aliis; denique Petrum Pithoeum in poemat. veter. pag. 534. praescribere *Caelium Symphosium*, auctorem aenigmatum; pag. autem 23. et 24. *Caelio Firmiano* vel *Firmiano Simphosio* tribuere carmen de liuore, et alterum de fortuna. Vnde colligit, duo in antiquitate exstitisse *Firmianos*, alterum, qui Lactantii cognomentum gereret; alterum, qui *Symphosii*; Firmiani autem nomen, ipso Heumanno iudice, non a patria Firmo vel Formiis Lactantio inditum, sed proprium fuisse. Rectius igitur, ait, *Caelium Firmianum Symposium* aenigmatum, forte et duorum, quae diximus, car-

carminum, auctorem habemus; *Lactantium* solius carminis de phoenice. Diuersos *Firmianos* stili etiam in vtroque carmine diuersitas ostendit.“ — Ibid. pag. 386 sqq. nr. IV. et V. reddidit atque expositit *Caelii Firmiani Symposii* carmina de Fortuna et de Liuore. — Posthaec in tomi VI. parte posteriore pag. 473—580. dedit et copiosis animaduersis, tam criticis quam exegeticis illustrauit *Caelii Symposii aenigmata;* in prooemio autem a pag. 410. docte lateque disputat de aenigmatibus vett. de auctore *Symposio;* Heumanni opinionem atque argumenta iterum copiosiusque recenset, et examinat atque euertere operose studet; praeterea, qui vel adsensum, vel dissensum declararunt, multos excitat. (Attamen *Saxius* Onom. I. pag. 388. neminem, ait, amplius mouebit fama de singulari quodam versificatore, cui *Symposio* nomen, postquam Heumannus, verisimiliter demonstrauit, illa aenigmata esse partem *Symposii Lactantiani.*) Tum Wernsd. de ipsis aenigmatibus, eorumque diuerso in libris scriptis non minus, quam editis, numero et ordine aliisque veteribus aenigmatum versibus compositorum auctoribus, dein de commentatoribus et interpretibus aenigmatum Symposii, vberrime disserit. In sect. II. recenset editiones ac versiones aenigmatum Symposii. Ante Wernsdorfium *Io. Fridericus Heynatz* in praefatione ad suam *Symposii* centum

aeni-

aenigmatum editionem pag. 5 ſqq. Heumanni argumenta diluit et totam controuerſiae illius hiſtoriam expoſuit. — Indicem *edd. Sympoſii* diligentem confecit quoque editor Bipontin. in notit. lit. pag. LI. ſq. — Cl. *Schoenemann* p. 236. ſibi perſuaſum habet, aenigmata illa, quibus Sympoſii nomen quocumque modo adhaeſit, a diuerſis auctoribus, iisdem non magni ingenii profecta et ab homine otio abundante nec valde curioſo eſſe collecta, iisque pretium perexiguum ſtatuendum.

Carmen *de Phoenice* M. *Car. Gotthold Lenz* recepit quoque in ſuam Chreſtomathiam Elegiacorum et Lyricorum, (Auserleſene Stücke der Elegien-Dichter vnd Lyriker, zum Gebrauch auf Schulen; eiusdem erklärende Anmerkungen zu den auserleſenen Stücken der Elegien-Dichter vnd Lyriker,) Brunsuic. 1794. 8. quae eſt pars Encyclop. poetarum latin. Campianae. Lenz vero fabulam Phoenicis refert ad vulturem, qui vocatur *Lämmer-* ſ. *Goldgeyer*, aliquando in Aegyptum aberrantem, cuius habitatio, nidus foetusque inueſtigari et reperiri non potuerit: vnde fabulam eſſe putat ortam, Phoenicem commorari in extrema terrarum ora, ſuumque genus conſeruare ac propagare ratione non naturali, ſed admirabili, illum mori et ſemet ipſum reproducere.

Ad

Ad pag. 562. *sect.* 3.

Editiones *Lactantii* diligentius vberiusque recenſet cl. *Schoenemann* in Biblioth. hiſtorico-litterar. patrum latin. tom. I. pag. 180 ſqq. Multa tamen correxit et quasdam editiones a Schoenemanno omiſſas protulit cenſor bibl. illius in *Pauli* neuem theolog. Journal. XI. vol. VI. part. a. 1798. pag. 626 ſqq. — Vltima autem quatuor primar. *romanarum* editionum non prodiit 1477. vti per errorem typothetae in Notitia breu. exculum eſt; ſed per Vdalricum Gallum Alamanum et Symonem Nicolai de Luca, a. 1474. cuius exemplum eſt in bibl. acad. Erlangenſi. — Sub finem exſtant *Lactantii Firmiani* de Phoenice carmina et de reſurrectionis dominicae die. — De antiq. *romanis* edd. vide quoque cel. *Panzer* A. T. II. pag. 405. 407 ſq. 419 ſq. 427. vbi edit. rom. a. 1471. ex Audiffredi tantum catalogo refertur: quae tamen a Schoenem. et Bünemanno habetur ficta: denique pag. 444. de ed. rom. 1474. Ita reliquas ſaec. XV. edd. ſuo quamque loco curate deſcribit Panzer; cui tamen ſuſpectae videntur tom. III. p. 248. ed. *Veneta* 1487. quam is cum edit. a. 1497. Veneta confuſam eſſe cum Bünemanno iudicat, et vol. I. p. 219. edit. *Bonon.* a. 1488. fol. quam quidem Maittaire ex Gudii cat. p. 33. excitat; ſed Panzerus V. C. opinatur, per feſtinationem aut memoriae oculorumue errorem confectoris catal. Gudiani ex edit. *Vene-*

Veneta Bonini de Boninis M. CCCC. LXXVIII. ortum esse *Bonon.* 1488. — Edit. *Venet.* 1483. per *Bernhard. de Benaliis.* fol. Bünemann suspicatur esse spurium, et confusione numerorum LXXXIII. et LXXXXIIII. ex illa Veneta, a. 1493. (quae est in bibl. acad. Erlangensi,) per *Vincentium Benalium* male natam esse. Sed nec editori Bipontin. nec cl. Panzero vol. III. pag. 200. persuasit; etenim duo diuersorum praenominum fuerunt Benalii, quorum alter *Bernhardi*, alter *Vincentii* habuit praenomen. — Edit. Opp. *Veneta*, cuius sub finem legitur *Nephythomon Lactantii*, et in fine: impressum Venetiis per magistrum Theodor. de Ragazonibus de Asula, anno — M. CCC. LXXXX. (h. e. 1490.) *) vigesimo primo mensis April. fol. est in bibl. acad. Erlang. In eadem bibl. custoditur cod. Opp. Lactantii *membranac.* in fol.

Ad pag. 564. *lin.* 10.

Edit. *Lactantii Venetam* a. 1500. fol. ab aliis omissam, exstare in bibl. Cellensi, testatur *Lenz* in Allgem. Litt. Anzeig. a. 1797. nr. 134. col. 1379.

Lactan-

*) Vitiose quidem scriptum est M. CCC. LXXXX. atque littera *L* in nostro exemplo est calamo correctum, et excusum fuisse videtur *C.* etiam vitiose. Conf. *Goetz* memorab. biblioth. Dresd. tom. II. p. 225. et quos laudat *Panzer* III. pag. 290. vbi in numeris *C* vitium irrepsit.

Lactantii Firmiani poetae Catholici: de situ Paradisi terrestris ac ortu, natura et obitu unici Phoenicis carmen elegyacum (sic). In calce: Impressum et finitum Lipzk per Iac. *Tanner*, Herbipol. 1504. 2.

Ad pag. 564. lin. 21.

Ed. *Venetam* a. 1509. vberius quoque descripsit *Io. Frid. Eckhard* in singulari prolus. scholast. Isenaci. 1783. 4.

Florentina ed. inscripta est:

Quae in hoc opere continentur: L. Coelii Lactantii Firmiani diuinarum institutionum libri septem; Eiusdem de ira dei liber I. item de opificio dei liber I. Eiusdem epitome in libros suos de diuinis institutionibus; in calce carmen de Phoenice et de dominica resurrectione. In fine: „Hoc opus praecipua diligentia castigatum et cura summa excusum est Florentiae sumptibus Philippi de Giunta Florentini. Anno Domini M. D. XIII. mense Octobri.“ Marianus Tuccius in epistola nuncupatoria, „per triennium, ait, nihil aliud paene egimus aut elaborauimus, et patrocinio literatorum hominum vsi, et cura atque labore nostro, quam vt tanto huic autori praeclara illa sua puritas, integritas et maiestas, quoad fieri licuit, restitueretur.“ A meo tamen exemplari abest *Tertulliani* apologeticus adu. gentes, qui aliis exemplaribus additur, ita

tamen, vt, Schoenemanno pag. 208. obſervante, per ſe ſtare poſſit.

Ex officina *Aldina* prodierunt *Lactantii* de reſurrectione elegia et de paſſione dom. carmen heroicum, in vol. II. Poetarum chriſtianorum, Venetiis 1502. 4. (v. Serie dell' ediz. Ald. p. 17.) — Tum *Lactantii* Opera, cum *Tertulliani* apologetico, Venet. in aedibus Aldi et Andreae Soceri. 1515. (non, vt in Notit. breu. vitioſe excuſum eſt, 1518.) 8. In calce adiectae ſunt correctiones, in quibus, vt Egnatius ait, et diuerſa lectio addita eſt, et quaedam diſtinctius ſunt notata. (v. Schoenemann pag. 208 ſq.)

Ad pag. 564. *lin.* 27.

Edd. Opp. *Baſileenſes* ap. Cratandrum a. 1521. et a. 1532. diligentius recenſuit *Freytag.* in adpar. litter. tom. II. p. 854 — 856. et vsque ad pag 868. plures aliorum editt. — Cratandr. ed. repetita eſt Antwerp. 1532. 8.

Ad pag. 564. *lin. vlt.*

In ed. *Baſil.* ap. Froben. Lactantii liber de opificio adiunctus eſt Erasmi ſcripto, *Vidua chriſtiana*, et inſcriptio operis eſt: *Def. Erasmi Roterod. vidua chriſtiana* — — opus recens natum et nunc primum excuſum. *Item liber Lactantii Firm.* de opificio dei per *Erasm Roterod.* accurate recognitus et ſcholiis illuſtratus. Nouum et hoc Baſil. in

offic. Froben. per Hieron. Froben. et Io. Hervag. m. Martio A. M.D.XXX. 8. v. catal. de Bolongaro-Crevenna vol. I. pag. 193. et *Panzer* VI. p. 269.

Lactantii — de opificio dei vel formatione hominis liber per viginti vnum capita distributus, iam antea *Coloniae* ex officina Quentell. litteris gothicis, 1500. 4. exiit. v. *Freytag* adparat. litterar. tom. II. p. 865. — *Lipsiae* ex offic. Melch. Lotteri, editore *Herm. Tulichio.* 1520. 4. — tum, per *Erasm. Roterod.* accurate recognitus et additis scholiis illustratus. Colon. 1529. 8. (*Panzer* A. T. VI. pag. 409.)

Ad pag. 565. *lin.* 3.

Manut. ipse in praefat. ait, Fasitelium libros Lactantii tam multis in locis emendatos et auctos dedisse, vt cum omnibus, qui ante exierant, collati, propemodum alii viderentur.

Tota est ex Fasiteliana editione expressa Lugdunensis apud Sebast. Gryphium, 1541. 8. — tum ibid. ap. Io. Tornaesium et Gul. Gazeium. 1548. 8. — 1553. 12. — 1556. 12. (8.) — 1561. 8. — Differt tamen sequens Tornaes. editio: *Lactantii* etc. *omnia ex fide et authoritate librorum mstorum emendata*, (cum variis codd. lectionibus, in margine adpositis,) ibid. apud Io. Tornaesium, typogr. regium. 1567. 12. Prioribus quidem

dem edd. subiuncta est *interpretatio dictionum graecarum, quae in Lactantio reperiuntur, de verbo ad verbum facta: idque vt rudium tyrocinio consulatur: recensente, emendanteque Marco Masuro* (sic). Illa tamen an. 1567. quam habeo, et forsan quoque ed. a. 1561. apud Tornaes. (in bibl. Solger. part. III. p. 417.) videntur a prioribus Tornaesianis, quantum ex notitia illarum Bünemanniana, (vbi nulla ed. a. 1567. fit mentio,) Bipontina et Schoenemann. (vbi ea tantum dicitur repetita ex edd. annor. 1548. et 1553.) cognoscere licet, differre. Nam primo in titulo omissa sunt vocc. *omnia ex castigat. Hon. Fastelii Ven. pristinae integritati restituta.* Tum post carmina Lactantii occurrunt Augustini et Hieronymi quaedam, quae sequebantur (vti scripsit Tornaes.) in libro msto. Dein *Io. Tornaesii* epist. ad lectores, in qua, „cum mihi, ait, denuo Lactantius esset excudendus, opportune oblati sunt libri septem diuinarum institutionum msti. Quos cum viderem magnum mihi adiumentum allaturos, illico eos emi. Quid ex iis mea opera huic editioni accesserit, malo te scire conferendo hanc cum ante editis, quam si id in hoc epistolio indicarem, etc.“ Idem laudat Iac. Cuiacium, qui nonnullos locos Lactantii ex fide vett. librorum a se emendatos ad Tornaes. misit. — Conuenit tamen cum edit. Tornaesiana, *Lugd.* 1587. 12. (al. 8.) de qua copiosiores sunt Heu-

Heumannus et Bünemannus in ſuis praef. et Schoenemann p. 221 ſqq. qui etiam Torn. integram epiſtolam, (omnino ſimilem illi, quam ex edit. 1567. laudaui,) recudendam curarunt, ita vt editio a. 1587. tantum repetita mihi videatur ex ed. 1567. Tornaeſium quidem Heumannus iactantiae fraudisque damnat; ſed Bünemann. defendit laudatque. — Poſtea rec. eſt illa edit. ibid. 1594. 12. 1613. Geneu. eod. anno; et 1630. ſ. l. min. 8. ap. Io. de Tourneſ. vltima haec ed. in titulo dicitur nouiſſima ac emendatiſſima.

Ex ed. Antwerp. 1532. ducta eſſe videtur ed. Operum Antwerp. ap. Io. Gymnicum 1555. min. 8. v. *Paulli* neues theol. Journ. l. c. pag. 635 ſq. et p. 636 ſq. de *Lactantii* Opp. in bibl. P. P. Pariſ. 1589. fol. vol. IX. col. I. 288. 317. 344. ſtudio Mich. Thomaſii cum eiusd. caſtigatt. et notis.

Ad pag. 566. *lin.* 3.

Lactantii Opp. ex recenſ. Thomaſii, et cum eius ſcholiis, in Bibl. P. P. tom. III. p. 515. Lugd. 1672. fol. et in Bibl. maxima P. P. ibid. 1677. tom. III. p. 514 ſqq.

Ad pag. 566. *lin.* 16.

Lactantii Opera I. G. Walchius recenſuit et criticis commentariis cum aliorum, tum ſuis illuſtrauit. Lipſiae 1715. et 1735. 8. de priore ed. ſeuerum tulit iudicium *Büne-*

mann in Miſcell. Lipſienſ. tom. III. Lipſiae 1716. 8. Obſeru. LIX. qua a pag. 115. Lactantii Firmiani ex LX. amplius MSS. et edd. illuſtrati ſpecimina exhibet, pag. 131 ſqq. Walchium tamen, tum adoleſcentem viginti vix annorum, excuſat Heumannus in praef. ad ſuam Lactantii edit. et ipſe *Walchius* ſcripſit in Miſc. Lipſ. l. c. p. 352 ſqq. vindicias variarum emendationum et interpretationum Lactantii, quibus a pag. 334. praemiſſus eſt doctus et lepidus ſermo de Scepticiſmo critico.

Ad pag. 567, *lin.* 1.

Tredecim volum. conſtare editionem *Eduardi a S. Xauerio*, oſtendit cl. *Schoenemann*, qui p. 242 — 246. copioſe recenſet illam editionem.

Lact. Opp. — ad editionem *I. Ludolphi Bünemanni* curate adornata. Halae Sax. II. vol. 1764 — 65. 12.

— Opp. omnia, (ad Lengletii exemplar deſcripta,) in duas partes diſtributa, in Bibl. vett. P. P. curante *Andr. Gallandio*, tom. IV. pag. 229 — 436. Venet. ex typogr. Io. Bapt. Albritii. 1768. In prolegg. cap. IX. pag. XIV. ſqq. agitur de auctore.

— Opp. omnia, ad edition. Pariſienſ. Io. Bapt. le Brun et Nic. Lenglet du Freſnoi a. 1748. recuſa. (cum varr. lection. curante *Oberthür.*) Wirceburgi. II. tom. 1783 — 1784. 8.

Ad

Ad pag. 567. *lin.* 12.

Integer edit. *Pfaffianae* titulus hic est:

Firmiani Lactantii Epitome institutionum diuinarum ad Pentadium fratrem. Anonymi historia de haeresi Manichaeorum. Fragmentum de origine generis humani, et *Q. Iulii Hilariani* expositum de ratione paschae et mensis. Ex antiquissimo bibliothecae regiae Taurinens. codice eruit, recensuit lucique publicae dedit, atque etiam dissertat. praeliminari illustrauit *Christoph. Matthaeus Pfaffius*. Paris. ap. Io. Bapt. de Lespine. 1712. 8. In diss. praelim. agitur de scriptis argumentisque eorum, quae in hoc volumine continentur. In §. 12. et 13. Pfaffius contendit, Firmianum Lactantium *Lucii Caelii* nomine numquam adpellatum fuisse, nec *Lucium Caelium* nomen esse, ad Firmianum Lactantium pertinens; sed a recentioribus solum librariis, nimis saepius, quam par erat, sapientibus, additum. Add. *Rothlef* Geschichte jetztlebender Gelehrten tom. II. p. 368 sq. Heumanni praefat. ad suam edit. et catalogum codd. MSS. latin. bibl. reg. Taurinens. pag. 268 sqq. vbi confector catal. adnotat primum, Pfaffium festinanter exscripsisse codicem; ideoque quaedam omisisse, alia praue ob festinationem scripta ex ingenio suo immutasse et correxisse, et nonnulla aliter, ac erant in codice, exhibuisse, id etiam Dauisium in suis animaduer-

sionibus notasse; dein multas, easque, vt ait, praecipuas adfert codicis lectiones, quas Pfaffius perperam intrusit aut immutauit, aut omisit, et partim Dauisius reprehendit. Denique commemorat animaduersiones, quas in hunc eumdem codicem scripsit *Maffeius* in epistola ad Apostolum Zenum in tomo VI. Diarii italici, pag. 468. et quaedam de aetate codicis, saec. V. scripti, et de fine epitomes in hoc codice refert. — In eadem bibl. sunt plures codices Lactantii de ira dei, de dei opificio et institutionum, quos idem catalogi auctor passim recenset.

Ad pag. 567. lin. 16.

Ita locus est constituendus:

Lact. liber ad Donatum confessorem de persecutione siue de mortibus persecutorum ex cod. 1297. bibl. Colbertinae. Eiusdem fragmentum de extremo iudicio ex cod. 1095. in *Baluzii* Miscell. libr. II. Liber pag. 1—46. fragmentum pag. 46. et Baluzii notae pag. 345 sq. — Separatim edita est illa Baluzii editio Paris. eod. a. in 8. excud. Franc. Muguet. — *Lact.* de mortibus persecutorum liber. (cum scholiis *Io. Felli.*) Accesse Passiones *S. S. Perpetuae* et *Felicitatis S. Maximiliani. S. Felicis.* Oxoniae e theatro Sheldon. 1680. 12. — *Lact.* de mort. persec. cum notis *Io. Columbi* ad Gisb. Cuperum. Aboae 1684. 8. conf. Lipsi. act. erudi a. 1685. p. 584.

In

In Lactantium de mortibus perſecutorum notae *Nic. Toinardi*, Aurelianenſ. Pariſ. ap. Arnulph. Seneuze. 1690. 12. (v. acta erudit. a. 1692. p. 194.) — rec. in edit. Bauldrii pag. 337—388. tomi II. — *Bauldrii* tamen ed. cum notis Steph. Baluzii, ed. II. et notis variorum et Bauldrii, Traiecti ad Rhenum ex officina *Franciſci Halma.* 1692. 8. (v. Acta erudit. 1693. p. 124.) exiit. Ead. edit. recuſa eſt, aut nouum accepit titulum, ibid. 1693. ex offic. *Guil. Broedelet.* add. *Pauli* neues theol. Journ. c. l. p. 644 ſq.

Ad pag. 567. lin. antep.

Nourrii opinio de auctore libri de mortibus perſec. vt patronos nonnullos, ita plures aduerſarios nacta eſt. Qui in vtramque partem disputarunt, eos in medium protulerunt editt. Bipontini, notit. p. XXXV. ſq. et cl. *Schoenemann* pag. 232 ſq. Heumann. in Poecile tom. III. libr. III. p. 361 ſq. ſcripſit quasdam obſſ. in illum librum.

Lact. liber de opificio dei. Lipſ. ex offic. Melch. Lotter. 1517. 4. — Pariſ. ap. Thom. Richard. 1555. 4.

Lact. liber de opificio dei, ex emendat. *Ge. Lud. Goldneri*, cum vita Lactantii et iudiciis eruditorum. Gerae 1714. 8.

Ad pag. 568. lin. 1.

Heumann. in epistola ad Fabricium, in Poecile tom. I. pag. 255 sqq. vindicat suam sententiam, Lactantium esse Symposii auctorem. Add. *Clement* in Bibl. curieuse, historique et critique, tom. I. p. 421. not. 40. — *Symposii* aenigmata adhaerent quoque Phaedri editt. *Iunker.* Lipsi. 1700. 12. — *I. G. Walch.* Lipsi. 1713. et 1724. 12. *Lact.* Phoenix et *Coelii Symposii* aenigmata in *Maittarii* Opp. et fragment. veter. poetar. lat. Lond. 1713. fol. vol. II. p. 1599. et 1609.

Carm. *Lactantii Firm.* de die resurrectionis dominicae. Erphordiae opera Heiderici et Marci Ayrers. 1498. 4. — *Penitentiarius* de confess. Iesuida Hieronymi de passione. *Lactantius de resurrectione* s. nota l. a. et typogr. 4. (v. Meuselii histor. litter. bibliograph. Magazin. part. I. pag. 81—83.) — *Lact.* de anastasi Christi; hoc est, Christi resurrectione: in collect. minor. poem. Erphord. per Enric. Sertor. 1501. 4. (v. Hummel. neue Bibl. von seltenen Büchern. Noriberg. 1776. 8. tom. I. p. 77. — *Lact.* de opificio dei etc. Noriberg. ap. Fr. Peypus. 1514. 4. — *Hieron. Paduani* de Christi passione carmen Iesuida nuncupatum. — *Lactantii de dominice resurrectionis die carmen eruditum*, (et aliorum poematia.) Viennae Panoniae per Io. Singrenium. 1514. 4. — *Contenta in libro* — *Lactan-*

Lactantii Firmiani Christus a cruce hominem alloquens. — *Lactant.* de resurrectione dominica etc. ibid. Hieron. Vietor. 1516. 4. v. *Denis* Wiens Buchdruck. Geschichte pag. 119 et 155.

Lact. de resurrectione Iesu Christi carm. et Aeneae Syluii carm. de passione Domini. (probabiliter Lipsiae, 1500. vel 1501.) 4. v. *Meusel.* l. c. part. III. p. 150. — Carmina de passione et resurrectione dominica, in *Beroaldi* opusculis, Paris. 1502. apud Io. Petit. fol. 93 — 96. cum breui Ascensii expositione, et Basil. sumt. Wolfg. Lachner. 1509. 4. vbi vocantur *L. Coelii Lactantii Firmiani pia Nenia verbis Christi domini crucifixi, sua in nos beneficia commemorantis.* Vid. *Baumgart.* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. V. p. 71. et 164. — et cl. *Panzeri* A. T. vol. VI. p. 185 sq. — rec. 1513. 1515. 4. vid. *Daumii* syllabum poetar. christianorum, praefix. eius edit. Benedicti Paulini Petrocorpii poematum (Lipsiae 1686. 8.) vbi plures enumerantur editt. et libri, in quibus occurrit Lactantii carm. de passione domini.

— *De beneficiis suis Christus*, in *Ge. Fabricii* poet. vett. christianor. Opp. pag. 759.

Lactantii hymnus paschalis cum nouo nec incurioso commentario Hermanni Buschii. sine loco et anno. 4. v. *Schoenemann.* pag. 224.

Ad pag. 568. *lin.* 11.

L. Coelii Lactantii Firmiani — de phoenice, vnica aue Arabiae carmen. Cui additur P. Ouidii Naſonis ex Metamorph. verſus de eadem. ſ. l. et a. 4. ſaec. XV. In fronte exempli, quod habuit *Wernsdorf.* (vid. l. c. pag. 291.) viri docti manus notauit, Swollis apud Petrum Oſſenſem.

Phoenix poetarum carminibus celebratus et commentariolo illuſtratus a *Io. Gryphiandro.* — Praeter Lactantii carmen cum applicatione ad Chriſtum proprio carmine decantata, *Ouidii* verſus de Phoenice, Metam. XV. fab. 34. *Claudiani* Idyllium et *Baptiſtae Mantuani* fragmentum carminis de Phoenice exhibet. Sequitur diſſertatio de Phoenice, e veterum teſtimoniis ducta, qua eius veritas aſſeritur; deinde commentarius in ſingulos verſus carminis Lactantiani. Ienae 1618. 4.

Lactantii carmina: in Collectione Piſaurenſi omnium poematum etc. Piſauri, ex Amatina chalcographia 1766. 4. vol. V.

De *verſionibus*, (ne verboſus fiam,) v. not. lit. in ed. Bipont. pag. XL. *Schoenem.* p. 248. et memorat plures cenſor in *Pauli* Journal pag. 646 ſq. De *italicis Phoenicis* verſſ. v. *Paiton.* bibliot. cit. tom. II. p. 197 ſq. et de *anglicis*, *Brüggem.* View etc. pag. 734. — Verſio *germanica* de morte perſequutorum, in I. parte der geſellſchaftlichen Bemühungen, Got-

Gottingae 1771. 8. — Inſtitutt. librorum (des L. Coelius Lactantius Religionsunterricht, aus dem Latein. überſetzt) a *C. G. Hergt.* Quedlinb. et Blankenburg. 1787. 8.

Ad pag. 569. *ſect.* 6.

Add. *Fabric.* delect. argum. et ſyllab. ſcriptor. qui verit. chriſt. aſſeruerunt p. 230. *Stolle* in Nachricht von dem Leben — der Kirchenväter etc. pag. 205 ſqq. et cenſor in *Pauli* theol. Journ. l. c. p. 647 ſqq. ex cuius analectis quaedam ſupplebo.

Fred. Nauſeae diſticha in Lactantii opera. Venetiis in aedibus Georgii de Ruſconibus. 1521. 8.

Defence des Sentimens de *Lactance* ſur le ſujet de l'Uſure, contre la cenſure d'un miniſtre de la Religion pretendüe reformée, par *Louis Rulteau.* Pariſ. 1671. 12. — Analyſin librorum *Lactantii* et doctrinae ſyntheſin et naeuos exhibet *Abrah. Scultetus* in meduſſae patrum part. I. p. 393 ſqq.

Diſſertation, que le livre de la mort des perſecuteurs eſt de *Lactance* in: Singularités hiſtoriques et litteraires, tom. I. p. 225.

Matth. Nic. Kortholti diſſ. de Cicerone chriſtiano; ſiue de eloquentia *Lactantii* Ciceroniana. Gieſſae 1711. 4.

Io. Ge. Geret exercitatio anti-Lactantiana de mendoſa euchariſtiae Platonicae interpretatione: praeſ. *Io. Guil. Bergero.* Witemberg. 1722.

Ad pag. 568. *li*tatio histor. litte-
*L. Coelii Lactantii F*actantio eiusque theo-
nice, vnica aue Arab ibid. 1722. 4.
tur P. Ouidii Naso *Lactance*, calomnié en di-
de eadem. s. l. e Dictionnaire de Bayle; in
exempli, quo Trevoux, Iun. p. 1220. et Iul.
pag. 291.)
apud Pe
P *Christi Falsteri* breuis conspectus erro-
rum Lactantii, in Amoenitatt. philolog. vol. I.
et
pag. 111.
Dauid. Martini in Lucii Caecilii librum
ad Donatum Confessorem notae, in Miscell.
obss. in auctores etc. vol. X. tom. II. pag.
219 — 244. et pag. 247 — 249. *Io. Ge.*
Graeuii epist. ad Dau. Martinum, ecclesiasten
Vltraiectin. Martin. ab initio disputat de tem-
poribus, quibus Lactantius sua opera scripse-
rit, et *Donatum*, cui nuncupatus est liber *de*
ira dei, omnino alium esse a *Donato* Confes-
sore contendit.

Viri docti obseruatt. criticae in *Lactantii* de mortibus persecutorum libellum, ex museo *Christ. Guil. Walchii*, in Miscell. Lipsiens. nou. (Lips. 1754. 8.) vol. X. part. I. pag. 119 — 134.

Lactantii vitam etc. persequutus est *Nath. Lardner* in: Credibility of the Gospel History, part. II. vol. VII. Londini 1748. 8. cap. 65. pag. 57 — 209. — *Io. Iortin* in Tracts philolog. critical and miscellaneous, vol.

p. 252 — 265. Lond. 1790. 8. scripcriticas in Lactantium.

Ad pag. 570. *lin.* 20.

..at. bibl. Leidens. bis, pag. 36. Theol. .. et pag. 53. occurrit *Anthologia Lactantii Firmiani* Lugd. 1558. 8.

Ad pag. 571. *lin.* 18.

Io. Mich. Heusinger in Actis societat. lat. Ienens. vol. I. in dissertatione de scriptoribus graec. et romanis nondum ad veterum exemplarium fidem satis emendatis, §. IV. pag. 46 sqq. praecipue §. VIII. p. 53 sqq. et §. X. p. 61 sq. p. 64 sqq. multa Lactantii loca ope potissimum cod. Gothani, et ex coniectura emendauit atque restituit.

Ad pag. 573. §. 32.

Nonius Marcellus.

Cel. *Panzer* A. T. III. p. 78. ed. *Venetus* s. a. l. et typogr. charactere tamen *Nic. Iensons.* pro principe habet; editionem autem *Romanam* in fol. typis *Georgii Laur.* curante *Pomponio*, refert vol. II. pag. 524. *) et ed. *Roman.* cum Varrone de L. L. et Pompeio Festo.

*) Quam edit. *roman.* vberius describit et a. circ. 1470. adscrit *Burè* in cat. bibl. Valler. tom. I. p. 11 sq. Idem tamen ed. 1471. fol. pro principe habet; et ex offic. Vlrici Hanl. exiisse suspicatur.

1722. 4. — Eiusd. exercitatio hiſtor. litteraria, qua variorum de Lactantio eiusque theologia iudicia exhibentur. ibid. 1722. 4.

Apologie de *Lactance*, calomnié en divers endroits du Dictionnaire de Bayle; in Memoires de Trevoux, Iun. p. 1220. et Iul. p. 1400.

Chriſti Falſteri breuis conſpectus errorum *Lactantii*, in Amoenitatt. philolog. vol. I. pag. 111.

Dauid. Martini in Lucii Caecilii librum ad Donatum Confeſſorem notae, in Miſcell. obſſ. in auctores etc. vol. X. tom. II. pag. 219 — 244. et pag. 247 — 249. *Io. Ge. Graeuii* epiſt. ad Dau. Martinum, eccleſiaſten Vltraiectin. Martini ab initio disputat de temporibus, quibus Lactantius ſua opera ſcripſerit, et *Donatum*, cui nuncupatus eſt liber *de ira dei*, omnino alium eſſe a *Donato* Confeſſore contendit.

Viri docti obſeruatt. criticae in *Lactantii* de mortibus perſecutorum libellum, ex muſeo *Chriſt. Guil. Walchii*, in Miſcell. Lipſienſ. nou. (Lipſ. 1754. 8.) vol. X. part. I. pag. 119 — 134.

Lactantii vitam etc. perſequutus eſt *Nath. Lardner* in: Credibility of the Goſpel Hiſtory, part. II. vol. VII. Londini 1748. 8. cap. 65. pag. 57 — 209. — *Io. Iortin* in Tracts philolog. critical and miſcellaneous,

vol.

vol. II. p. 252 — 265. Lond. 1790. 8. scripsit obss. criticas in Lactantium.

Ad pag. 570. *lin.* 20.

In cat. bibl. Leidens. bis, pag. 36. Theol. 241. et pag. 53. occurrit *Anthologia Lactantii Firmiani* Lugd. 1558. 8.

Ad pag. 571. *lin.* 18.

Io. Mich. Heusinger in Actis societat. lat. Ienens. vol. I. in dissertatione de scriptoribus graec. et romanis nondum ad veterum exemplarium fidem satis emendatis, §. IV. pag. 46 sqq. praecipue §. VIII. p. 53 sqq. et §. X. p. 61 sq. p. 64 sqq. multa Lactantii loca ope potissimum cod. Gothani, et ex coniectura emendauit atque restituit.

Ad pag. 573. §. 32.

Nonius Marcellus.

Cel. *Panzer* A. T. III. p. 78. ed. *Venetus* s. a. l. et typogr. charactere tamen *Nic. Ienson.* pro principe habet; editionem autem *Romanam* in fol. typis *Georgii Laur.* curante *Pomponio*, refert vol. II. pag. 524. *) et ed. *Roman.* cum Varrone de L. L. et Pompeio Festo,

*) Quam edit. *roman.* vberius describit et a. circ. 1470. adscrit *Burè* in cat. bibl. Valler. tom. I. p. 11 sq. Idem tamen ed. 1471. fol. pro principe habet; et ex offic. Vlrici Han. exiisse suspicatur.

Festo, a. 1475. fol. dubiam esse pronuntiat. — Id. vol. III. pag. 144. de edit. *Veneta* 1478. fol. et de aliis saec. XV. editt. *Venetis* in eod. vol. — *Nonius Marcellus*, Festus Pompeius et M. Varro de L. L. Mediolani per Io. Angel. Scinzenzeler. 1500. fol.

Ad pag. 575. §. 33. sect. 4.

Iulius Firmicus Maternus.

Princeps ed. inscripta est:

Iulii Firmici Materni de natiuitatibus. Libri VII. — in fine: „impressum *Venetiis* per Symonem papiensem dictum biuilaqua. 1497. die 13. Iunii." Optime recensuit hanc edit. *Denis* in Memor. bibl. Garell. p. 169 — 171. et disputat contra *Hamberger* in zuverl. Nachricht. I. p. 720. Hic enim particulam epistolae nuncupatoriae a *Pescennio Francisco Nigro* ad Hippolytum d'Este, patrem purpuratum, scriptae recudi fecit, ex ea probaturus, Pescennium Francisc. Nigrum, Venetum codicem ex Scythia in patriam suam deduxisse, atque illam curasse editionem. Contra ea monet Denis, exemplum Garell. bibl. esse integrum, nec vllam volam vestigiumque illius epistolae Pescennii Nigri reperiri in illo: immo vero in fine illius verbis distertis scriptum legi, „*Romae* ex archiuo summi pontificis diligenter excerpta per Me Antonium Laur. Patauinum Die alti Solstitii 1494." Nigrum autem

autem pro Aldo exemplar correctius ex oris scythicis, (vti dicitur in edit. Aldina 1494.) adtulisse in eoque longum *prooemium* fortassis dictum inscriptumque fuisse *librum I.* vnde sequentes edd. numerarint libros VIII. neque vero probabile videri, Beuilaquam e prelo emisisse duplicem editionem; sed Fabricium, Hamberg. et Goetzium haud diligenter inspexisse sua primae editionis exemplaria. Alios V. D. de illa ed. referentes laudat *Panzer* A. T. III. p. 412.

Iulii Firmici Materni — Astronomicôn libri VIII. per *Nicolaum Pruckner*um astrologum nuper ab innumeris mendis vindicati. (Acc. plura aliorum scripta eiusdem generis.) Basil. 1533. fol. Longum contentorum, in fronte libri exhibitum, indicem dederunt *Hamberger* l. c. et *Panzer* VI. pag. 294. — iterum Basileae 1551. fol.

In biblioth. ducali *Guelferbytina* custoditur exemplum edit. Aldinae, in quo vir quidam doctus non solum vitia typographica atque interpunctionem diligenter correxit, sed etiam contextum ex cod. bonae notae eoque pleniore locis innumerabilibus emendauit et auxit. De illo exemplo Guelferb. sollerter egit *Lessing.* in III. Beytrage zur Geschichte vnd Litteratur, (Brunsuici 1774. mai. 8. p. 229 sqq) et tria longiora loca, quae V. ille D. anonymus, ex suo codice summa cura suppleuit, a pag. 235. prouti scripta fuerunt,

publicauit. Tertius locus plura ſuppeditat capita, quae in codice inter XIX. et XX. capp. inſerta leguntur.

Ad pag. 576. *ſect.* 6.

Seldenus de ſynedr. vet. Ebraeorum, libr. II. cap. II. ex cod. Oxon. collegii Lincoln. varias in Aſtronom. libr. lectiones protulit. — *Io. Frid. Gronou.* in Monobiblo obſeruatt. eccleſ. cap. IX. varia libr. de errore profan. religion. loca caſtigauit atque illuſtrauit. — Multus eſt de Firmico Materno *Mongitor* in Bibl. Sicula, tom. I. pag. 412 ſqq. Quod enim, num is Firmicus Maternus, qui de profan. religionum erroribus ſcripſit, idem ſit, ac ille, qui aſtronomicos edidit libros, non vulgaris eſt apud ſcriptores controuerſia; Mongitor longum eorum, qui ab vtraque parte disputarunt, contexuit catalogum et vtriusque partis rationes expoſuit. Primum eos, bene multos, produxit, qui duos fuiſſe *Maternos* ſtatuerent, alterum antiquiorem, eumque chriſtianum; alterum iuniorem, deorum cultorem; tum eos, qui vnum eumdemque fuiſſe vellent, eumque, contenderent, primum, prauis ſuperſtitionibus imbutum, ſcripſiſſe libros de aſtronomia, poſthaec, lumine purioris doctrinae illuſtratum, compoſuiſſe libr. de erroribus profan. religionum.

Idem *Mongitor* adnotat, Volaterranum libro XVI. anthropol. noſtrum Iulium Firmicum

micum Maternum confudisse cum *Iulio Materno*, poeta tragico, qui sub Augusto floruisse fertur. — Porro agit idem de *Materno*, episcopo Mediolanensi, sub Diocletiano et Maximiano impp. et, praeeuntibus *Labbeo* de script. ecclesiasticis p. 661. aliisque, reprehendit Baronium et alios, qui Iulium Mediolanensem episcopum, in concilio romano sub Iulio II. pontifice a. 337. versatum, opinentur, eumdem esse, ac superiorem Maternum episcopum, nec diuersum a Iulio Firmico Materno, errores profan. relig. profligante. Vid. quoque *Io. Mollerum* de scriptoribus homonymis cap. 6. nr. 64. p. 594. — Quando vero Mongitor Aldinam quoque Astronom. edit. 1501. memorat, eos sequitur errantes, qui numeros *MID.* (h. e. 1499.) perperam mutarunt in numeros MDI. (1501.) atque editio Basil. 1591. ab illo citata, vitiose pro edit. a. 1551. relata neque exstare videtur.

Alius est *S. Materuus*, episc. Coloniensis, saec. III. exeunte et ineunte saec. IV, de quo v. *Walch.* recit. in ephem. litterar. Gotting. 1778. nr. 104. pag. 833 sqq.

Ad pag. 576. §. 34. sect. 3.

Sextus Pompeius Festus.

Vid. etiam *Nonius Marcellus*, *Terentius Varro.* et *M. Verrius Flaccus*; (in supplem. I. pag. 159 sq. et pag. 328 sq.) — Edit. *Mediol.*

ſine nota typogr. 1470. fol. quam *Saxius* p. 559. ex Beugheinii incunabulis typogr. p. 59. adfert, eſt apocrypha, et procul dubio edit. *Mediolan.* a. 1471. (typis Antonii Zaroti,) a Beughemio omiſſa. v. catal. bibl. de la Valliere, part. I. p. 8. (vbi quoque ed. *Romana*, per Io. Reynhard. de Enyngen 1475. fol. occurrit,) et cl. *Panzer* A. T. II. p. 12. Pariter ed. *Veneta* a. 1472. apud Ienſon. a Fabricio ex bibl. Io. Mori, epiſcopi Angli, memorata, *Hambergero* videtur dubia, nec a *Panzero* in A. T. relata; contra a poſteriore plures edd. *Venetae*, it. *Romanae* ac ſ. l. et a. per Laur. Vallenſ. fol. ſaec. XV. recenſentur.

Feſti librorum XIX. cum *Varrone* de L. L. et *Non. Marcello* ad *Perotti* cornu copiae. Baſil. ap. Valent. Curion. 1526. fol. (*Panzer* VI. pag. 256.)

Ad pag. 577. *lin.* 2.

Sext. Pomp. Feſtus de ſignificatione verborum, per *Fuluium Vrſinum*, ap. Petr. Santandreanum. 1583. 8. (*Thott.* catal. IV. pag. 323. n. 811.)

Ad pag. 577. *lin.* 8.

Dacerius omnes ſuas notas debere dicitur Scaligero ac Voſſio; atque ad illa furta aperienda editio Amſtel. parata traditur a Verheykio in *Biörnſtählś* Briefen auf ſeiner Reiſe, vol. V. verſ. Groskurd. pag. 614.

Ad

Ad pag. 578. *§.* 35. *sect.* 3. *lin.* 10.

Aelius Donatus.

Conf. Notit. breu. pag. 100. et Supplem. tom. I. p. 117. ac p. 121 sqq.

Ad pag. 579. *sect.* 4.

De *Harlem.* edd. v. quoque cel. *Panzer* A. T. I. pag. 455 sqq. nr. 17. 18 ac 19. et de *Moguntinis* s. l. et a. II. pag. 139. nr. 95. (de octo partibus orationis: supersunt tabulae II. ligneae char. goth. crasso insculptae: et specimina duo atque ex Heinecken Idée générale d'une collection complette d'estampes p. 257 sq. excerpta dedit *Bure* in catal. bibl. de la Vall. II. pag. 8.) nr. 96. *Donatus minor*, ac nr. 97. ex offic. probabiliter Ioan. Fausti; (conf. Heinecken neue Nachrichten von Künstl. p. 222.) Idem *Panzer* passim multas edd. saec. XV. variis locis modo sine expositione, modo cum illa et varia ratione excusas recenset aliasque laudat V. D. quas omnes hic enumerare non vacat.

— Grammatica di Donato, *italice*, Florent. ap. Sanct. Iac. de Ripoli. 1476. (*Vincent. Fineschi* in Notizie storiche sopra la Stamperia de Ripoli. pag. 16 etc. *Panzer* I. pag. 404.) — *Donatus* cum Catone, *lat.* et *ital.* Venet. per Io. Emeric. de Spira. 1495. 4. (*Panzer* III. p. 380.)

Ad pag. 580, *lin.* 2.

Alia est collectio Grammaticorum Parisina:

„Grammatici illustres XII. Musarum Charitumque numerum aequantes hac serie sequuntur: (praemisso tamen indice.) *Diomedes* bene repositi libri tres; *Q. Rhemnii Palaemonis* ars secunda; *Aspri* iunioris Grammatici ars; *Aelii Donati* Grammatici editio prior, *eiusdem* editio posterior; *eiusdem* de barbarismo, vitiis et tropis; *Seruius Honoratus* in secundam editionem; *Sergius* Grammaticus in eamdem; *Phocas* de nomine et verbo; *idem* de aspiratione; *Caper* de orthographia et latinitate; *Agraetius* de orthographia et proprietate; *Probi* Grammatici institutiones artium; *eiusdem* Catholica; *Cornelius Fronto* de vocum differentiis; Grammaticus alter de punctis et accentibus. Venundantur in aedibus Ascensianis." In calce: Parrhisiis a. MDXVI. (1516.) non. Iulias, fol. De rara hac magnique aestimata edit. vid. *Groschuf* de libris rarioribus, pag. 21. *Maittaire* A. T. II. p. 294. et *Vogt* de libr. rarior. voc. *Grammatici.*

Saec. quoque XVI. *Donatus* sub prelis frequenter sudauit: ex. gr.

Grammatice *Sulpitiana* cum textu Ascensiano recognito. — *Donati* de figuris opusculum etc. in fine; „Impressum est hoc opus

opus aureum per Gregorium Bartholomaei: ſummaque lucubratione et feruenti diligentia reuiſum in nobili — Baſileorum vrbe, expenſis — Wolfgangi Lachner. A. M.D.XIX. (1519.) 4. (Panzer VI. p. 185.)

Interpretatio *Donati* Minoris ſcholaſtice exponens diffinitiones (ſic) octo partium orationis cum accentibus — per magiſtrum *Bartholomeum de Vſingen* collecta et recuſa —. Matheus Maler impreſſit Erphurdiae — anno dni Milleſimo quingenteſiino vndecimo (1511.) 4. — Ibid. impreſſ. per Io. Knapp. 1513. 4. (*Panzer* VI. p. 497. et 498.)

H. Buſchii in artem *Donati* de octo partibus orationis commentarius ex Priſciano, Diomede, Seruio, Capro, Agretio, Phoca clariſſ. grammaticis collectus, qui nunc primum, *Ligonio* duce, terſus et emaculatus in lucem prodit. — Colon. in aedib. Euchārii Ceruicorni. 1517. 4. Alias huius commentarii editt. n. Lipſ. apud Melch. Lotter 1511. 4. et caſtigat. ibid. eod. anno, etc. excitant *Burckhard* in comment. de vita Buſchii, praemiſſo eius vallo humanitatis pag. 218 ſqq. et *Clement* in Bibl. curieuſe, hiſtor. etc. tom. V. pag. 457 ſq. not.

Diomedis Grammatici opus ab *Io. Caeſario* ita emendatum ſcholiisque illuſtratum, vt nulla porro labes inſideat. *Donati* de octo orationis partibus et barbarismo libellus ab eo-

dem recognitus. Hagenoae, per Ioann. Secerium a. M. D. XXVI. (1526.) 8. — repet. Colon. apud Ioan. Soter. 1533. 8. — et 1536 8.

Donati commentarii grammatici tres, scilicet: ars prima, ars secunda; de barbarismo, soloecismo, metaplasmo, tropis: Accedunt *Sergii* in vtramque *Donati* artem commentarii; *Seruii Honorati* in secundam artem interpretatio. Paris. Rob. Stephan. 1543. 8.

Ad pag. 580. *sect.* 7.

Andreas Blaskovich de Blaskowcz in historia vniuersali Illyrici ab vltima gentis et nominis memoria, Zagbar. tomi IIII. 1794. fol. in diss. VIII. pag. 81 sqq. tribuit *M. Aurelio* itinerarium aut potius itinerarii formam primasque lineas.

Ad pag. 582. *lin. vlt.* §. 37.

Fabius Marius Victorinus.

De *Victorino*, Petauionensi Pannoniae episcopo, sub cuius nomine e multis, quae scripsisse fertur, adhuc circumferuntur commentarius in apocalypsin, fragm. de fabrica mundi, (ex eius comm. in Genesin) et tria carmina, v. *Guil. Caue* in hist. litt. S. S. eccles. tom. I. p. 147—151. (vbi *fragm. de fabrica mundi* ex cod. bibl. Lambeth. duplici exemplo, primum a *Cauea*, dein iterum ad fidem cod. recognit. in notis cum aduotatt. crit.

Io.

Io. Walkeri editum eſt,) *Hamberger.* Z. N. II. p. 648 ſqq. — *Saxii* Onom. p. 383. et *Schoenemann* bibl. — patrum latin. tom. I. p. 144 ſqq. — Comment. in apocal. et carmina, cum notis edidit *D. Andr. Riuinus*, Prof. Lipſ. in opere, cuius initium in fronte hoc eſt: *Sanctae reliquiae duum Victorinorum, Pictauienſis vnius epiſcopi martyris; Afri alterius Caii Marii* etc. Gothae 1652. 8.

Diſcernendus quoque eſt

Claudius Marius Victor, Gennadio de viris illuſtr. cap. 60. et aliis vsque ad I. Iunoy dictus *Victorinus*, rhetor Maſſilienſis et carminum ſcriptor chriſtianus; mort. a. 445. Scripſit 1) *libros III. carminum, ſeu commentariorum in Geneſin;* 2) *epiſtolam ad Salomonem Abbatem de peruerſis ſuae aetatis moribus*, verſibus hexametris.

Claudii Marii Victoris poemata, edita ſtudio et opera *Io. Gaigneii*, (qui multa pro arbitrio mutauit,) cum eiusdem Alcimo Auito, Lugd. 1536. 8.

— Ἀληθείας ſ. commentation. in Geneſin libr. III. (cum Hilarii aliorumque opuſculis,) — ſtudio et opera *Guil. Morelii*, Pariſ. Guil. Morelius. 1560. 8. — carmina, in *Gu. Fabricii* poetar. vett. eccleſiaſtic. opp. chriſtianis p. 307. et in *M. Maittaire* corp. poetar. lat. tom. II. p. 1567.

Conf. *I. Launoy* diſſ. de Victorino, Opp. tom. II. part. I. pag. 634. *Fabricii* B. med. aet. tom. VI. pag. 292 ſq. ed. Manſian. — *Hamberger* Z. N. part. III. p. 162 ſqq. *Saxii* Onom. p. 500.

Ad pag. 585. §. 39. *ſect.* 2. *lin.* 7.

Leg. *peculatus.* De conſulatu Mamertini v. quoque *Relandi* Faſtos conſulares, Traiecti Batau. 1715. 8. p. 397 ſq.

Ad pag. 587. §. 40. *ſect.* 4.

Hilarius.

De *Hilario*, inprimis de opuſculorum edd. v. *Schoenemanni* Bibl. — patrum latin. tom. I. p. 273—294. Quare paucas breuiter memorabo, ſatius eſſe ratus, vt lectores ad illam bibl. ablegem, quam hoc loco crambem recoquam.

Editio 1550. Baſil. apud Hier. Froben. et Nic. Epiſcop. non eſt mera Erasmianae repetitio. En inſcriptionem!

D. Hilarii P. E. lucubrationes, quotquot extant, olim per Deſ. Erasmum Roterodam. haud mediocribus ſudoribus emendatae; nunc denuo, vigilantiſſime et ad plura exemplaria per D. *Martinum Lipſium* collatae et recognitae, Baſileae per Euſeb. Epiſcop. et Nic. fratris haeredes. 1550. fol. — Haec repetita eſt ibid. 1570. fol. acceſſ. Io. Iac. Grynaei vita S. Hila-

Hilarii, acri tamen iudicio excepta a Benedictinis et a *Io. Gillotio*, qui *Hilarii* opp. edidit Pariſ. ap. Sebaſt. Niuellium 1572. fol. et accuratiſſime quidem ſe reſtituiſſe in fronte operis iactitauit; ſed textum prorſum illibatum, et vero operarum tarditate atque incuria vitiis typograph. deturpatum reliquit. — Plura praeſtiterat antea, atque Erasmum in conferendis exemplaribus et lectionis varietate notanda vicerat *Ludou. Miraeus*, ex cuius recenſione *Hilarii opera* prodierunt Pariſ. ap. viduam Carolam Guillard. 1544. fol.

B. Hilarii Pictau. Ep. fragmenta ex opere hiſtorico, nunquam antea edita, ex bibl. Petri Pithoei et eiusdem P. Pithoei vita, ſtudio *Nic. Fabri*. Pariſ. ap. Rob. Nivelle. 1598. 8.

Haec et alia vna cum varietate lectionis acceſſerunt edit. *I. Gilloții*, Pariſ. ſumtibus ſoc. typogr. 1605. fol. quae tamen editio, mendis quoque typographicis commaculata, licet typographi magno hiatu fuiſſent promiſſores, haud reſpondit Benedictinorum exſpectationi. — Rec. Colon. Agrip. 1617. fol. et, vtiliore tamen forma, ita vt tum priſtinae priorum editt. meliores lectiones haud raro reuocarentur, tum lectiones variae non ad calcem, vt antea collectae, ſed ſuo quaeque loco ad marginem adſcriberentur, Pariſ. 1631. et 1652. fol. — *Maffei* editio, bona et aucta, eſt negligenter repetita Venetiis, ap. Iac. Capellati

pellati 1749. fol. II. tom. — *Oberthürii* edit. constat tomis IIII. Wirceb. 1785 — 1788. De his et aliis singulorum quorumdam opusculorum edd. copiosius disserit cl. *Schoenemann.* Add. Jen. A. L. Z. 1789. m. Dec. p. 675. et a. 1793. nr. 261. p. 564.

Ad pag. 588. *lin.* 10.

In titulo dicitur illa *epistola, nunc primum edita a Canonicis regularibus S. Saluatoris;* editor autem est *Io. Aloysius Mingarellius.* Trombell. addidit commentarios et III. diss. in quibus illa epistola vindicatur Hilario, huiusque loca difficiliora illustrantur. Secus sentit *Feltrus* in libello inscripto: *De epistola seu libello sub S. Hilarii Pictauiensis nomine a Canonicis R. S. S. a. 1751. edito dissertatio, in qua ostenditur, epistolam illam, seu libellum non Hilario Pictauorum episc. tribuendum esse, auctore Angelo Maria Feltri a S. Antonio — in nouo coll. Calasanctio. S. Theol. Prof. Romae 1762.*

Ad pag. 590. *§.* 41. *lin.* 3.

Sextus Rufus.

Ruffi Sexti rerum gestarum P. R. V. (populi romani Valentiniano) *Augusto liber.* s. l. et a. (Florent. de Argent.) 4. v. cl. *Morellium* ad catal. bibl. Pinell. II. pag. 88 sq. *Mittarelli* in adpendice ad catal. codd. bibl. Ven. S. Michael. p. 407. — Cum *Iustino* et *Floro,*

Floro, Breuiarium Sexti Rufi, Florent. apud Phil. Iunt. 1500. 8. — et cum iisdem. Paris. ap. Io. Petit. 1500. 4.

Io. Camertis in quatuor gestorum Ro. *Luci Flori* liber. — *Sextus Rufus* de regia, consulari ac imperiali dignitate, deque rom. imperii accessione, per eundem Camertem — restitutus. Viennae Pannoniae per Io. Singren. 1518. 4. v. *Denis.* memor. bibl. Garell. p. 267. et Wiens Buchdr. Gesch. pag. 188. — Cum *Floro, Vell. Paterculo* et aliis in libello inscripto *historiae romanae epitomae* etc. Amsterd. ap. Io. Iansson. 1632. 18. pag. 263 sqq. v. post ad §. 44.

Ad pag. 591. *lin. vlt.*

Sexti Rufi breuiarium rerum gestarum p. R. in vsum scholarum, subiectis notis editum ex recens. *Henr. Verheykii*: est pars I. tomi III. auctorum latin. min. a *Tzschuckio* editorum. Lipsi. 1793. 12.

Ad pag. 592. *§.* 42. *sect.* 2 et 3.

Publius Victor.

Vossius de hist. lat. cap. VIII. p. 186. secundum Philandrum iudicabat, descriptionem vrbis non Publii Victoris, sed Sexti Rufi esse.

Bernard. Oricellarius, Florentin. scripsit commentarium in P. Victorem de regionibus vrbis, (rec. in Scriptor. rerum italic. tom. II. Florent. 1770.) vbi p. 773. obseruante cel. Mo-

Morellio in *Dionis Caſſii* hiſtoriar. romanarum fragmentis, primum editis Baſſani 1798. 8. pag. LIII. Oricellarius *Nicoſtrati* libellum de ſenatu habendo, (a Sexto Pompeio Feſto v. *Senacula* laudatum,) memorat, ejusque parvum volumen ſe, ſcribit, olim vidiſſe in arcanis Venetorum ex bibliotheca Beſſarionis etc. Illum igitur *Nicoſtrati* libellum, ait cel. Morellius, modo deperditum, modo latentem, a. 1498. apud nos, (Venetos) ſe inſpexiſſe Bernard. Oricellarius (loco citato) prodidit.

Ad pag. 593. §. 43. *ſect.* 2.

Lucifer.

Plura vide de illo in *Schoenemanni* Bibl. patrum latin. tom. I. pag. 297 ſqq. — Eius opuſc. exſtant quoque in M. biblioth. P. P. *Colon. Agripp.* 1618. tom. IV. p. 121. F. — *Pariſ.* tom. IX. col. 969 ſqq. 1644. et 1654. fol. ac *Lugdunenſi* 1677. fol. tom. IV. fol. 181.

Ad pag. 595. §. 44. *ſect.* 2. et 3.

Eutropius.

Adde *Suidam* in v. Κεφάλιων, tom. II. p. 240. ibique Küſter. Suidas nempe ibid. tradit, *Capitonem*, Lycium hiſtoricum, ſcripſiſſe graecam epitomes Eutropii metaphraſin. Hunc vero eundem eſſe ac *Paeanium* ſuſpicatus

catus *Lambecius* in comment. de bibl. caesar. vol. VIII. col. 145. not. 1. ed. Kollar. mihi, ait, verisimile videtur, quod Metaphrastes hic Eutropii simul habuerit et romanum cognomen adscititium *Capito* et graecum agnomen vernaculum *Paeanias*, (sic nomen illius scripsit Lambec.) atque adpellatus fuerit *Capito Paeanias* etc. Sed Sylburgius, Hearnius atque Verheyk, (v. in huius edit. notam pag. 530.) ac *Fabric.* in B. L. tom. III. p. 137 sq. recte distinguunt Capitonem a Paeanio. De *Capitone* Lycio v. quoque *Küster.* ad Suid. voc. Ἀμύσσειν. Illum etiam a Gregorio Corinthi metropolita de dialectis p. 23. sub nomine μεταφράσης laudari, suspicatur Ruhnken. ad Gregor. p. 23. edit. Koen. — *Nicephorus Gregoras* in orat. encomiastica MS. in imperatorem Constantinum M. (in cod. Vindob. X. et a *Lambec.* l. mem. col. 136 sqq. copiose recensita,) in qua locum Eutropii X. cap. 7. vertit laxius, diserte tradit et contendit, *Eutropium, etsi idolorum cultor fuerit*, vi tamen veritatis victum, Constantinum laudasse. Quare Eutropius non fuit Christianus. Plura autem Gregorae loca *Lamb.* l. c. excerpsit, latine vertit, notisque illustrauit, in quibus quaedam loca et Eutropii et Paeanii comparauit cum Gregora partimque emendauit, in Eutropio praeterea adhibito codice membran. bibl. caesareae Vindobon. Vide etiam Gruner, Verheyk et Tzschuck. ad Eutrop.

lib.

lib. X. cap. VII. et XVI. et Tzschuck. in diss. de vita et scriptis Eutropii, (praemissa eius edit.) cap. IV. pag. XIX. sq. de religione Eutropii. — In *sect.* 3. *lin.* 6. corr. *Augeas.* — De *Paulo Diacono* disp. scripsit *Dan. Guil. Molterus*, Altdorf. 1686. 4. coll. tamen *Fabricio* in B. L. loco mem. p. 134. — *Paulli Diaconi* historia de gestis Longobardorum. Lugduni 1493. 8.

Ad pag. 595. *sect.* 4.

De edit. in quatuor aetates descriptis, curatius plenius que egerunt editores *Bipontini* in indice, historiae roman. scriptoribus minoribus praemisso et cl. *Tzschuck.* in disp. de Eutropio, cap. XI. pag. LXI. sqq. qui de ed. *Mediol.* 1475. fol. ad calcem *Suetonii* et scriptor. hist. augustae, ortisque de anno disceptationibus, a Salmasio in notis ad Spartiani Hadrianum cap. I. motis, est copiosus. — Add. *Verheyk.* praef. ad Eutrop.

Ad pag. 596. *lin.* 18.

Edit. Aldin. a. 1524. in Ernest. Fabric. B. L. pag. 135. memoratam, ignorat auctor Serie dell' ed. Ald. ad illum annum.

Ad pag. 597. *lin.* 1.

Edit. *Basil.* an. 1553. ignorant Fabric. Tzschuck. et edd. Bipont. Contra editio cum notis Glareani et Vineti, Basil. 1554. 8. memo-

memoratur in cat. bibl. Leid. p. 238. — *Friburgi* vero in Brisgauia editus est *Eutropius* cum doctis *Glareani* notis, 1554. 8. — In ed. Basil. apud Oporin. a. 1559. signatus est post notas: in aliis exemplaribus praefigitur a. 1561.

Ad pag. 597. lin. 7.

Edit. Merulae *Lugdun.* Bat. 1592. caret, monente Tzschuckio, notis Glareani et Vineti, quae integrae additae sunt ed. Merulae repetitae Lugd. B. 1594. 8.

In historiae romanae epitome cum Floro, Vell. Paterculo, S. Aurelio Victore et aliis aliquoties iunctim editus est *Eutropius*, Lugd. Bat. ap. Rapheling. 1607. Amstel. et Lugd. B. 1615. Amstel. 1625. — cura P. Scriuerii Lugd. Bat. 1629. Amstel. ex recens. El. Vineti, apud Iansson. 1647. 24. pag. 288 sqq. et p. 346 sqq. *Paulli Diaconi* de gestis Romanorum ad Eutropii historiam additus lib. XI—XVIII. etc.

Ad pag. 597. lin. 26.

Corrige 1716. quo anno tertia Cellarii ed. exiit prelo. — rec. auct. Ienae 1726. et 1741. 8.

Ad pag. 597. lin. antepen.

Adde: *in* 4. — Rec. est Dacieriae edit. Oxon. 1696. 8. — correct. Lond. 1716. 8.

Ad pag. 598. *lin.* 2.

Rec. Lond. 1734. — 1755. 12. — cum V. L. et animaduerſſ. Lutet. Pariſ. 1745. 12. — 1754. 12.

Ad pag. 598. *lin.* 11.

Eutropii breuiar. hiſt. rom. Oxon. 1710. 8. — *Eutrop.* lat. cum anglica verſione et notis *Io. Clarke.* Lond. 1722. 8. 1769. 8. ac ſaepius. v. *Brüggemann* View etc. pag. 738 ſq.

Ad pag. 598. *lin.* 21.

Reinhardi edit. primum, (teſtibus edd. Bipontin. et Tzſchuckio) prodiit Hamburgi 1729. 8.

Ad pag. 599. *lin.* 21.

Eutropii breuiar. Hiſt. roman. Glasguae. Foulis. 1783. 12.

Eutropius. (ſine notis.) Vpſal. 1782. et 1790. 8.

Hiſtoriae romanae ſcriptores minores, *Sex. Aur. Victor*, *Sex. Rufus*, Eutropius, *Meſſala Coruinus.* Ad optimas edd. collati. Praemittitur notitia litteraria. — Studiis *Societatis Bipontinae.* Edit. accurata. Biponti. 1789. 8. In Eutropii textu vtplurimum ſequuti editores Gruneri recenſionem. — *Eutrop.* — acc. *S. Aur. Victoris* de Romanis illuſtribus liber. Ad vſum iuuentutis. Etonae, excud. I. Pote. 1790. 8.

Eutro-

Eutropii breuiarium hiſtoriae rom. Mit Anmerkungen vnd einem vollſtändigen Wortregiſter für Schulen. (editore *Ioerdens.*) Berolini 1791. 8. Conf. Allg. deutſche Bibl. vol. 112. part. 2. a. 1793. p. 537.

Docta eſt ed. et noua quaſi recenſio, commentarioque ampliſſimo, cum critico, tum imprimis hiſtorico ſtipata, ſequentis ſententiae:

Eutropii breuiarium hiſt. romanae ad libros ſcriptos editosque recenſitum, et virorum doctorum notis vel integris vel ſelectis illuſtratum: adiectis ſuis edidit *Carol. Henr. Tzſchucke*, A. M. et electoralis ſcholae Misnenſis Conrector. Lipſiae 1796. ſumt. Siegfr. Lebr. Cruſii. m. 8. Praemittitur longa diſſ. de vita et ſcriptis Eutropii, eius ingenio, ſtilo, eodd. editt. ac verſionibus.

Eutropii breuiarium etc. Tubing. 1798. 8.

Verſiones *anglicae*, Londini 1684. 8. — *Clarkii* cum textu lat. (quae iam memorata eſt,) — *Io. Stirling*, cum textu lat. Lond. 1726. 1736. 1765. 1775. 8. et *Thomas*, cum textu lat. notisque, Lond. 1760. 8. excitauit *Brüggem.* l. c. — *italicas* Venet. 1544. et 1547. 8. — 1561. 8. — et cum *Aurel. Victore* ac *Paullo Diacono*, Venet. 1544. 8. refert *Paitoni* Bibliot. degli Autori — volgarizzati, tom. II. p. 61 ſq. — *Germanicis* verſ. a cl. *Degenio* in Verſuch etc. tom. I. pag. 131 ſqq. recenſitis add. *Eutrop's* Auszug

aus der Römiſchen Geſchichte, *überſetzt* und berichtigt von *I. Dan. Büchling.* Lipſ. 1794. 8. cum adnotatt. hiſtoricis, geographicis et antiquariis. Melior eſſe iudicatur quam *Hanſii* verſio (Mogunt. 1790. 8.) neque tamen omnibus numeris perfecta. vid. Neue allgem. deutſche Biblioth. vol. XVII. part. I. faſc. 4. p. 237 ſqq. a. 1795. — De *gallicis* atque *hispan.* v. Tzſchuck. et edit. Bipont.

Ad §. 46. *pag.* 601. *ſect.* 4.

Theodorus Priſcianus.

Nouam editionem atque recenſionem parare ſtuduit D. *Bernhold*, medicus quondam Vffenhem. in terris Onoldinis.

Theodori Priſciani Archiatri quae exſtant tomus I. nouum textum conſtituit, lectiones discrepantes adiecit *Io. Mich. Bernhold*, Phil. et med. D. etc. in 8. ſ. l. et a. Praef. ſcripta eſt Vffenhem. ipſis Cal. April. CIↃIↃCCIXC. Secundus tomus fere totus et prelo paratus in manibus haeret Gänkleinii, typographi Markbreitenſis, et exſpectat meliora tempora aut librarium, cuius ſumtu lucem adſpiciat: tertius tomus, a Bernholdo nondum inchoatus, deſiderat operam viri docti, qui laborem pari modo abſoluat. Bernholdus quidem ante obitum duo Priſciani exemplaria cum variis lectionibus paene innumeris miſerat Iahnio, ad opus continuandum et perficiendum. Is

vero

vero exemplaria cum V. L. poſt Bernholdi mortem tradidit cel. Grunero, Medico et Prof. Ienenſi.

Ad pag. 604. *ſect.* 4.

Seruius Maurus Honoratus.

Spuria, ſaltem valde dubia eſt editio, ex Orlando p. 134. a *Maittario* IV. p. 304. not. memorata, *Mauri Seruii Honorati*, Grammatici, in Virgilii Opp. diligens interpretatio, Ferrariae per Andr. Gallum. 1471. fol. v. quos laudat cel. *Panzer* I. p. 393. cui videtur eſſe edit. Romae per Vdalr. Gallum 1471. excuſa. Adde ſupra, ſuppl. I. p. 360 ſqq. — De duabus edd. commentarii in Virgilium absque textu *Venetiis* per Chriſtoph. Valdarfer, a. 1471. fol. v. *Maittaire* A. T. IV. p. 303 ſq. et *Panzer* III. p. 79. nr. 59 et 60. de altera autem illarum M. *Lunze* in monumentorum typographicorum decade, Lipſiae 1799. 8. nr. IIII.

Ad pag. 604. *nr.* 4. *lin.* 14.

Seruii Honorati libell. de vltimis ſyllabis et centimetrum, ex recenſ. *Laurentii Abſtemii*. In calce: „Robertus de Fano: et Bernardinus de Bergomo — impreſſere. Calii. a. M.CCCC.LXXVI. (1476.) 4. de qua rariſſima ed. v. cel. *Morell.* ad catal. Pinell. III. p. 24 ſq. et ex eo cl. *Panzer* I. p. 270. — *Centimetrum*, cum Franc. Maturantii de com-

Epitome *Aurel. Victor.* ad calcem **Iustini** 1543. in fine: Basil. apud Barthol. **Westhemium.**

Sex. Aur. Victoris de viris illustribus **Romae** liber, cum *Eutropii* breuiario hist. rom. Londini. 1705. 1734. 1755. 12.

S. Aur. Vict. de Romanis illustribus liber ad vsum iuuentutis, cum *Eutropio*. Etonae, excud. I. Pote. 1790. 8.

Aur. Victor de viris illustribus vrbis Romae. Accedit index latinitatis. Adcurante M. *Ludou. Wachler*. Lemgou. 1792. 8. W. in praef. promisit commentarium perpetuum. Conf. censuram in Allgem. deutsch. Biblioth. vol. VI. part. I. fasc. 1. Kilon. 1793. p. 32 sq.

Versiones hae fere sunt: a) *germanicae*: *Cornel. Nepos*, (perperam, vel potius *Aurel. Victor.*) vom Vrsprung des Römischen Reichs der VII. Koenige —. Darnach folget das Leben vnd Thaten etlicher weltlicher vnd herrlicher Bürgermeister bis auf Cneum Pompeum M. —. Alles von neuem verdeutscht v. lustig zu lesen. Argentorati. 1535. fol. — Von den berühmten Männern der Stadt Rom. Aus der latein. Auffschrifft des *Sextus Aurel. Victor* vbersetzt, vnd mit den nöthigsten Anmerkungen versehen. Curiae Regnit. 1784. 8. — *Sext. Aurel. Victor's* römische Geschichte, vebersetzt vnd mit historischen vnd antiquarischen Anmerkungen erläutert

läutert von *Hildebrand.* Lipsiae 1795. 8. De vtraque versione iudicatur in Jen. A. L. Z. a. 1785. vol. II. p. 28. et a. 1796. m. Mart. nr. 94.

b) *Italicae:* libri de viris illustr. sub nomine *C. Plinii:* opera *Conti*, Sienae 1506. 4. — per *Paullum del Rosso*, Lugd. 1546. 8. Venet. 1548. 8. — per *Dion. Atanagium.* Venet. 1562. 8. de quibus et aliis dubiis edd. copiosus est *Paiton.* in Bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. IV. p. 237 sqq.

Gallica: Les hommes illustres de Pline le jeune. Traduction nouvelle par Mr. *Savin.* à Paris. chez Brocas. 1780. 12.

Anglica: lib. de viris illustribus. Londini 1693. 8.

Ad §. 50.

Zeno.

Ad pag. 610. *nr.* 4.

Prima editio Veneta a. 1508. 8. ex codice quidem, Veronae ab *Guarino* Veronensi in Episcopii Veronensis bibliotheca reperto, in lucem prodiit; at non ab ipso *Guarino*, iam 1460 demortuo, sed ab *Alberto.* In calce enim legitur: — „*Sermones* in hoc volumine positi et numquam alias impressi, solertissime recogniti et studiosissime per venerab. Patrem *Albertum Castellanum ordinis Praedicatorum* correcti, ac per Magistrum Ia-

animadverss. addidit Car. Traugott. Schoenemann. Gottingae 1796. mai. 8. Schoenem. quaedam mutauit et omisit; contra addidit Merendae et Gallandii obseruatt. v. nouam vniuersal. biblioth. german. Kilon. vol. XXX. part. I. p. 217.

S. Damasi Papae opuscula et gesta cum notis M. M. Sarazanii iterum collecta, nunc vero primum aucta et illustrata diatribis duabus, altera de gestis Liberii Exulis; altera, an Damasus fuerit aliquando Maximo Cynico aduersus Gregorium Nazianzenum et Nectarium etc. Romae 1754. fol. Plura v. in *Schoenem.* biblioth. laudata p. 342.

Damasi epistolae et carmina cum notis, in *Andr. Gallandii* Bibl. P. P. et script. eccl. tom. VI. p. 321—352. et notitia de Damaso in prolegom. c. IV. pag. VIII.

Versus S. Damasi ad quemdam fratrem corripiendum: e membranis bibl. Passioneiae, nunc Angelicae Eremit. Augustinensium primum euulgati sunt in Anecdotis litter. vol. II. Romae 1773. mai. 8. p. 387.

De Damaso add. *Franc. Perezii Bayerii* diss. historica, inscripta: *Damasus et Laurentius* Hispanis asserti et vindicati. Romae in typogr. Ios. et Phil. de Rubeis. 1756.

Ad

Ad §. 51.

Flauius Vegetius Renatus.

Ad pag. 614. *sect.* 4. *lin.* 3.

Delendum est *Oxonii* *), et locus ita constituendus. *Meerman* principem habet edit. s. l. et a. fol. min. quam *Harlemi* typis heredum *Laurentii* excusam esse iudicat. Hinc in tabula VII. inter *specimina vltimarum officinae Laurentianae impressionum* etiam aeri incidendum curauit typorum illius edit. specimen, scil. initium libri, quod est: *Flauii vedati* (Vegetii) *renati viri illustris. Epitoma de re militari incipit. In epitoma institutorum rei militaris de commentariis tathôis augusti traiani adriani nec non et iunie frontoni* (h. e. Frontini) *in quatuor partes distinctum* **). Eadem editio esse videtur, quam *Maittaire* IV. p. 763. ita citat: „*Flauii Vedati Renati Epitoma de re militari.* Charactere Gothico et antiquitatis speciem prae se ferente. Nullae ciphr. signat. reclam. fol."

De

*) Oxonii 1468. vt videtur — per primos in Britannia typographos, nescio, quo auctore, qua fide? scripsit Fabric. et tamen Ernesti statim post illa verba citat Meerman.

**) Parum abest inscriptio in codice Helmstad. olim Gudiano. v. *Schwebel* in praef. ad suam Vegetii editionem: vbi quoque de aliis codd. de editt. ipsoque Vegetio plura is disputat.

De edition. *romanis* adhuc quaedam sunt notanda. Editionem romanam a. 1478. (quam dubiam habuit *Hamberger*,) Audiffredus ipse non triuit manibus; sed laudat testes Fabricium in B. L. III. p. 174. Maittaire, Orlandium et *Tiraboschium* in Storia della Letteratura Italiana tom. II. p. 400. (atque cl. *Panzer* II. pag. 471., prouocat tantum ad Maitt. p. 387. qui vero nititur tantum Fabricii auctoritate, et Audiffred. l. c.) Tum recenset *Audiffred.* pag. 278. ed. *romanam*, *Vegetii*, Aeliani, Frontini et Modesti etc. a. 1487. 4. typis Eucharii Silber, alias Franck. — p. 329. edition. rom. *Vegetii* et reliquorum, (quae tantum superioris editionis repetitio fuisse videtur,) per Eucharium Silber Alamanum, 1494. 4. — pag. denique 340. fide autem Maittarii et Ern.-Fabric. B. L. *Vegetium* et alios de re militari, Romae per Euch. Silber. 1497. 4. quam tamen ed. *Panzer* II. p. 516. dubiam et edit. a. 1487. esse censet; contra tom. I. p. 338. nr. 459. principem esse arbitratur edit. *Colonienſ.* fol. sine l. et a. *Flavii Vegetii epitome rei militaris.* In fine duae sunt litterae, *N. G.* quas cum *Laire* in indice librorum ab inuenta typogr. (Senonis 1791. 8.) tom. I. pag. 207. explicat *Nicolaum Goltz*, typographum Colonienſ. atque Laire adserit illam ed. anno circ. 1474. eademque discrepat, ait, ab ea, quam Debure bibliogr. instructiv. (vol. de la Jurisprud. et des scien-

ſcienţes p. 578.) nr. 2129. dicit, exſtare in biblioth. regia. Ex vberiore autem, quam dedit Debure l. c. deſcriptione ſuſpicari licet, eamdem eſſe, quam Meerman Laurentio Harlem. vindicare ſtuduit.

Ad pag. 614. lin. antepen.

Edit. Vegetii *Bonon.* a. 1486. valde ſuſpecta eſt. *Frontini* quidem edit. Bonon. eiusd. anni per Phil. Beroaldum a Maittario ex catal. Amerbach. et ab aliis citatur; ſed primo illa eſt mire dubia, et forte a. 1496. dein; num Frontinus Vegetium habeat comitem, incertum eſt, ſaltem non memoratur. v. *Panzer* I. p. 217.

Ex catal. bibl. Hulſianae adfert *Lengnich* in Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener Bücher, part. II. pag. 68. et ex hoc *Denis* in Annal. typogr. I. p. 464. Sext. Iul. Front. *Fl. Vegetium* et alios de re militari, Venetiis per Ioan. de Tridino 1499. 4. Atque haec edit. eadem eſſe videtur, quae in Hiſtoire de l'Origine — de l'Imprimerie (Hagae Com. 1740. 4.) p. 115 ſq. nr. IV. editt. *de Dates inintelligibles* adnumeratur: *Vegetius et alii de re militari:* in calce: *Impreſſum Venetiis, per Ioann. de Tridino alias Tacuinum, Anno dom. M. CCCC. IC. VIIII. die XX April. Regnante — Auguſtino Barbadico —* in 4. Quod igitur Barbadicus duxerat ab a. 1486 — 1501. error in numero *IC.* pro: XC. commiſſo

missio corrigitur, et ed. a. M. CCCC. XC. VIIII. adseritur, contra Maittarium, numeros istos an. 1509. interpretantem. De collectione auctorum de re militari, *Bonon.* notandum est, Frontinum a. 1495. d. X. Iul. — Vegetium de re militari, 1495. d. VI. Nou. Aelianum autem et Modestum a. 1496. d. XVI. Febr. (vt in calce singulorum diserte declaratur,) ex prelo exiisse. v. quoque *Maittaire* IV. p. 609.

Ad pag. 615. *lin.* 4.

Add. Notitiam breuior. pag. 42. et *Goetz* l. c. pag. 37 sq. de edd. scriptor. rei milit. Bonon. a. 1505. fol. — Paris. 1515. 4. et 1553. fol.

Ad pag. 616. *lin.* 20.

Editioni Schwebelianae subiuncta est versio *gallica:* Institutions militaires de Vegece. Reimprimé suivant l'Edition de Paris.

Ad pag. 616. *lin. vlt.*

Nouam recensionem ac descriptionem librorum capitumque dedit cel. *Schneider* in tomo quarto scriptorum R. R. veterum latinorum: *Vegetii Renati artis veterinariae siue mulomedicinae libr. sex (vulgo quatuor) cum commentariis: Iulii Pontederae curas posthumas, notitiam litterariam editionum et indices* etc. *collegit et edidit Io. Gottlob Schneider, Saxo.* Lipsi. 1797. 8. In praefat. commenta-

mentariis praemissa docte lateque disseritur de codd. et editionibus atque ordine serieque librorum capitumque.

Ad pag. 617.

De *versionibus* pauca addemus. Tres *anglicas* de re militari, Westmonast. 1489. fol. *). — *Io. Sadleri*, Londini 1572. 4. et *Io. Clarkii*, cum notis, Londini 1767. 8. — Mulomedicinae autem ibid. 1748. 8. uberius indicat *Brüggemann* View etc. p. 745 sq. — De *gallica* libr. de re militari, per I. Meun dit Clopinel, Paris 1488. fol. v. *Maittaire* IV. p. 495. et *Panzer* II. p. 288. 131. — de aliis v. Fabr. l. c. pag. 176. et 178.

Paitoni in Bibl. degli autori — volgarizzati, IV. p. 145 sqq. sequentes *italicas* versiones copiosius enumerat, 1) de re militari. Venetiis. 1524. 8. (in privilegio addito interpres vocatur. *Tizzone Gaetano di Posi.*) — 1525. 8. — 1528. 8. — 1540. 8. — interprete *Franc. Ferroso*, ibid. 1551. 8. — de mulomedicina, Venet. 1544. 8.

Ad pag. 618. *sect.* 6.

Frid. Brisselius in Miscellaneorum philologico-criticorum syntagmate, post eius mortem

*) De hac v. quoque cel. *Panzer* A. T. III. pag. 556. 27.

tem Amſtelod. 1742. 8. edito, cap. VI. pag. 111—264. libros de re militari critice tractauit; primum ex ed. romana antiq. 1494. lectiones varias excerpſit addito plerumque iudicio aut examinatis Scriuerii ac Stewichii opinionibus lectionibusue: tum a pag. 143. pari ratione dedit varias lectiones ex MS. bibliothecae, quae Coloniae ad Spream eſt, collato cod. Helmſtad. pluribus adſperſis coniecturis et animaduerſionibus criticis, etiam grammaticis et antiquariis. A pag. 248. ſequuntur obſſ. antiquariae et philologicae, collatis atque excerptis *Schefferi* notis ad Mauricii Strategeticon cum Arriani Tacticis, Vpſaliae 1664. denique a pag. 256. Vegetius cum msto chartaceo bibl. Helmſtad. collatus ad exemplar Scriuerii in 12.

Ad §. 52.

Fauſtinus.

Ad pag. 619. *lin.* 4.

Fauſtinus and *Marcellinus's* Account of the dying Faith and Behaviour of *Hoſius*, who was Bishop in Spain — translated into English — by *Will. Whiſton;* in Collection of ancient Monuments. Lond. 1713. 8. pag. 104—106. vid. *Brüggemann* View etc. p. 746 ſq.

Libellus de fide contra Arianos *Gregorio Baetico,* (de quo vide §. 36.) perperam tribuitur

buitur in vett. quibusdam editt. et bibliothecis P. P. saec. XVI. v. pleniorem de *Faustino* et edd. notitiam in *Schoenemanni* bibl. patrum latin. histor. litteraria tom. I. p. 547 sqq.

Nouissima editio est:

Faustini Presb. opera, (libri de Trinitate et Fides, Theodosio missa,) [*Acc. eiusdem Faustini et Marcellini libellus precum ad imperatores* in *And. Gallandi* Bibl. patrum etc. tom. VIII. p. 441—474. Venet. 1770. fol. cum variis codd. lectionibus, quibusdam *Mazochii* adnotatt. ex eius commentar. ad Kal. Neapol. vol. II. et coniecturis Gallandii, qui in prolegom. c. X. p. XIII—XV. de Faustino et Marcellino agit.

Ad pag. 619. *nr.* 6.

Hunc *Ampelium* eumdem, cuius honori Himerius propempticam dicauit, verisimile esse putat *Wernsdorf* ad Himerii eclogam XXXI. in qua seruatum est exordium ex propemptica in Ampelium, in *Himerii* eclogis et declamatt. p. 286 sqq. (Gottingae 1790. 8.) Wernsdorf. qui in nota de Ampelio quaedam obseruat, extremis, ait, Constantii annis, forsan an. 361. proconsulatum Achaiae gessit; quo ipso anno hanc orationem ab Himerio dictam fuisse necesse est; eoque in officio successorem habuit *Praetextatum*, ab Iuliano creatum.

De editionibus v. in Notitia breu. ad *Florum* p. 426 sq. — Nouam, notisque instructam eruditis, praemissa disputatione docta de Ampelio, eius aetate, libelli editionibus et stilo, in qua plures V. V. D. D. laudantur de illo differentes, debemus cl. *Tzschuckio:*

Lucii Ampelii liber memorialis in vsum scholarum emendatus et subiectis notis illustratus. Lipsiae 1793. 12. etiam sub titulo generali: *Auctores latini minores, tomus tertius, pars* III.

Ad §. 53.

Optatus.

Ad pag. 620. *lin.* 8.

Optati Afri, Mileuitani episcopi, de schismate Donatistarum contra Parmenianum Donatistam libri septem. In eosdem notae et emendationes *Merici Casauboni*, Is. F. Londin. typis Io. Legat. 1631. 8. vid. *Brüggemann* View etc. p. 742. Basis eximiae huius edit. est secunda Balduini recensio.

In *Andr. Gallandii* Bibl. vett. P. P. tom. V. pag. 461 — 675. Venet. 1769. fol. *S. Optati — de schismate Donatistarum libri VII.* — emendati opera et studio *M. Lud. El. Dupin.* Access. monumenta vetera ad Donatistarum historiam pertinentia; quorum complura ab eodem Optato memorantur: cum

cum selectis notis Dupinianis. In prolegg. cap. XVIII. p. XXIX. sq. agitur de Optato.

Pariter textum, a Dupin. constitutum, reddidit *D. Franc. Oberthür* in vol. XIII. Operum SS. patrum latin. tom. II. 8. quorum prior (Würceburgi 1789.) continet textum *Optati*; alter vero (ibid. 1791.) notas variorum, ex ed. Dupiniana, passim contractas, et alia vett. monumenta ex eadem ed. repetita.

Ad pag. 620. *sect.* 6.

Add. *Saxium* in Onom. I. pag. 427. inprimis *Schoenemann* in Bibl. histor. litter. patrum latin. I. pag. 343 — 357. *de Optato* et editionibus codicibusque copiosum. Is quoque memorat versionem librorum de schismate Donatistarum *gallicam*, a *Petro Viel* ad primam Balduini edit. confectam, Paris. per Feder. Morel. 1564. 8. — repetitam ibid. ap. Robert. Fouet. 8.

Ad §. 54.

Philastrius.

Ad pag. 621. *sect.* 4.

Quirini collectio est inscripta: *Veterum Brixiae episcoporum S. Philastrii et Gaudentii opera, nec non B. Ramperti et ven. Adelmanni opuscula. Nunc primum in vnum collecta, notis aliisque additionibus collata et aucta. Prodeunt iussu — — Angeli Mariae* titulo

facta editaque Venet. 1550. 8. v. *Clement* l. c. p. 271 sq. ac *Paitoni* bibl. etc. I. p. 51. De *gallica*: 1672. additis notis *Mich. de Marollor* v. *Fabr.* B. L. l. cit. p. 162.

Ad pag. 625. *sect.* 7.

Vibius Sequester. Editus quoque est cum Pomp. Mela aliisque Florent. per her. Phil. Iuntae. 1526. 8. De vtraque Iuntin. edit. v. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. part. II. pag. 136 sq. et 202.

Ad §. 56.

Lat. Pacatus Drepanius.

Ad pag. 627. *sect.* 4.

In catal. bibl. Thuan. Hamburg. 1704. 8. part. 2. pag. 252. citatur *Pacati* Panegyric. cum scholiis Fr. Balduini. 4. Paris. nulla anni nota addita: pag. autem 320. citantur Balduini annotationes in panegyricum Pacati et Eumenii de scholis. Paris. 1570. 4. Ego vero suspicor, vnam eamdemque et illam esse, quam habeo:

Fran. Balduini I. C. Relatio ad Henricum Andium. Ducem Magnum. *Latini Pacati Panegyricus ad Theodosium. A. Eumenii* oratio de scholis. Eiusdem *Balduini annotationes* in vtramque orationem. Eiusdem explicatio l. si Pacto C. de Pact. Paris. ap. Mich. Sonnium. 1570. 4.

Schef-

Schefferi editio etiam prodiit Vpſal. 1668. 8. — Arntzenii edit. additae ſunt *Thom. Wopkenſii* notae, quas cum *Casp. Barthii* notis ex eius Aduerſariis *Iägerus* ſubiecit orat. *Pacatii* in Panegyr. vett. tom. II. p. 423 ſqq.

Ad § 57.

Pacianus.

Ad pag. 628. *ſect.* 4. *lin.* 2.

Corr. *Tilius*, — et lin. 4. corr. *Manutii* 1564. — nouiſſima eſt editio, ex Tiliana ducta, in *Andr. Gallandii* Bibl. vett. P. P. et SS. eccl. tom. VII. p. 257—276. — Plura leges de Paciano et edd. vt plurimum in Bibliothecis P. P. in *Schoenemanni* bibl. ſaepius laudata I. p. 357—361. *Du Pin, Cauei, Tillemontii, Cailliérii* etc. opera de ſcriptoribus eccleſ. adeoque de Paciano *Hamberger* iam citauit.

Ad §. 58.

Phoebadius.

Ad pag. 629. *lin.* 2.

Namque a. 359. quum iam epiſcopi munus obiret, concilio interfuit Arimenenſi, et contra Arianos dimicans ſtrenue defendit placita concilii Niceaeni.

Ad pag. 629. *ſect.* 3 *et* 4.

Phoebadio a quibusdam quoque vindicatur *liber de fide orthodoxa*, qui alias receptus

facta editaque Venet, 1550. 8. v. *Clement* l. c. p. 271 sq. ac *Paitoni* bibl. etc. I. p. 51. De *gallica*: 1672, additis notis *Mich. de Marolles* v. *Fabr.* B. L. l. cit. p. 162.

Ad pag. 625. *sect.* 7.

Vibius Sequester. Editus quoque est cum Pomp. Mela aliisque Fiorent. per her. Phil. Iuntae. 1526. 8. De vtraque Iuntin. edit. v. *Bandini* annal. Iuntar. typogr. part. II. pag. 136 sq. et 202.

Ad §. 56.

Lat. Pacatus Drepanius.

Ad pag. 627. *sect.* 4.

In catal. bibl. Thuan. Hamburg. 1704. 8. part. 2. pag. 252. citatur *Pacati* Panegyric. cum scholiis Fr. Balduini. 4. Paris, nulla anni nota addita; pag. autem 320. citantur Balduini annotationes in panegyricum Pacati et Eumenii de scholis. Paris. 1570. 4. Ego vero suspicor, vnam eamdemque et illam esse, quam habeo:

Fran. Balduini I. C. Relatio ad Henricum Andium. Ducem Magnum. *Latini Pacati Panegyricus ad Theodosium. A. Eumenii* oratio de scholis. Eiusdem *Balduini annotationes* in vtramque orationem. Eiusdem explicatio l. si Pacto C. de Pact. Paris. ap. Mich. Sonnium. 1570. 4.

Schef-

Schefferi editio etiam prodiit Vpſal. 1668. 8. — Arntzenii edit. additae ſunt *Thom. Wopkenſii* notae, quas cum *Casp. Barthii* notis ex eius Aduerſariis *Iägerus* ſubiecit orat. *Pacatii* in Panegyr. vett. tom. II. p. 423 ſqq.

Ad § 57.

Pacianus.

Ad pag. 628. *ſect.* 4. *lin.* 2.

Corr. *Tilius*, — et lin. 4. corr. *Manutii* 1564. — nouiſſima eſt editio, ex Tiliana ducta, in *Andr. Gallandii* Bibl. vett. P. P. et SS. eccl. tom. VII. p. 257—276. — Plura leges de Paciano et edd. vt plurimum in Bibliothecis P. P. in *Schoenemanni* bibl. ſaepius laudata I. p. 357—361. *Du Pin*, *Cauei*, *Tillemontii*, *Caillierii* etc. opera de ſcriptoribus eccleſ. adeoque de Paciano *Hamberger* iam citauit.

Ad §. 58.

Phoebadius.

Ad pag. 629. *lin.* 2.

Namque a. 359. quum iam epiſcopi munus obiret, concilio interfuit Arimenenſi, et contra Arianos dimicans ſtrenue defendit placita concilii Niceaeni.

Ad pag. 629. *ſect.* 3 *et* 4.

Phoebadio a quibusdam quoque vindicatur *liber de fide orthodoxa*, qui alias receptus

eſt, et in *Gregorii Nazianzen.* Opp. oratio 49. tom. I. pag. 717 ſqq. et inter *Ambroſii* Opp. adpend. tom. II. p. 345 ſqq. item *libell. fidei* apud *Gregor. Nazianz.* oratio 50. atque hunc *Ballerinii* Opp. S. Leonis tom. III. p. 279. adiecerunt: ſtatuerunt tamen, eum eſſe omnino Gregorii Nazianzeni ex Rufini verſione. Omnia coniunctim et poſteriores, modo memoratos, libellos ex Benedictinorum et Balleriniorum recenſione edidit notisque et praevia de Phoebadio notitia illuſtrauit *Andr. Galland.* tom. V. bibl. P. P. p. 250—266. et prolegg. cap. XV. pag. XXIV. ſqq. Conf. *Schoenemanni* Biblioth. laudatam, I. p. 309—312.

Ad §. 59.

Q. Aurelius Symmachus.

Ad pag. 630. *ſect.* 4. *lin.* 13.

Symmachi apologeticus aduerſus Anaſtaſium imperat. Baſileae apud Adam. Petrum. 1528. 8. v. *Panzer* A. T. VI. p. 264. ex biblioth. Teller. p. 15. Sed ille *Symmachus*, natione Sardus et a noſtro diuerſus, fuit Papa, electus an. 498. mortuus a. 514. v. Fabr. B. L. med. et inf. latin. vol. VI. p. 216 ſq. ed. Manſi, vbi alia eiusdem opuſc. enarrantur. Plures enim fuerunt *Symmachi*, quos enumerat Fabric. in B. L. tom. III. pag. 205. ed. Erneſti.

Ad

Ad pag. 632. *lin.* 18.

Iam primae *Parei* edit. 1617. p. 468. acceſſerunt duae *Ambroſii* epp. ad imperatorem Valentinianum, quibus reſpondet ad epiſtolam Symmachi 61. libri X. tum Parei *Calligraphia Symmachiana; Electa Symmachiana,* et *Lexicon Symmachianum*, ita vt quodlibet opuſc. peculiarem acciperet inſcriptionem. In vltimi tamen opuſculi titulo per errorem typothetae in numero anni CIↃIↃXVII. littera C poſt IↃ excidit. Contra meo quidem ex. edit. tertiae a. 1651. adhaerent tantum Parei electa Symmach. reliqua duo opuſc. deſunt. Tria illa opuſcula quoque plene indicat *Nolten.* in Bibl. latinitatis reſtitutae, ſiue tom. II. Lexici L. L. antibarbari, Lipſ. 1768. p. 361.

Ad pag. 633. *ſect.* 6.

Des *Symmachus* Gründe fürs Heidenthum, (lib. X. ep. 61.) vnd des *Ambroſius* Gegengründe. Progr. ſchol. *M. Beniam. Frid. Schmieder*, Rect. Gymnaſii Luther. Hallenſis. Halae Sax. 1790. 8.

Ad §. 60.

Martinus.

Ad pag. 634. *ſect.* 4.

Multo ſaepius editum eſſe *Martini* libr. cognoſces ex *Schoenemanni* Bibl. laudata I. p. 419 — 426. Hic tantum memorare lubet ed. *Thomae Beauxamis* et *Gallandii;*

Sulpi-

Sulpicii Seueri de vita B. Martini liber, cui *Martini* professio fidei de Trinitate subiicitur. Paris. 1566. (teste quidem confectore cat. bibl. Bodleianae, voc. *Martinus Tur.*) — ibid. 1571. v. Schoenem. —

S. Martini — trinae vnitatis et vnius trinitatis confessio; in *Andr. Gallandii* Bibl. veter. P. P. tom. VII. pag. 599. In prolegg. cap. XVIII. pag. XXVI. agitur de Martino.

Ad §. 61.

Ambrosius.

Ad pag. 635. sect. 3. et 4.

De *Ambrosio* eiusque scriptis, quo ordine in edit. Benedictinorum sint collocata, et quae spuria aut dubia habeantur, diligenter agit, atque editiones, quarum permagna est copia, secundum temporis ordinem recenset cl. *Schoenemannus* in Bibl. laudata I. pag. 361—419. Quod praeterea *Clement* in Bibl. curieuse etc. I. p. 258 sqq. aliquot rariores edd. atque versiones vberius describit; multo autem copiosius vitam scriptaque Ambrosii, tum editiones ac versiones enarrat cl. *Adelung* in Fortsetzung vnd Ergänzung zu *Ioechers* Gel. Lexicon. I. pag. 701 sqq. ab longa edd. enumeratione aut vberiore commemoratione eo magis abstinendum mihi censeo, quo magis vela sunt contrahenda, et pauca tantum easque rariores indicabo, cum paucis supplementis,

mentis. Tantum praemittam indicem codd. qui custodiuntur in Bibl. publ. Erlang. Sunt igitur membran. sequentes: *Ambrosius* de bono mortis, etc. — Hexaemeron. — in Psalmos LI — LXVIII. — de officiis etc. — Apologia Dauidis etc. duo codd. — Sermones — de excessu fratris; de fide resurrectionis; de septem tubis; de incarnatione; de fuga saeculi; de vita beata. — comm. in Lucam.

Opus praeclarum omnium Omeliarum et Postillarum vener. ac egregiorum Doctorum *Gregorii*, *Augustini*, *Hieronymi*, *Ambrosii*, *Bedae*, *Herici*, *Leonis M.* *Ioannis* episcopi atque *Origenis* integraliter super euangelia dominicalia de tempore et de Sanctis per totius anni circulum etc. in calce: — Factore, (i. e. impressore) Petro Drach iuniore, in inclyta Spirensium vrbe impressum a. 1482. fol. v. *Vffenbach.* Bibl. tom. II. p. 134. inter incunabula typogr. — Alia eorumdem homiliarum edit. Colon. per Conr. de Homborch. fol. s. a. in Bibl. Roloffiana, tom. I. p. 280. et alia, ibid. p. 281 sq.

Ad pag. 636. *lin.* 14.

Quum *Ambrosius* in libris de officiis imitator esset Ciceronis; eos quoque *Heusingerus* in sua Ciceronis de Officiis editione, vtiliter adhibuit ad loca quaedam Ciceronis corrigenda aut, quae recte edita sunt, comprobanda.

Am-

Ambroſ. de Officiis. ſ. l. et a. ex officina Io. Phil. de Lignamine. (Romae 1471.) fol. v. *Audiffred.* pag. 84. et *Panzer* II. p. 427. — Atque Moguntiae e prelo Io. Albini emiſſi ſunt: *S. Ambroſii de Officiis libri* III. cum *Ciceronis* libris totidem de eodem argumento, e regione reſpondentibus, collati. 1602. 8. — Rarioribus libris adnumeratur *Ambroſii* officiorum liber. Pariſ. ap. Io. Petit. 1504. 4.

Ad pag. 636. *lin.* 23.

Si Zaineri typi reuera ſunt, prodiit illa edit. Auguſtae Vindel. niſi forte eadem eſt editio, quam *Denis* Supplem. pag. 487. nr. 4162. dat Vlrico Zellio, Colon. typographo. v. *Panzer* I. pag. 134. et 324. qui tom. II. pag. 341. nr. 670. ex Laire Ind. I. pag. 81. adfert edit. Ambroſii de officiis ſ. l. et anno. (Pariſ. char. Vlr. Gering.) fol.

Ad pag. 636. *not. lin. vlt.*

De edit. (Mediolan. 1477.) copioſe agit Schoenem. l. c. p. 382 ſqq. — Edit. Opp. *Ambroſii.* P. I. II. et III. Baſil. per Io. Amerb. 1492. fol. eſt in Bibl. Erlang.

Ad pag. 637. *lin.* 18.

V. *Schoenemann* p. 376 ſqq. qui ex epiſtola Io. de Lapide praefixa contra Hambergerum docet, non Io. de Lapide, ſed ſolum Amerbachium curam geſſiſſe illius editionis;

Ioanni

Ioanni vero de Lapide ea tantummodo opuscula, quae adhuc in MSS. codd. haerent, tradita fuisse dispungenda. Add. *Clement* l. c. *Panzer* I. p. 172. — *Amerbachii* edit., sed tamen ab initio tomi III. haud paucis opusc. Ambrosianis auctior, repetita est Basileae ap. Io. Petri de Langendorf. 1506. 4. voll. III. — Operum Ambros. pars I. et II. opera F. *Conradi* Leontorii Mulbronnensis. 1506. 4. II. voll. vide Vffenbach. bibliothec. tom. II. pag. 81. inter incunabula typogr. — *Omnia opera*, (ex edit. Amerbachii repetita) accuratissime reuisa etc. (curante *Andrea Hartmannio*, Argentino,) Basil. ap. Ad. Petr. de Langendorf, impensis Io. Koberger. 1516. III. tom. fol.

Ad pag. 637. *lin. textus vlt.*

Ambrosii officiorum libri III. Coloniae, per Euchar. Ceruicornum et Heronem Fuchs. Coloniae 1520. 4. — et, accurata diuersorum codd. collatione emendati, Coloniae ap. Io. Gymnicum. 8. s. a. teste *Schoenemanno*, pag. 393.

Egesippi historiographi inter scriptores ecclesiasticos vetustissimi de rebus a Iudaeorum principibus in obsidione fortiter gestis, deque excidio Hierosolymorum aliarumque ciuitatum adiacentium, libri quinque diuo *Ambrosio* episcopo interprete. Coloniae 1525. fol. per Euchar. Ceruicornum impensa et aere M. Godefridi Hittorpii. Praecedit epi-

stola

stola Phil. Melanchthon. ad Godefr. Hittorpium. v. *Panzer* VI. pag. 394. nr. 429.

Hegesippi — libri V. *Ambrosio* Mediolanensi interprete. Eiusdem anacephaleosis. Colon. exc. Io. Soter. 1530. fol. *Panzer* ib. p. 411. Sed notandum est primo, loco *Hegesippi* substituendum esse nomen *Iosephi;* dein, illud opus a nonnullis quidem viris doctis esse Ambrosio abiudicatum, et a Benedictinis editoribus, tamquam spurium, omissum; sed ab *Alexio Symmacho Mazzothio* in comment. in Kalend. eccl. Neapol. vol. III. p. 780 — 792. et ab *Andr. Gallandio*, Ambrosio vindicatum, quibus subscribit *Schoenemannus* pag. 416 sq. add. infra §. 65. et *Fontanini* Historiam litterar. Aquileiensem, cap. XVI. pag. 392 — 403. qui diuersas variorum sententias recenset examinatque, *Io. Frid. Gronouii* iudicium et collationem in Monobiblo obseruatorum in scriptoribus ecclesiasticis, (Dauentr. 1651. 12.) laudat et contra editores Ambrosii Paris. 1690. f. defendit, quasdam recitat editt. denique cum aliis efficit, nomen *Egesippi* esse fictum, nec *Rufinum* fuisse auctorem; *Ambrosium* tamen non tam interpretem Iosephi librorum, quam noui operis fuisse conditorem, quippe qui libros VII. in quinque contraxerit et quaedam de suo addiderit. — A *Gallandio* autem editi sunt:

Ambro-

Ambrosii — historiae de excidio vrbis Hierosolymitanae libri quinque, sub mentito *Egesippi* nomine passim vulgati: nunc vero eidem S. Doctori restituti ac recensiti. Access. hymni tres ex msto cod. Vaticano descripti atque inter opera Thomasiana nuper editi; in Bibl. vett. P. P. tom. VII. p. 655 — 772. add. eiusd. prolegomm. cap. XX. p. XXVIII. sqq.

Sed redeamus ad indicem quarumdam antiquiorum editionum. *S. Ambrosius* de his, qui mysteriis initiantur, cum nonnullis aliis. Antwerpiae in aedibus Delphorum a Io. Steelsio. 1534. 8. ex offic. Io. Graphei.

Ambrosii comment. in Paulli epistolas, ex recognitione Erasmi. Colon. ap. Io. Gymnicum. 1530. 8. (*Panzer* VI. p. 412. sed apud Schoenem. p. 393. a. 1532. adseritur ex catal. bibl. regiae. p. 372.) A Benedictinis editor. *commentaria in epist. XIII. b. Paulli* ad calcem tomi III. inter supposititia sunt relecta. Ab iisdem exclusi sunt *Ambrosii de vocatione gentium omnium* libri II. Colon. exc. Hen. Alopecius. 1527. 8. — Genevae, ap. Mich. Sylvium. 1541. 8. — Ab iisdem reiectum et exclusum est fragmentum *de resurrectione*: vid. *Schoenemann* pag. 368. et 392.

Ad pag. 638. *lin.* 2.

Erasmi, qui multa pro lubitu mutarat, editio, at multis in locis passim ex diuer-

sorum codicum collatione emendatior, repetita est curante *Sigism. Gelenio.* Basil. 1538. fol. V. tom.

De editt. *Opp.* Paris. ap. Gerasium Chevallonium 1539. et, curante *Ludov. Miraeo,* ibid. ap. vid. Guillard etc. 1549. et 1551. V. tom. fol. v. *Schoenem.* p. 394. et 396.

Ex codicibus emendatior, reiectis superiorum gallicorum editorum opinionibus ac mutationibus, prodierunt, inscriptione quidem iam multa praedicante ac gloriante,

Omnia quotquot extant *D. Ambrosii — Opera,* primum per Desid. Erasmum Roterod. mox per Sigismund. Gelenium, deinde per alios eruditos viros diligenter castigata: nunc vero postremum per *Ioann. Costerium* ad plurium antiquorum codicum collationem, plus bis mille erroribus sublatis, praeter integros versus pluribus locis desideratos, quos nunc adiecit: ita emendata, vt superioribus editt. vbicumque gentium euulgatis longe praestare aequus lector, si vel vnicum tantum librum cum superioribus impressoribus contulerit, facile diiudicet. — Basil. per Hieron. Froben. et Nic. Episcopium, 1555. V. tom. fol. — rec. ibid. V. tom. 1567. fol.

Notanda est perquam rara editio: *SS. Ambrosii, Hieronymi* et *Augustini* opuscula de virginitate. Romae. P. Manut. 1562. 4. v. Pinelli catal. I. pag. 85. n. 523. et Serie dell' Ediz. Aldine p. 113. nr. 10.

Ambro-

Ambrosii Opera omnia, (ex edit. romana,) Paris. 1603. fol. V. tom. — auctius recusa, ibid. 1642. 1643. fol. V. tom.

A Schoenemanno omissae sunt quaedam edd. quas censor illius in Jen. Allg. Litt. Zeit. a. 1793. num. 261. refert: scil.

Ambrosii Opp. omnia, quae extant, ex edit. romana. Colon. sumt. Anton. Hierat. 1616. fol. V. tom.

Historia sacra de Tobia seniore et iuniore — per *Matth. Vindocinensem* et *Ambrosium*, Mediol. episc. edit. *Io. Hering.* Bremae. 1642. 8.

Ambrosii de poenitentia libri duo, contra Novatianos. Helmstad. ex officina Müller. 1648. 4.

Diuorum patrum veterumque ecclesiae doctorum aliquot, qui oratione soluta scripserunt *Homiliae* ac meditationes in festum nativitatis Iesu Christi — e diuersis ipsorum opp. collectae et peculiariter editae a *Christiano Daumio.* Cygneae 1670. 8. vbi p. 66 sqq. exstant *Ambrosii* sermones XII. et XIII.

Parisina Opp. *Ambrosii* edit. est Amstelod. a fratribus Huguetan. 1698. ita typis renovata, vt annus illius, a. 1685. in fronte oper. retineretur. — De incepta noua edit. *Ludouici de Merault*, cuius I. tomus typis quidem exscriptus, in lucem tamen non prodiit, v. *Krohn* in cat. bibl. suae p. 95 sq. vbi quo-

que is cod. suum membr. qui continet VI. libros Hexaëm. Ambr. multis describit.

Ad pag. 639. *lin.* 3.

Boecleri edit. lucem adspexisse 1644. tradunt Clement p. 263. not. et Schoenemann. De aliis edd. et versionibus horum aliorumque librorum Ambros. v. *Clement* p. 262 sq. et *Adelung* l. c. pag. 702 sqq. qui p. 707 sqq. alios enumerat Ambrosios. — *S. Ambroise* de l'Origine, de l'excellence et des avantages de la Virginité, traduit par Dom. *Ant. Ioseph. Mege*. Paris. 1655. et in eiusd. Mege diss. ou l'on explique l'origine, l'excellence et les avantages de la Virginité etc. Paris. 1689. — *Io. Mich. Heinze* progr. Beschreibung der Bücher Ambrosius de officiis. Wimar. 1790. 4.

S. Ambrosius de moribus Brachmanorum, cum *Palladio* de gentibus Indiae et Bragmanibus, editi ab *Eduardo Bissaeo*. Lond. 1665. et 1668. 4. Pertinet ad libros Ambrosio suppositos.

Iac. Hommey, Augustinianus, in libro, inscripto: Supplementum patrum. Complectitur multa S. S. patrum, conciliorum scriptorumque ecclesiasticorum opera, quae primum e MSS. codd. eruit, notis et dissertatt. illustravit R. P. *Iac. Hommey*. Paris. 1686. 8. edidit *Ambrosii* 1) symbolum fidei; 2) expositum in cantica canticorum ex eius scriptis desumtum;

tum; 3) recapitulationes. Duo tamen poſteriora opuſc. non eſſe Ambroſii, monet Hommey in cenſura ſubiecta.

Ad pag. 639. ſect. 6.

Vita *S. Ambroſii* per Paulinum ſcripta; *Ambroſii* vita virginis Agnetis; Paſſio Vitalis et Agricolae, Potaſii et Geruaſii. Mediol. 1474. 4. — Vita et miracula Ambroſii (italice ſcripta.) Mediolani 1492. 4. v. *Panzer* II. p. 69. — De verſionibus quorundam librorum *italicis* v. praeter Adelungium *Paitoni* bibl. degli Autori — volgarizz. I. pag. 48 ſqq. — de *anglicis*, *Brüggemann* View etc. pag. 742 ſq.

Ad pag. 640. lin. 1.

Lege *Hamberger*. Praeter libros, ab illo excitatos, qui de Ambroſio egerunt, v. *Io. Gartzei* hiſtoriolam de S. Ambroſio. Wittebergae 1571. 8. *Latinus Latinius* in Sententia, S. Ambroſius, Auxentio viuente, an vero mortuo, epiſcopus Mediolanenſis creatus ſit, in Epiſtolis, Rom. 1659. 4. — *Thomae Iamesii* ſpecimen corruptelarum Pontificiorum in *Cypriano*, *Ambroſio*, *Gregorio* M. et auctore operis imperfecti, et in iure canonico. Londin. 1626. 4. — *Aug. Chr. Brunſt* diſſ. II. quod Ambroſius Theodoſium a ſ. coetu excludens maieſtatis aut aliud graue crimen non commiſerit. Gryphiae 1720.

1721. 4. — *Lardneri* historia Ambrosii, in Credibility of the Gospel History, part. II. vol. 9. cap. 106. — *Edvard Gibbon* in: Geschichte des Verfalls vnd Vntergangs des römischen Reichs. part. VII. cap. 21. p. 11 sqq. version. germ. Lipsiae 1791. 8. — *Dominic. Schram* analysis opp. S. S. Patrum et S. S. eccles. tom. XVI. continens volumen I. Opp. S. *Ambrosii* etc. Augustae Vindel. 1792. mai. 8. collata censura in Jen. A. L. Z. 1794. nr. 38. col. 334 sq.

Ad §. 62.

Sophronius Eusebius Hieronymus.

Ad pag. 640. *sect.* 1.

Hamberger. et Saxius ll. citt. permultos, qui de Hieronymo egerunt, viros doctos laudarunt. Hinc et quoniam cl. *Schoenemann* l. c. pag. 426 — 536. de Hieronymo, eius libris, editionibus atque codicibus fuse diligenterque disseruit, atque pag. 433 sqq. longum proposuit scriptorum Hieronymi ex edit. Vallarsiana recensum, mihi, angustis circumscripto limitibus, eo breuiori esse licebit.

In bibl. *Erlangensi* academica plures servantur codd. quos *Hocker* in Bibl. Heilsbronnensi, (nunc Erlangensi,) maximam partem paucis iam recensuit: 1) *membranac. Hier.* 2) commentum in prophetas Danielem, Oseam, et Ioelem; eiusdem comment. in Amos, Abdiam,

diam, Ionam, Micham, Nahum, Habacuc. — b) Explanatio in Matthaeum. — c) Prologorum expositiones. — d) Expositio hebraicorum nominum Hieronymi. (citatur quidem ab Hockero; sed deest in bibl. Erlang.) — e) Sermo b. Hieron. ad Paullam et Eustochium missus de adsumtione S. Mariae, matris domini. — f) Hieronymi vitae Sanctorum. — g) Epistolae. — h) Breuiarium in Marcum: item in quatuor euangelistas, et epistolae duae de lapsu puellae, quae virginitatem professa est, cum epistola ad corruptorem: et in alio cod. membr. fragm. de lapsu puellae etc. — i) Hieron. epistolae, quarum prima est ad Damasum de Seraphim, et vltima LXXIVta ad eumdem. — k) epist. S. Hieronymi ad Demetriadem, quam tamen (ait Hocker. pag. 57.) hominis pelagiani esse Riuetus in Critico S. ostendit, fatentibus iis, qui nimii sunt in Hieronymo, item ad Nepotianum et Saluiam. — l) Martyrologium Hieronymi, et excerpta ex Isidoro, Augustino, Hieronymo, Prospero. v. cel. *Pfeiffers* Beyträge etc. part. I. p. 58. — m) Hier. et Gennadius de viris illustribus. — n) *Britonis* expositio prolegom. Hieronymi, cod. membr. saec. XIV. et al. cod. rec. saec. forsan XV. med. — o) sententiae Chrysostomi et Hieronymi. — p) in apocalypsin — 2) *chartac. Hier.* regula ad Eustochium.

Ad pag. 641. *lin.* 14 *sqq.*

De Hieronymo, praecipue de eius cum Rufino et Ioanne, episc. Hierosolym. dissidiis docte curateque exposuerunt *Iustus Fontaninus* in historiae Aquileiensis libris V. (Romae 1742. 4.) passim, ex. gr. pag. 178 sq. 181. 187 sqq. 232 sqq. 252 sqq. in capp. IV. V. et VI. praesertim de Rufini apologiis et Hieronymi responsionibus ac refutatione, et alibi: atque Fr. *Io. Fran. Bernard. Maria de Rubeis* in dissertatt. II. prima de Turranio seu Tyranio Rufino, monacho et presbytero: altera de vetustis liturgicis aliisque sacris ritibus, qui vigebant olim in aliquibus Foroiulienſis provinciae ecclesiis. (Venet. 1754. 4.) interdum contra Fontaninum et Vallarsi. editorem Opp. Hieronymi disputans, pag. 56 sqq. maxime p. 58 sqq. cap. IX. de simultatibus inter Rufinum et Hieronymum ortis, auctisque ex Ioannis Hierosolymitani dissidio cum Epiphanio, Salaminae episcopo; de dissidii tempore et pace inter eos instaurata; pag. 90 sqq. 113 sq. tum pag. 115 sqq. cap. XVII. de mutuis Rufini et Hieron. apologiis et alibi. Idem pag. 108. agit de paschalibus Theophili Alexandrini homiliis, item de responsis synodi Hierosolymitanae et Dionysii Liddensis episcopi ad Theophilum, ab Hieron. latine versis, et de eius consilio, contra Fontaninum. Hic vero adhuc pag. 298. adoptat *Pearsonii* sententiam in Vindiciis Ignatianis part. I. cap. 9.

pag.

pag. 118. contra Dallaeum et Dau. Blondellum, non Rufinum, sed Hieronymum fuisse interpretem Origenis homiliarum in Lucam; contra in cap. XII. pag. 360 sqq. cum primis pag. 368 sqq. ostendit, non Hieronymum, sed Rufinum esse auctorem historiae eremiticae de vitis patrum, atque cap. XIII. p. 371 sqq. critice illam pertractat, et nubem dat editionum atque codicum.

Ad pag. 642. *lin. vlt. textus.*

Vtramque romanam esse diuersam, docet quoque *Schoenemann* p. 462 sqq. Add. cel. *Panzer*, (qui in Ann. typogr. insignem editionum saec. XV. copiam protulit,) vol. II. p. 409. et 418. — Edit. romana P. I. per Arn. Pannartz. 1476. — pars II. per Georg. Lauer. 1479. fol. est in bibl. Erlangensi. — In eadem est exemplar edit. vetustae *epistolarum*. s. l. et a. — cf. Hier. epistolae III. tom. Basil. 1497. fol.

Ad pag. 643. *lin.* 20.

Hanc edit. cl. *Schoenemann* p. 483 sqq. cum aliis vindicare adnititur Vlrico Han, (circ. a. 1468. aut 1469.) contra cel. *Panzer* III. p. 139. cum Maittario aliisque ex vltimis litteris in fine II. vol. *IA. RV.* suspicatur, edit. illam *Venetiis* per *Iac. Rubeum*, qui intra a. 1473. et 1476. artem exercuit typographicam, prodiisse, et alia *Hieronymi* opuscula

vna cum *Vita, Transito e Miracoli di San Girolamo*, s. l. et an. nr. 610—616. refert. — Epistolae in tres partes diuisae. Basil. 1489. fol. v. *Panzer* I. p. 164 sq.

Ad pag. 643. lin. antep.

De illa edit. de viris illustribus et de essentia diuinitatis, plura tradit *Denis* in Memorab. bibl. Garell. p. 232 sqq. adde *Panzer* I. p. 131. et quos ille laudat.

De editione: *Sancti Ieronimi* (vel potius *Ruffini*) *expoficio in fimbolo apoſtolorum ad papam Laurencium. impreſſa Oxonie et finita a. Domini.* M.CCCC.LXVIII. (siue, vt Middleton legendum, LXXVIII. et notam a. LXVIII. mendosam statuit,) 8. liteque inde orta, et de edit. dubia, Oxon. 1498. 8. v. *Schoenemann* I. pag. 584 sq. et *Panzer* II. p. 243. et 244.

Idem cel. *Panzer* I. pag. 271. diligenter agit de edit. *D. Hieronymi vitae Sanctorum Patrum.* In fine: Per clarissimum medicum — — magistrum Pantalionem Perque Iohannem Fabri galicum egregium artificem. De Vitis Sanctorum patrum volumina in Casellarum oppido, (h. e. Casselis prope Taurinum,) feliciter impressa sunt. Anno domini M.CCCC.LXXV. (1475.) 4.

Epistolarum b. Hieronymi presb. omnes partes vno volumine contentae. In fine: — Nurnberg per Anthonium Koberger. a. 1495. fol.

fol. Est repetitio Basileensis edit. v. *Panzer* H. pag. 218.

Ad pag. 644. *lin.* 11.

Post vocc. *antiquam s. l. et a.* adde: *quae a cl. Schnitzero sic citatur. S. Hieronymi Cardinalis Presbyteri vitae patrum Sanctorum Aegyptiorum, etiam eorum, qui in Scythia — et Mesopotamia morati sunt.* Num eadem sit, quae in *Baumgartenii* libro cit. describitur, ignoro et paene subdubito. In Baumgart. libro ita memoratur initium libri: *Incipit prologus in vitas sanctorum patrum:* in fine: *explicit liber quintus de vitis sanctorum patrum. Deo gratias.* Haec autem editio conuenire videtur cum ea, quam *Schoenemann* sub Rufino tom. I. pag. 603. describit, vbi etiam p. 602. post Fontaninum in causas inquirit, cur Rufinianis patrum vitis interdum Hieronymi quoque nomen sit praefixum, et plures recenset editiones.

In censura libri Schoenemann. in Jen. A. L. Z. supra ad Ambrosium cit. additur editio s. l. et a. *Hoc opere continentur ordine libri subscripti. D. Hieron. epistolae duae, haec ad Athletam, illa ad Heliodorum. M. Basilii de instit. opusc. Platonis Axiochus* etc.

Ad pag. 645. *lin.* 16.

De stricta diui Hieronymi vita carmen sapphicum. In fine: Impressum Lipzk. per Iac. Thanner. 1504. 4.

In

In epistolam *Hieronymi* ad Nicam commentarioli duo *Io. Murmellii*, in quibus traduntur scribendis eleganter epistolis idoneae. Ex epistolis eiusdem diui Hieronymi — selectae orationes. Coloniae in off. liberorum Quentel. 1505. 4. *Panzer* VI. p. 356. nr. 78.

Petri Pauli Vergerii de ingenuorum educatione liberorum —. *Plutarchi* de institutione filior. *M. Basilii* de legendis gentilium libris. *D. Hieronymus* de obedientia filiorum erga parentes. Eiusdem *D. Hieron.* de contemptu mundi epistola. Omnia correcta et in conciniiorem formam redacta per *Io. Baptist. Bonetum* Brixian. Brixiae per Io. Ant. Brixian. 1511. 4. *Panzer* VI. pag. 340. ex Gras. Merkwürdigk. p. 245.

Contenta in hoc libello. Isidorus de sectis et nominibus haereticorum. *D. Augustini* libellus aureus de fide et operibus. *S. Hieronymi* liber de perpetua glorioss. Virg. Mariae virginitate. *Eiusdem* epistolae contra Vigilantium de venerandis sanctorum reliquiis. Argentor. ex offic. Io. Grieninger. 1523. 4. v. *Panzer* VI. p. 101. — *Hieron.* epist. ad Eustochium de custodienda virginitate, ex ed. Erasmi. Colon. 1517. 4. cuius notitiam suppleuit censor in Jen. Allg. Litt. Zeit. loco supra citato.

De illustribus ecclesiae scriptoribus. Authores praecipui vett. 1. *D. Hieronymus Stridonen-*

donensis presb. — — *opera Suffridi Petri.* Leouard. Colon. 1580. 8. v. plura in tom. I. prolegg. pag. 35 sqq. vbi quoque de *Miraei* et I. A. *Fabricii* bibl. eccleſiaſt. agitur.

Ad pag. 645. *lin.* 27.

Loco 1520. leg. 1526. de qua rara edit. v. *Meuſelii* Hiſtoriſch-litterariſch. Magazin II. p. 190. et *Panzer* A. T. VI. p. 253. Tres autem priores illius editionis tomi e prelo exierunt a. 1524. (v. *Panzer* VI. p. 242 sq.) tom. IV. — VIII. a. 1525. et tom. IX. cum titulo generali, a. 1526. Quare caueas, ne putes, plures eſſe diuerſorum annorum editiones quorumdam Hieron. librorum.

Loco *Pariſ. 1533. Schoenem.* p. 500. ex cat. libr. impreſſ. muſei Britann. tom. I. ponit not. a. 1534. et ibid. recenſet Opp. *Hieron.* ex vltima Erasmi recognitione Baſil. typis Hieron. Froben. et Nic. Epiſcopii. 1537. fol. tom. IX. — et p. 503. ed. Erasmi, Baſil. 1565. per Nic. et Euſebium Epiſcopios. tomi IX. voll. III.

Ad pag. 646. *lin.* 6. *ſqq.*

De edit. *romana* ap. Paulum Manut. 1566. 1571. 1572. tom. IX. fol. v. *Schoenem.* pag. 503 sq. et 506. — *Mariani Victorii* edit. Pariſ. 1608. fol. IV. tom. quam commendat, et, quae cum aliis comparetur, dignam cenſet *Simon.* in Lettres choiſies, tom. I. lettr.

lettr. 34. non esse meram romanae editionis repetitionem, sed multa habere peculiaria, docet *Schoenem.* p. 508 sqq. — Editio *Colon. Hier.* Opp. ex rec. Mariani Victorii Reatini, a. 1616. fol. tom. IX. cum indice, est in bibl. Erlang. acad. — Editio Parisin. tom. III. ex edit. Mar. Victorii, 1624. (vti scripsit Schoenemann, non, vti Hamberger. dederat, a. 1623.) instructa quoque est adnotatt. Henr. Grauii et aliorum et emendatt. Andr. Schotti: quae et alia etiam adcesserunt edit. Paris. 1643. fol. IX. voll.

Tribbechou. ed. Francof. et Lipf. apud Christ. Genschium, 1684. constat XII. voll. vltimus autem complectitur indices nouos quadruplici serie distinctos. Conf. acta erudit. a. 1684. m. Aug. p. 343 sqq.

Io. Martianay, antequam emitteret Opp. Hieronymi, praemisit speciminis loco, *Prodromum* siue epistolam ad omnes V. D. et studiosos cum epistola *S. Hieronymi* ad Sunniam et Fretelam castigata ad MSS. codd. optimae notae ac multiplici obseruationum genere illustrata. Lutetiae Paris. 1690. 4. (v. acta erudit. 1695. m. Mart. p. 95.) De illo prodromo ipsaque edit. subsequuta copiosus est Shoenemann pag. 513—522.

Ad pag. 646. lin. antepen.

Leg. *castigata*, loco, *castigatus.*

Ad

Ad pag. 649. sect. 6. lin. 7.

Contra Clericum *Martianay* actiit quoque calamum in tom. III. opp. post commentar. in IV. prophet. maiores p. 1138 sqq. scripsitque *eruditionis Hieronymianae defensionem adversus Io. Clericum*, II. capp. in priore agit de absoluta Hieronymi eruditione deque imperitia singulari Io. Clerici; in posteriore, de sinceritate et vtilitate editionis nouae operum S. Hieronymi; deque imperitia et malevolentia Quaestionum Hieronymianarum Io. Clerici, cum indice aliquot insigniorum mendaciorum et fallaciarum conclusiuncularum Io. Clerici.

In *Montfauconi* Biblioth. bibliothecarum MSSt. vol. I. p. 146—155. sunt: *Variae lectiones ad chronicon Eusebii S. Hieronymo interprete*: ex quatuor MSStis bibl. Vaticanae notatis 241. 242. 243. 245. qui sunt XIII. et XIV. saeculi. Et collati sunt cum editione Scaligeri Lugduni-Batau. emissa a D. *Claudio Stephanotio*, congregationis S. Mauri procuratore generali.

In actis eruditor. Lipsi. a. 1711. m. Iun. p. 269 sqq. est notitia codicis fere vnici, qui continet *Hieronymi* commentarium mstum in Iobum, et Anastelodami in bibl. Marci Meibomii exstat: cui notitiae addita sunt excerpta, a Relandio facta, ex illo commentario, qui putatur esse S. Hieronymi, subiunctis paucis notis,

notis, quibus loca aliquot perperam vel in codice vel in transmisso exemplo scripta emendantur. — Ibid. pag. 513. est continuatio excerptorum ex illo codice Meibomiano. Tum a. 1712. m. Jan. p. 21 — 26. legitur C. A. H. (h. e. *Heumanni*, qui etiam notas supra memoratas adscripserat,) ἐπικρισις in specimen commentarii MS. in Iobum, Hieronymo tributi: atque Heumann. primum pluribus argumentis demonstrare studuit, commentar. istum perperam tribui Hieronymo. Tum in suspicionem adducitur, admodum probabilem, collato commentario in Threnos, (qui exstat in V. tomo Opp. Hieronymi, et non solum iamdudum vindicatus est Rhabano Mauro, sed etiam inter Rhabani opera editus,) cum commentario illo in Iobum misto, indoctis et ridiculis interpretationibus pleno, huius commentarii auctorem fuisse Rhabanum Maurum. Denique subiungit aliquot emendationes codicis Meibomiani supra neglectas. — Versiones saec. XV. factas recensent cel. *Panzer* in A. T. passim et *Maittaire* v. indices, h. v. — *italicas* in specie, quae permultae sunt, *Paitoni* in Bibliot. sacpius laudata, tom. II. pag. 123 — 148. — De *anglica* selectarum epp. Hieronymi versione, Londin. 1630. 4. et aliis scriptis ad Hieronymum pertinentibus in Angliaque editis v. *Brüggemann* View etc. p. 740 sq.

Ad

Ad pag. 649. *lin. vlt.*

Remigius Cellier in Histoire generale des Auteurs sacr. et ecclesiast. tom. X. (Paris. 1742. 4.) cap. VIII. agit de Hieronymo, et in art. IX. exhibet iudicia de scriptis Hieronymi lata, idemque recenset varias Opp. ipsius editiones. Praestantissimam tamen omnium habet Parisinam, a Io. Martianaeo curatam: Veronensem quidem, iudicat, correctam esse tum ex ingenio, tum ad fidem codd. msstor. sed emendationes maxima ex parte meris niti coniecturis, quarum multae sint aperte falsae; textum multis scatere inendis typographicis, nec pauca inutilia in illa contineri. — Hieronymus aliique vett. scriptores defenduntur contra Moshemium a *Io. Chapman* in Miscellaneous Tracts relating to Antiquity. Londini 1743. 8.

Sebastian. Dolci Maximus Hieronymus vitae suae scriptor, siue de moribus, doctrina, et rebus gestis D. Hieronymi — commentarius. Anconae 1750. 4.

Hieronymus Stridonienſis, interpres, criticus, exegeta, apologeta, historicus, doctor, monachus. Symbola ad historiam saeculi IV. ecclesiasticam. (auctore M. *Engelstoft*) Hauniae 1797. 8. Valde laudatur, additis paucis monitis, in ephemer. litter. Gotting. 1798. nr. 47. p. 462 sqq. — *Thom. Harmer* scripsit Obss. in Hieron. in: Observations on di-

vers Paſſages of Scripture etc. Londini 1787. 8. vol. III. — *Frant. Florius* in libr. de quodam Hegeſippi fragmento etc. (Bonon. 1793. 4.) pag. 92—98. varia Hieronymi loca ſecundum edit. Vallarſii vel emendauit, vel vindicauit illuſtrauitque.

Ad pag. 650 ſq.

De *Pelagio* eiusque vita, doctrina ſcriptisque genuinis et vel plane deperditis, vel quorum ſuperſunt fragmenta, atque editionibus, plerumque inter Hieronymi opera, late diſſetit cl. *Schoenemann* tom. II. pag. 423—462. Adſerit igitur Pelagio ſcripta, quae etiam nunc ſuperſunt integra, 1) expoſitionum in epiſtolas Paulli libros XIV. ſed, vt nunc proſtant, paſſim, praecipue in epiſtola ad Romanos, per Caſſiodorum repurgatos, et olim, vti duo ſequentes, Hieronymo tributos. 2) epiſtolam ad Demetriadem, ſcriptam circ. a. 412. et 3) *libellum fidei ad Innocentiam Papam*, ſcr. a. 417. olim inſcribi ſolebat *Hieronymi explanatio ſymboli ad Damaſum.* Tum octo deperditorum librorum, quorum fragmenta, ab Auguſtino maximam partem ſeruata, adhuc exſtant, titulos ſedesque indicat. Ad libr. plane deperditos refert libros III. de trinitate et tres epiſtolas. Epiſtola autem ad Celantiam, num tribuenda ſit Pelagio, dubitare videtur.

Idem

Idem pag. 457. recenſet *Io. Launoii* Conſtantienſis, Pariſienſis Theologi, diſſertat. de vero auctore *Profeſſionis fidei*, quae Pelagio, Hieronymo et Auguſtino tribui ſolet, in eius Operum edit. Colonienſi 1731. tom. II. part. II. pag. 305 — 324. vbi cap. VII. vindicatur Pelagio.

Confeſſio ſeu *libellus fidei* a *Pelagio* ex Oriente Romam miſſus ad ſedem apoſtolicam, in *Io. Garnerii* diſſertatt. ad *Mar. Mercatoris* opera. Pariſ. 1673. fol. Diſſ. V. de libellis fidei editis a Pelagianis. pag. 307 — 309. Garnerius vt plurimum ſubſcribit Launoii ſententiae, in paucis tamen ab eo diſcedit; ſed v. *Sthotnem.* p. 460 ſq.

Pelagius's Creed ſent with a Letter to Pope Innocent but finding him dead, tranſlated and illuſtrated by W. Wally in eius Hiſtory of Infant-Baptism. part. I. cap. 19. §. 29 et 30. Londin. 1705. 8. — In linguam latinam tranſtulit illud opus *Io. Lud. Schloſſer.* Bremae 1748. 4. II. voll. in quorum primo p. 372 — 391. ipſe textus illius ſymboli, adiuncta verſione anglica, notis autem Wallii latine textui ſubiectis, cum Schloſſeri animaduerſionibus in margine imo exhibetur.

A *Briggemanno* View etc. pag. 759 ſqq. adhuc memorantur: A Preſervative, or Triacle againſt the poyſon of *Pelagius*, lately renewed

newed and ſtirred up again by the furious ſect of the Anabaptiſts. By *William Turner*, M. D. Lond. 1551. 8.

Thomae Bradwardini — de cauſſa dei, contra Pelagium, et de virtute cauſſarum — libri tres — — opera et ſtudio *D. Henrici Saulii* — ex ſcriptis codd. nunc primum editi. Londini, ex off. Nortoniana ap. Ioh. Billium. 1618. fol.

Acta aduerſus *Pelagium* et Celeſtium, ex fide trium codd. mſſt. edita in *Vincentii Lirinenſis* Commonitorio. Cantabrig. 1687. 12. p. 300—312.

Peſtiferae aduerſus dei gratiam a *Pelagio* Britanno in eccleſiam inductae haereſeos hiſtoria, in *Iac. Vſſerii* Britannicarum eccleſiarum antiquitatibus. Lond. 1687 fol. cap. VIII—XII.

Pelagii vita in *Georg. Mackenzie* Lives and Characters of the moſt eminent Writers of the Scotſh Nation. Edimb. 1708. fol. pag. 1—16.

De *Pelagio* eiusque doctrina v. quoque *Ed. Stillingfleet* origines britannic. tom. III. Opp. Lond. 1710. fol. pag. 112—117. — *Io. Leland.* commentar. de ſcriptor. Britannicis, ex ed. *Anton. Hall.* Oxon. 1709. vol. I. 8. pag. 33. — *Lardneri* Credibility of the Goſpel Hiſtory. part. II. vol. XI. cap. 125. p. 47 ſqq. Lond. 1754. 8.

Ad

Ad §. 63.

Aurelius Augustinus.

Ad pag. 653. *sect.* 3 et 4.

Acta agerem, finesque migrarem, si post Caueum, Dupin, Tillemont, Fabricium, Oudinum, Ceillerium aliosque ab Hambergero et Saxio laudatos viros doctos vitam Augustini persequerer, aut omnia eius scripta, horumque codices atque editiones enarrarem, nedum recenserem. Atqui vtut cl. *Schoenemann* in Bibl. patrum latin. histor. litteraria, tom. II. p. 8. — 363. in exponenda vita, praesertim in annalibus editionum, versionum atque codicum conficiendis diligentissime versatus, superiorum sedulitatem ac solertiam vicisset: tamen, quod tanta editionum copia haud mirandum, multo minus culpandum est, aliis amplum reliquit spicilegium. Sic censores illius tomi in noua bibl. vniuers. germ. bibliotheca Kilon. vol. XVII. part. II. fasc. V. pag. 279 sqq. inprimis in Ienens. A. L. Z. a. 1798. n. 43. et 44. pag. 338 sqq. Schoenemannianam editionum notitiam vel correxerunt vel amplificarunt. Quam ingens numerus sit editionum, quae vel saec. XV. prelis exierunt, cognosces ex *Maittarii* A. T. eorumque indice, s. tom. V. part. I. p. 91 — 94. inprimis ex cel. *Panzeri* A. T. et indice, s. vol. V. pag. 57 — 61. nec paucas saec. XVI. vsque ad a. 1536. editiones reperies in vol. VI. et

sqq. passim curateque memoratas. *Clement* in Bibl. curieuse, hist. et crit. vol. II. p. 260—282. permultas, easque rariores edd. copiose recensuit: haud paucas late descripsit cl. *Fossius* in catal. bibl. Magliabecchianae. add. cat. *Pinell.* I. nr. 530—553. *Melch. Lud. Widekind* ausführl. Verzeichniss von raren Büchern part. I. pag. 258—265. et alios, qui de libris rarioribus exposuerunt. De versionibus *italicis* vide *Paitoni* in Bibl. degli autori — volgarizzati, tom. I. pag. 9—40. et de *anglicis* cl. *Brüggem.* View etc. p. 748 sqq. ex quibus Schoenemanni notitia potest interdum corrigi et valde locupletari. Quapropter ad illos et reliquos, quos in Notitia iam laudaui, libros praestat ablegare lectores et pauca tantum addere, quam longa nudaque enumeratione et repetitione editionum versionumque aliis creare molestiam. Primum igitur *codd. mssti.* qui custodiuntur in bibl. acad. *Erlang.* maximam partem membran. et multi, nec nominantur a Schoenemanno, breuiter commemorabo. — *Augustinus* in omnes Psalmos, in septem codd. tomisue, — Flores in epp. Paulli ad Romanos, Galatas, Ephesios, Philipp. et Colosss. et ad Corinthios collecti a *Petro* prouinciae Tripolitanae abbat. II. codd. — Flores *Bernardi* Clareuall. et *Augustini*. — *Augustini* liber exhortatorius. — de ciuitate dei explicatus a Thoma Walleis. — de principio epist. Ioannis. — ad matrem suam. —

in

in Genesin ad litteram. (*Hocker* in cat. bibl. Heilsbronnens. p. 6. monuit, illum codicem esse lectionum ab edit. Colon. discrepantium valde feracem, et speciminis loco quasdam adtulit varias lectiones.) — de moribus eccl. — de definitionibus rectae fidei. — de vera innocentia. — Epistolae de mirabilibus S. S. *) et alia August. opuscula in vno volumine. — Confessiones L. 13. II. codd. — liber quaestionum 83. — octo quaestiones. — quaestiones quaedam. — Quaestiones V. et N. T. in tres partes diuisas, quibus quartam addiderunt, XXV. quaestiones complexam, sed spuriam Louanienses *Hilario* Diacono adiudicantes. De his et aliis quaestion. v. Schoen. p. 53. et 54. — Epist. ad Deogratias; — de praedestinatione. — de agone. — de doctrina christiana. — in epistolam ad Romanos epistola. — de coniugio. — Intentiones. — de anima. — de Pascha. — de consensu euangelist. — de sermone in monte habito. — catalogus Augustini librorum. — Sermones, in tribus diuersis codd. **). — Excerpta ex Augustino, in tribus diuersis codd. — de spiritu et anima. — lib. cathol. fidei. (sed v. Schoenem. pag. 55.) — Augu-

 stini

*) De mirabil. S. S. libri III. sunt incerti auctoris, qui post a. 700. vixisse perhibetur.

**) Qui sermones dubiis etc. adnumerentur, eos indicat Schoenemann p. 51 sq.

stini vita, auctore Possidonio, — de trinitate et alia opusc. in vno codice. — de libero arbitrio. — de correptione et gratia. — de praedestinatione contra Pelagianos. — Enchiridion. — de mirabilibus Bibliae. — auctoritates. — In vno *chartaceo* quondam Heilsbron. cod. est dialogus inter animam et b. virginem. — In bibl. quondam Iobstiana sunt codd. chartac. 1) speculum mortis. (est incerti auctoris.) — 2) Epistolae. 3) Augustin. de morte Hieronymi cum epist. Cyrilli. (Supposititiae habentur) — De cod. membr. saec. XII. qui *Augustini* libros de ciuitate dei complectitur et in bibl. scholae prouincialis Portensis adseruatur peculiarem commentationem scripsit *Frider. Gotthilf Freytag.* Lipsiae 1747. 4.

Schoenemannus cum aliis diuidit Augustini scripta in genuina, deperdita et spuria, suppositiția dubiaque. Scripta *genuina*, seruato *Retractationum* ordine, numerat 122. (omissus tamen est p. 38. post num. 51. opusc. *de S. Virginitate.*) *Deperdita*, duce Caueo, 12. Ad *spurios dubiosue* libros refert 83.

Ad pag. 654. *sect.* 4. *lin.* 13.

De edit. libri *de arte praedicandi, Mentel.* v. quoque cel. *Panzer* I, pag. 67. qui aliam eiusdem libri diuersam indicat editionem typis Mentelii f. l. et a. in fol. — De edit. eiusdem libri *Mogunt.* f. l. et a. et de ed. Mogunt. *Augusti.*

Augusti. (vel potius *Honorii Augustodunensis*) libr. de verae vitae cognitione, (quam edit. Moguntin. *Würdtwein* in biblioth. Moguntina pag. 88. a. 1466. adserit,) v. *Panzer* II. p. 138. et 139.

Ad pag. 635. *lin.* 13.

Editionem *de virginitate* s. l. et a. ipse habeo. Meum exemplum conuenire videtur cum eo, quod cl. *Panzer* vol. IV. p. 89 sq. (vbi plura Augustini opusc. sine l. et a. enumerat,) nr. 125. describit, et cuius typi proxime ad illos accedere opinatur, quibus vsi sunt Moguntini: nec differre videtur ab eo, quod cl. *Strauß* in Monumentis citatis p. 66. profert, qui vero nescio an foliorum numerum minus recte indicarit: totum enim opus, scribit, *octodecim* foliis esse absolutum; quum meum exemplum constet XXI. foliis: et totidem etiam numerat cel. Panzer. in suo exemplo. Initium est: *Incipit liber beati augustini epi de sancta virginitate. Hirschingius*, Professor quondam Erlang. ex cuius bibl. in meam transiit iure emtionis exemplum, in fronte ex epistola viri cuiusdam docti refert, Braunium putasse typos esse Colonienses, sed dissensisse et Am Ende et amicum, cui posteriori subtiles et minutiores typi videantur, similes italicis, potissimum iis, quibus Vindelin. de Spira in primis suis libris sit vsus. — De editione eiusdem lib. *Lubec.* 1490. 8. v. *Io.*

Henr. von Seelen selecta litterar. pag. 619. Plura variaque Augusti. opp. saec. XV. *Coloniae* sine indicio l. et a. typis expressa indicat *Panzer* I. p. 326. nr. 378 — 384.

Enchiridion s. l. et a. fol. quod Schoenemann p. 296 sq. ex Seemillero I. p. 156. adfert est quoque in bibl. Erlang. inter libros Iobstianos; prodiit quoque s. l. et a. (Coloniae typis Vlr. Zell.) in 4. et (Moguntiae typ. Io. Fust et Pet. Schoiffer.) in 4. v. *Panzer* l. c. et II. p. 140. — Notanda est editio: *D. Aurelii Augustini* Enchiridion — liber vtilissimus — multis mendis et glossematis, quibus antea scatebat, ex veteri msto repurgatus et commentariis illustratus per *Lamb. Danaeum*, Genevae ap. Eustath. Vignon. 1575. 8. — auct. ibid. 1579. 8. et in opusc. theologicis *Lamb. Danaei* ibid. 1583. fol. pag. 729 sqq.

Ad pag. 655. lin. 27.

Confessionum libr. edd. recenset *Schoenem.* pag. 235 sqq. Sed quam ego nominaui ed. August. Vindel. 1475. et *Zapf* in Augspurgs Buchdruckergesch. I. p. 34. Murrii fide adtulit, ea valde dubia et in nomine vrbis error commissus esse videtur, nec *Panzer*, eam mentione dignam censuit. Contra libros illos *Mediolani* 1475. typis Ioan. Theuton. (non, vt Saxius putabat, Ioan. Wurster. de Cam-

Campidonia,) docent Schoenemann *), cum primis *Panzer* II. p. 22, et catal. *Pinell.* I. p. 91, vbi cel. *Morell.* in not. aliam *Confessionum* edit. sine l. et a. fol. describit; quam quidem edit. principem *Panzer* I. p. 68. inter libros refert, qui Argentorati typis Io. Mentelii excusi sunt. — A Schoenemanno omissas *Confessionum* edd. addit censor in Jen. A. L. Z. nr. 44. p. 346. sequentes, Colon. 1683. 12. — Lipsiae 1748. med. 8. — Viennae 1770. 8. — latin. cum gallica versione notisque historicis et chronologicis R. P. D. R. Bened. de la Congregation de S. Maur. Paris. 1741. 8. II. voll. (v. Journ. des Sçavans. Octobr. 1741. p. 250.)

Editt. *enarrationum in Psalmos* recenset *Schoenem.* p. 317 sqq. Sed notandum est ed. ab eo memoratam *Basil.* 1494. non *Basileae*, sed *Venetiis* typis esse expressam, et edit. Basil. per Amerbach. a. 1495. esse suspectam. De *Basil.* autem edit. Amerbach. a. 1497. diligenter agit *Freytag.* in adparatu litterar. II. p. 874 sq.

Ad

*) Censor in Bibl. vniu. Kil. p. 282. laudat Memorie per servire all' Istor. lett. tom. XI. in Catalogo ragionato di Libri del Quatrocento, vbi auctor quoque contra Saxium disputans, suspicatur, typis Io. Lignani excusam esse illam edit. Mediolan.

Ad pag. 656. lin. 26.

De illa *epistolar.* edit. a. 1493. quam ipse habeo, conf. *Freytag.* l. m. pag. 873 sq. — De reliquis *epistolarum* edd. v. *Schoenem.* p. 320 sqq. Censor Jen. l. c. p. 348. alias excitat editt. n. edit. s. l. et a. fol. (quam *Panzer* I. pag. 68. Argentorat. typis Mentel. excusam tradit.) et Venetiis per Bernardin. Benalium sine nota anni. 4. quam etiam *Panzer* III. p. 496. citat. Exemplum edit. s. l. et a. fol. est in Erlang. bibl. inter libros Iobstianos. conf. *Braun* notitia — de libris — in bibl. ad S. S. Vdalr. et Afram etc. I. pag. 10 sq. — Recentiores edd. sunt: *S. Aurel. Augustini* et aliorum quorumdam ad ipsum vel eius caussa scriptae epistolae CCLXXVIII. cum appendice supposititiarum, variis lectt. aliisque marginalibus et indicibus — editae cura *Lucae Frid. Reinharti*, Norimbergensis, S. Theol. in vniuersit. Altdorfina P. P. Francof. sumt. Ioan. Crameri 1668. 4. —

S. August. — ad Optatum episc. Milevitanum de natura et origine animae epistola secunda. Accessit eiusdem S. August. epistola de poenis paruulorum, qui sine baptismo decedunt, scripta ad Petrum et Abraham. Prodeunt nunc primum ex bibl. — S. Benedicti inferioris Austriae Gottwicensis. Viennae Austriae typis I. Petri von Ghelen 1732. fol. mai.

mai. — et anno seq. ibid. ap. Io. Ad. Schmid. bibliopol. Noribergens. — *Augusti*, epp. duae, recens in Germania repertae, notis criticis, historicis et chronologicis illustratae opera et studio *D. Iac. Martin.* Paris. 1734. fol. — Eaedem cum versione gallica notisque. Paris. 8. — De reliquis versionibus Gallo-francicis v. *Schoenem.* p. 327 sqq.

Sermonum et *homiliarum* permultas edd. recensuit aut excitauit idem *Schoenemann.* pag. 328 sqq. nec paucas tamen suppleuit censor lenens. p. 348. *Sermonem I.* et *sermonem VI.* de natiuitate Christi, in *Christiani Daumii* in diuorum patrum — Homiliis ac meditatt. in Festum natiuitatis I. C. iam in Notitia laudaui.

Antiquus de epiphania domini sermo, qui in vetusto quodam cod. S. Augustino tribuitur, primum editus est a *F. O. Menken* in Miscell. Lipsiens. nouis, vol. IX. part. III. p. 482 sqq.

Ad pag. 656. *lin. vlt.*

Schoenem. notitiae p. 342. add. *Soliloquium*, (Augustae Vindel. char. goth. Gunth. Zainer) 1473. fol. v. bibl. Schwarz. II. p. 120. *Panzer* I. p. 103. — s. l. et a. vid. *Seemiller* l. c. IV. p. 147. fin. — Winterbergae in Bohemia, per Io. dictum Alacraio. 1484. 4. — *Io. Aloysius Mingarelli* in Veterum Latinorum opusculis nunquam antehac editis, euulgauit *Solilóquiorum* ad Augustinum

auctо-

auctorem vulgo relatorum caput nouissimum. Bononiae 1751. 4. mai. p. 197 sqq. — Plurium versionum *italicarum* edd. indicauit censor Ien. p. 342. fin.

Ad pag. 657. et 658.

Editt. *de ciuitate dei* *) recenset *Schoenem.* p. 265 sqq. sed censor *Ienens.* p. 346 sq. addit edd. Paris. 1479. fol. — Louanii per Io. Paderborn. de Westphalia. 1495. fol. (de quibus et reliquis etiam cel. *Panzer* in A. T. agit.) **) — Lugd. 1560. 8. — *Augustin. de ciui-*

*) De quo libro v. *Huetium* in Huetianis art. X. Amstel. 1723. mai. 12. coll. *Stolle* in Nachrichten von den Büchern — in der Stollischen Bibl. vol. I. p. 678 sqq. (iterum in parte XVIII. p. 155.) inprimis p. 684. et ibid. p. 689. in censura libri: Melange critiq. de Litterature — de feu Mr. Ancillon. Basileae 1698. 12.

**) Idem *Panzer* in vol. VI. p. 179. ex Schnitzer l. c. V, p. 29. et bibl. Rosoff. I. p. 275. refert edit. *D. Augustini libr. de ciuitate dei XXII.* In eosdem commentaria *Thomae valois* et *Nicolai trivetb.* cum addition. Iac. Passavantii. Et *theologice veritates Franc. Maronis.* In fin. *Basileae ex aedibus impressoriis* (*Io. Amerbachii*) a. M. D. V. fol. — De ed. *Venetа* 1475. v. cl. *Reuss* in Beschreibung merkwürdiger Bücher auf der Universit. Bibl. zu Tübingen. (Tubingae 1780. 8.) p. 69 sqq. qui maximam partem praefat. Ienseni recudendam curauit.

ciuitate dei libri XXII. veterum exemplarium collatione nunc demum castigatissimi facti, eruditissimisque doct. *Ludou. Viuis* commentariis illustrati. Geneu. 1622. 8. — *Augustini* libri XXII. de ciuitate dei castigati et illustrati opera Monachorum Paris. S. Mauri. In hac Veneta editione accedunt collationes *Ios. Blanchini*, Monachi Veronens. Venetiis. 1732. fol.

Augustini liber de musica est quoque in libro: *Veterum aliquot* de arte rhetorica traditiones, de tropis inprimis et schematibus verborum et sententiarum non aspernenda *opuscula* etc. Basil. 1521. 4. adnotante cl. *Müllero* in ephem. litterar. Erfurt. a. 1800. nr. 25. p. 194. ad supplendam notitiam Panzer. operis in vol. VI. p. 223. n. 307.

Ad pag. 659. *lin.* 25.

Collectiones opusculorum quorumdam, quorum commemoratio desideratur in Schoenem. narratione, censor Ienens. addit. seqq. vt et versiones omittam, et edd. multas singulorum opusculorum, (coll. Panzeri A. T.) s. l. et a. (Spirae.) min. 4. — s. l. et typographi indicio. 1472. 4. — s. l. et a. mai. 8. — Venetiis per Pelegrinum de Pasqualibus de Bononia. 1482. 8. (sed *Panzer* III. p. 184. legendum suspicatur 1492. 4.) — per Richardum de Paffroedi. Dauentriae 1483. 4. — Brixiae, Angelus Britannicus de Pallazolo. 1488.

1488. min. 8. — Coloniae. Io. Gymnic. 1530. 8. — Paris. Frid. Leonard. 1664. 4. — In vol. V. Bibliothecae patrum asceticae. Paris. ap. Frid. Leonard. 1665. 4. — *Augustini* opuscula quaedam selecta. 1726. 8. III. voll.

Augustini Meditationes, soliloquia et manuale: collatione Msst. exemplarium emendata et annotatis passim S. S. allegationibus aucta. Colon. ex offic. Birkmannica. 1594. 12. — Meditat. Soliloquia et manuale. Romae per Barth. Lupard. 1672. 8. — Manuale et Soliloquia sunt quoque translata a *Neophyto Rhodino* in linguam neo-graecam. Romae, typis Propag. 1637. 12.

Ad pag. 659. *lin. ult.*

Legendum esse videtur 1483. v. *Panzer* III. p. 195. et in Jen. A. L. Z. l. c. pag. 339. Namque *Venet.* 1484. 4. alia plurimumque opusculorum collectio prodiit. v. *Panzer* III. p. 209 sq. et alios bene multos ab eo citatos: add. *Schoenem.* p. 75 sq. vbi tamen alius collectionis Venetae eiusdem anni titulus et notitia exhibetur.

Ad pag. 660. *lin.* 6.

De edd. Opp. cura *Erasmi*, Basil. 1529. fol. — et per theologos Louanienses in lucem emissorum, tom. X. Colon. Agripp. 1616. fol. v. *Hocker.* Bibl. Heilsbron. p. 139.

139. — Notanda est edit. *Basil.* in officina Froben. per Hieron. Froben. et Nic. Episcop. 1543. fol. XI. tom. quam diligenter recenset Schoenem. p. 107 sqq. — recus. et teste Oudino auctior: Basil. per eosdem typogr. 1556. fol. X. tom. — Basileae per Froben. 1569. fol. XI. tom. v. *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürd. Büchern. tom. IX. p. 400 sqq. — Idem Schoenem. pag. 114 sq. edit. Venet. 1552. 4. X. tomis laudat, quam vero *Clement* II. p. 269 sqq. curiosius latiusque describit. Tomi autem IV. V. et VI. in fronte habent notam a. 1551. — tomi VII. VIII. IX. et X. notam a. 1550. — tres autem priores et tom. indicis not. anni 1552. — Paris. ex edit. Antwerpiensi, sed XIII. homiliis auctior. 1586. XI. tom. fol. — Opera per theologos Lovanienses emendata. Genev. exc. Iac. Stoer. 1596. XI. tom. 8. et saepius Parisiis, fol. etiam Colon. Agripp. 1616. v. *Schoenem.* p. 138 sqq. et de edit. Benedictin. Paris. 1679 — 1700. eumdem p. 144 — 180. Conf. *de Sainjore*, (h. e. Richard. Simon,) Biblioth. critique, tom. III. Amstelod. 1710. mai. 8. cap. XI. tum Lettres choisies de M. *Simon* — nouvelle edit. IV. tom. Amstelod. 1730. 8. tom. III. epist. V. pag. 34 sq. et *Anton. Vincentii Thuillier* Histoire de la nouvelle edition de St. Augustin, donnée par les P. P. Benedictins de la Congregation de St. Maur. En France. (Paris.) 1736. 4.

Ex *Brüggemanni* View etc. p. 747. missis versionibus, quae multae sunt, anglicis, adhuc memorare iuuat editt. et deinde quosdam alios libros, ad Augustinum pertinentes:

Cuiusdam fidelis christiani epistola ad Christianos omnes. — Subsequitur et D. *Augustini* de miseria ac breuitate huius mortalis vitae sermo etc. Cantabrig. 1521. 4.

Augustini liber de haeresibus. Oxoniae. 1631. 8. — *August.* liber de haeresibus ad Quoduultdeum, cum *Vincentii Lirinensis* commonitorio. Cantabrigiae, 1687. 12. pag. 151 sqq. — Liber de haeresibus — vna cum *Gennadii Massalientis* appendice. Edidit notisque illustrauit *Eduard. Welchman.* Oxon. e theatro Sheldon. 1721. 8.

Augustini — Confessionum libri XIII. vario commentariorum genere illustrati — opera et studio *Fr. Archangeli a Praesentatione*, sacerd. Florentiae ex typographia Petri Caietani Viuiani. 1757.

Ad pag. 661. *lin.* 23.

De *Sirmondi* Opp. vid. quoque *Neocori* (Küsteri) Biblioth. librorum nouorum, Traiect. ad Rhen. m. Iun. et Iul. 1697. p. 185 sqq. p. 200 et 203 sqq. et m. Aug. ac Sept. p. 285.

Ad pag. 661. *lin. antepen.*

Idem *Teegius* edidit *August.* de spiritu et littera ad Marcellinum librum vnum e recensione

sione Benedictinor. varietate lectionum animadversionibusque brevibus illustratum. Lipsiae 1767. 8. — correct. ibid. 1770. 8.

Sermonum plures variae exstant edd. Et tamen *Denis* XXV. orationes August. ineditas reperit et vulgavit primus:

S. Aur. Augustini — Sermones inediti, admixtis quibusdam dubiis. E membranis saec. XII. bibl. Palatinae Vindobon. summa fide descripsit, illustravit, indicibus instruxit *Mich. Denis.* Vindobonae 1792. med. fol. conf. ephem. litterar. Gotting. a. 1794. nr. 132. p. 1325 sq. — Atque *Franc. Fontani* in Nouis eruditorum s. veterum ἀνεκδότων opusculorum Collectaneis, tom. III. Florent. 1793. 8. e codd. edidit quatuor opuscula, quorum auctorem fuisse Augustinum itidem docuit: 1) librum de oratione, pag. 3 sqq. 2) libr. de quatuor virtutibus charitatis, p. 44. 3) homiliam in IV. Dom. de aduentu, p. 61. 4) sermonem in circumcisionem dom. pag. 68 sqq.

Augustin. contra secundam *Iuliani* *) responsionem, operis imperfecti libros VI. scripsit, quorum duo libros priores *Mesardus*,

*) De illo *Iuliano*, episcopo Eclanensi, circ. a. Chr. 418. eius fatis, controuersiis, scriptisque, quorum genuinorum tantum supersunt fragmenta, v. *Fabric.* B. med. latin. tom. IV. p. 195 sqq. ed. Mansii, *Saxii* Onom. I. p. 485. inprimis *Schoenem.* l. c. pag. 570—582.

Iuliomagi Andium propraetor, primus e MSStis edidit, addiditque *Augustini de gestis Pelagii* libr. Lutetiae. 1617. 8. de qua et reliquis editt. v. *Schoenem.* p. 294 sqq. — Addere iuuat:

Iuliani, eines Pelagianischen Bischofs, Widerlegung der Bücher Augustins veber den Ehestand vnd die Lust. Ein Beytrag zur Dogmengeschichte in einem deutschen Auszuge von *Gr. Hieronym. Conrad Rosenmüller*, der Gottesgelahrheit Beflissenen. Nebst einer Vorrede von D. I. Ge. Rosenmüller. Lips. 1796. 8. Ex II. libr. Augustini contra Iulianum excerpta et veluti epitome praemittuntur, quoniam in illis Augustini placita de peccato, quod vocant, originali, et praecipua systematis Augustiniani dogmata proponuntur, et de aliis libris Augustini contra Iulianum agitur etc. In animaduersionibus ex Augustini responsionibus adferuntur memoratu digniora; at de Augustino ipso acerbe interdum iudicatur.

Augustini vitam, scriptore B. *Iordano de Saxonia*, et quaedam opuscula fragmentaque Augustino perperam adtributa, aut dubia edidit *Iacob. Hommey* in Supplement. patrum etc. Paris. 1686. 8. pag. 569 sqq. et de illis disserit.

Longiora ex *Augustini* Confessionibus et alia breuiora ex eius Retractationibus excerpta, germanice versa, exstant in: Bekenntnisse

niſſe merkwürdiger Männer von ſich ſelbſt, herausgegeben von *Io. Ge. Müller.* Winterthur. 1793.

Aurelius Auguſtinus Bekenntniſſe. Aus dem Lateiniſchen uebergeſetzt von *Adolf Gröninger.* Münſter 1798. m. 8. conf. ephem. litterar. Würzburg. a. 1799. nr. 90.

Ad pag. 663. ſect. 6. fin. antep.

Leg. *Cantabrig.* typis academ. — Pro. ſtant — Londini 1707. 8. — rec. Londin. 1728. 8. — In Hiſtoire de l'Inquiſition et ſon origine, (auctore Iac. Marſollier.) Coloniae ap. Petr. Marteau. 1693. mai. 12. (de quo raro libro v. *Stolle* in Nachricht etc. I. pag. 809 ſqq.) p. 60 ſqq. de Auguſtino agitur. — *Ioſ. Zola*, Prof. emeriti Ticin. de ratione et auctoritate, praecipue S. Auguſtini in rebus theologicis diſſ. excerpta ex Auguſtino Ianſenii, cum prologo galeato et ſcripto Clement. V. P. M. in quo praecipue dogmata de gratia Chriſti exponuntur. Ticini. 1788. 8.

Saint Auſtin Religion collected from his own Writings, by *John Brearley.* Lond. 1620. 8.

St. Auſtin's Religion (per anonymum,) proving out of his Works, that he diſſented from Popery. Lond. 1624. 4. — In eodem argumento probando verſatus eſt *Wil. Crompton*, in libro anglice ſcripto, Lond. 1625. 4.

An Answer to Mr. Waterland's Charge of S. Austin's Doctrine of the Christian Sacrifice. Londini 1739. 8. — *Nathan. Lardner.* in Credibility of the Gospel History, Lond. 1753. 8. part. II. vol. X. cap. 117. p. 198 — 303. Augustini vitam etc. enarrat.

M. *Io. Koellner.* diss. histor. philosoph. in qua D. Aur. Augustini libri tres de libero arbitrio tractantur, part. I. et II. Ienae 1796. 8. Breuia sunt excerpta secundum capita, in quibus exponitur Augustini de libero arbitrio doctrina: cuius summa haec est, iudice Koellnero, ab Augustino hominem habitum esse imparem suae ipsius emendationi; hinc illum semper confugisse ad diuinam gratiam; caussam vero illius iudicii repetendam esse a vita Augustini, antea male acta, et in Manichaeorum secta, cui in iuuentute erat addictus. — *De retractationibus eruditorum,* (adeoque Augustini,) disputat. ventilauit M. *Io. Georg. Neumann,* resp. Petro Hoiero, Wittenbergae d. XVI. Dec. 1685. 4. — Denique animadvertam, *Augustini libros* XV. *de trinitate* in linguam graecam esse translatos a *Maximo Planude:* codicem, in quo illi supersunt, Vindobon. describit *Lambec.* in comment. de Bibl. caesarea, vol. IV. p. 356 sqq. edit. Kollar. cuius notam et *Fabric.* B. Gr. vol. X. p. 533 sq. conferes. Fabric. praeterea ex Gesneri Bibl. pag. 509. refert, a Planude quoque

que graece versos esse *libros Augustini de civitate dei.*

Ab *Aurelio Augustino* diuersus est *Aurelius episcopus Carthaginiensis*, a. Chr. 392. cuius *epistola ad omnes episcopos, — — — de damnatione Pelagii atque Coelestii haereticorum*, secundum rescriptum Honorii, scr. a. 419. superstes in pluribus Conciliorum collectionibus aut aliorum opp. nouissime in *Andr. Gallandii* Bibl. patrum, tom. VIII. p. 129 sq. formulis typograph. est descripta, v. *Schoenemann* l. c. tom. II. pag. 1—7.

§. 64. *ad pag.* 664. *sect.* 2.

De *Flauio Mallio* v. Saxii Qu. I. p. 464.

§. 65.

Tyrannius Rufinus.

Ad pag. 665. *sect.* 2, *et* 3.

Tyrannii Rufini vitam scriptaque post *Fontaninum* laudatum diligentius atque latius expositi, discessione interdum a Fontan. facta, *Fr. Jo. Franc. Bernard. Mar. de Rubeis* in docto opere inscripto: Dissertationes duae. Prima de Turranio, seu Tyrannio Rufino, monacho et presbytero: altera de vetustis Liturgicis aliisque sacris ritibus, qui vigebant olim in aliquibus Foroiulienſis prouinciae ecclesiis. Venet. 1754. 4. Vtrumque inui-

cem ſedulo contulit, et quae Rubaeus certius vel veriſimilius explicuiſſet, aut adoptauit ſtatim aut adnotauit, atque edit. primum propriorum, dein Euſebii H. E. a Rufino conuerſae duobusque libris auctae; poſtea Rufini hiſtoriae eremiticae ſiue de vitis patrum, (olim ſub Hieronymi nomine ſaepius editae,) denique Baſilii aliorumque Graecorum patrum a Rufino verſorum, curate recenſet cl. *Schoenemann* in Bibl. patr. lat. etc. tom. I. p. 571—639. vnde, qui cupit, ſitim explere poterit.

Ad pag. 666. *nr.* 4, *lin.* 3.

Illam edit. Rom. 1470. ſpuriam quoque habet *Panzer* II. p. 422. et ſuſpicatur, eſſe verſionem Euſebii, Romae 1476. editam.

De *expoſitione in ſymbolo apoſtolorum*, ſub *Hieronymi* nomine edita *Oxon.* M.CCCC.LXVIII. (1468.) 4. (8.) num revera hoc anno prelo exierit, controuerſia orta eſt. *Middleton* in diſſ. de origine typograph. in Anglia notam a. LXVIII. ſtatuit eſſe mendoſam et mutandam in LXXVII. Secus ſentit *Meermann* Orig. typogr. II. p. 26 ſq. arbitrans, Fridericum de Corſellis hunc libr. ſubieciſſe prelo. vid. *Schoenem.* pag. 583 ſq. *Panzer* II. p. 243. et *Brüggemann* View etc. pag. 756 ſq. — *Ruffini* expoſitio in Symbolum Apoſtolorum: ad calcem Opp. S. Cypriani, ed. Io. Fell. Oxon. 1682. fol.

Ad

Ad pag. 666. *lin.* 15.

Illa ed. a. 1474. expreſſa eſt Vltraiecti typis Nic. Ketelaer et Gerhardi de Lempt; *Clement* autem Bibl. cur. tom. VIII. p. 181 male dedit Ioanni de Lignamine, typographo romano, ſecundum *Panzer* III. p. 546. — *Romae* vero apud Io. Phil. de Lignamine a. 1476. illum excuſum eſſe librum, monent *Clement* l. m. p. 184 ſq. *Schoenem.* l. c. et quos hic laudat. Idem multo plures recenſet edd. quarum nouiſſima eſt:

Eccleſiaſticae hiſtoriae Euſebii Pamphili libri nouem *Ruffino* Aquileienſi interprete, ac duo ipſius *Ruffini* libri. Opus in duas partes diſtributum, quarum altera Euſebii, altera *Ruffini* libros continet ad Vaticanos MSS. codd. exactos, notisque illuſtratos labore ac ſtudio *F. Petri Thomae Cacciari* a Bononia Carmelitae etc. Accedit poſtremae parti eiusdem diſſ. de vita, fide ac Euſebiana ipſa *Ruffini* translatione, et cum indice locupl. Romae, typis Anton. de Rubeis. 1740. 1741. II. tom. 4.

Ad pag. 667. *ſect.* 6.

In bibl. acad. *Erlang.* ſunt in cod. membr. Origenes homiliae ſuper Ioſuam cum prologo *Rufini* in 4. (confer *de Rubeis* l. c. pag. 127 ſqq.) et ſub nomine Hieronymi in cod. membr. *Vitae ſanctorum.* v. *Hocker.* bibl. Hailsbronnenſ. p. 7. et 54. et ſupra ad Ambroſium

broſium atque Hieronymum §. 61. et 62. ſcripta, et de eod. Mediolan. qui continere dicitur aliquot libros Flauii Ioſephi de antiqq. iudaicis, *Rufino* interprete, ſi diis placet, vide *Fontanin.* l. c. pag. 392 ſqq. *Ceillier* in Hiſt. generale des Auteurs S. S. et E. E. tom. X. cap. I. vbi de Rufino agitur, art. VII. et quae adnotaui ad *Fabricii* B. Gr. in capite de Ioſepho, vol. V. pag. 22 ſq.

Ad pag. 667. *ſect.* 7. *lin.* 3.

Rufin. de metris additus eſt *Priſciani* operibus grammaticis 1472. f. l. et typographi nota. (Venetiis char. Vindel. de Spira,) Fol. v. *Panzer* A. T. III. p. 88. et IV. p. 7.

A *Turranio Rufino* quoque diuerſus eſt *Rufinus* presbyter, quem Romam et Mediolanum miſerat Hieronymus, et qui Romae apud Pammachium negaſſe dicitur *traducem peccati*, iudice *de Rubeis* cap. XIII. pag. 92.

Ad §. 66.

Sulpitius Seuerus.

Ad pag. 668. *ſect.* 1.

Sulpitium a. 410. aut aliquanto poſt, Maſſiliae diem obiiſſe, demonſtrare adniſus eſt *Hieron. de Prato* in vita Sulpitii Seueri, praef. eiusd. Opp. Atque ſummam illius diſſ. dedit cl. *Schoenemann* in Bibl. patrum latin. hiſtor. litteraria, cap. V. tom. II. p. 368 ſq. vbi a

pag.

pag. 366 — 410. historiam vitae, librorum, horumque edd. atque codd. MSS. contexuit. Addere iuuat, in bibl. acad. Erlang. in cod. membr. esse *Sulpitii Seueri vitam S. Martini* *).

Ad pag. 668, *lin. vlt.*

Inter epistolas, a Dacherio vulgatas, quintam, ad Paulinum inscriptam, falso tribui Severo Sulpitio, eamque iudice Hieron. de Prato praef. §. XXII. potius esse *Plebis Circensis* ad S. Augustinum, et hunc ei respondere epistola CXLIV. in edit. PP. Maurinorum, obseruat *Schoenem.* pag. 372. — De tempore, quo Sulpit. quasdam scripserit epp. et quando euulgauit vitam Martini, n. post a. 400, Martino

*) De *Martino Turonensi*, mortuo a. Chr. 400. sub cuius nomine vnius paginae *Confessio fidei de S. Trinitate* circumfertur, aliis tamen dissentientibus, et de editt. illius v. *Schoenemann* l. c. tom. I. pag. 419 sqq. Prodiit vero illud opusculum primum cum aliis opusculis: *Sulpicii Seueri* de vita S. Martini libri II. *Ottonis Cluniacensis* de S. Martino, *Gregorii Turonensis*, edita ab *Hieranymo Chiffouaeo*. Paris. 15. 1. 4. — emendat. cura et cum comment. *Thomae Beauxamis*, cum Sulp. Seu. de vita B. Martini. Paris. 1571. — tum in Bibliothecis P. P. aliisque collectionibus. — nouissime in *Andr. Gallandii* Bibl. vett. P. P. tom. VII. p. 599. coll. eius prolegg. cap. XVIII. pag. XXVI. add. *Saxii* Onom. I. p. 435. et quos ille laudat.

tino d. XI. Nou. a. 400. mortuo, disputrit *de Rubeis* in diss. de Turranio Rufino pag. 79 sqq. et p. 126.

Ad pag. 669. sect. 4.

De edit. Sulp. Seu. cum vita Martini Paris. v. supra ad §. 60. nr. 4. — *Sulpicii Seu.* Opp. omnia. Basil. 1563. 16. — Bibliotheca historiae sacrae veteris testamenti, seu exercitationes in S. S. et Iosephum, per modum commentarii in *historiam sacram Sulpicii Severi*, distributae II. tomis. — auctore *Christiano Schotano*, S. S. L. I. doctore. Franequerae ex offic. Io. Wellens. 1661 — 1664. fol. II. tom. v. *Schoenemann.* p. 391 sq.

Sulpicii Severi opera omnia, germanae et antiquae restituta lectioni, — historicis et christianis notatiunculis illustrata — — opera et diligentia M. *Hieron. Mercier.* Paris. 1675. 8. v. *Schoenem.* p. 393 sqq.

Ad pag. 670. lin. 12.

Sulpicii Severi opera omnia. — (ex rec. Hier. de Prato.) — Accesser. Epp. VII. superiore saeculo euulgatae, quae in ed. Veronensi desiderantur; in Bibl. PP. et SS. eccl. *Andr. Gallandii*, tom. VIII. pag. 355 — 432. In prolegg. cap. XVI. vita scriptaque Seueri enarrantur. — De cod. membr. Bibl. Rhenaugiensis, Seueri Sulpitii libr. dialogorum de vita et gestis S. S. *Martini* et *Brictii* episcoporum

porum Taronenſium, ſaec. X. v. *Ge. Wilh. Zapf* Reiſen in einige Klöſter Schwabens etc. Erlang. 1786. 4. pag. 140 ſq. Secundum illum igitur cod. Sulpic. Seu. ſcripſit quoque *Briccii* vitam.

Ad pag. 671. lin. 5.

Item in poetis latinis ab Aldo collectis. Venet. ap. Ald. 1502. 4. — De interpr. *italica* vitae S. Martini, per Beuilaquam, Veronae 1751. 8. — et dialogorum ibid. 1752. 8. v. *Paitoni* Bibl. degli autori — volgarizz. tom. IV. p. 75 ſq. ac *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia. vol. II. part. II. pag. 1111. — Leben vnd Thaten des heil. *Martinus*, Biſchofs von Tours — erſten vnd vornehmſten Schutzheiligen der Erzprimatialkirche Deutſchlands zu Mainz, aus dem Lateiniſchen des *Sulpitius Severus* vberſetzt, vnd mit hiſtoriſch, philoſoph. kritiſchen Anmerkungen verſehen von einem katholiſchen Pfarrer aus Deutſchlothringen. I. Theil. Saarlouis. 1791. 8.

Ad pag. 671. ſect. 6.

Io. Iac. Burcard. ſtrictura quaedam ad Sulpicii Seu. H. E. Baſileae 1790. 4. — *Io. Dan. van Hoven* in Campenſibus ſiue ſpicilegiis critico — antiquariis etc. Amſtelod. et Campis 1779. 4. nr. 4. collegit ſpicilegium obſſ. in *Sulpicii Severi* hiſtoriam ſacram et ſomnium Nebucadnezaris ibidem enarratum. —

Lard-

Lardner in Credibility etc. part. II. vol. X. cap. CXV. p. 183 — 191.

Ad §. 67.

Paulus Oroſius.

Ad pag. 674. *lin.* 1.

De edit. *Auguſt.* per *Io. Schüſſler*, (ita enim nomen ſcribitur.) v. cl. *Panzer* A. T. I. pag. 101. qui plures laudat eamque etiam principem nominat: — et de *Vicentina* ed. circa ann. 1475. fol. in vol. III. p. 522. — De *Oroſio*, eius ſcriptis, horumque edd. codd. ac verſionibus plura dabit cl. *Schoenem.* Bibl. patr. lat. II. p. 481 — 507.

Ad pag. 674. *lin.* 12.

Quam editionem ſ. l. et a. *Vicentinam* eſſe, ex Pinelli catal. notauimus, eam *Venetiis* per Leonard. *Baſilienſem* eſſe excuſam, ſtatuit cl. *Panzer* III. pag. 492 ſq. num vero haec, an *Vicentina* ſ. a. per Hermann. Lichtenſt. praeceſſerit, haud exploratum eſſe ſcribit. — Add. edit. *Venet.* a. 1484. fol. per *Erhard. Ratdolt*, quam quidem ex Orlando p. 374. citat *Maittaire* A. T. ind. II. pag. 107. ſed omiſit *Zapf* in Augsburg. Buchdruck. Geſchichte in indice libror. quos Ratdoltus Venetiis ex prelo emiſit. — et edit. Venet. per Chriſtofor. de Penſis. 1499. fol. (*Panzer* III. pag.

pag. 456.) — *Colon.* per Hermann. 4. sine anni nota.

Hortuesta Pauli Orosii, quam olim patrio sermone donauit *Aelfredus* magnus, Anglo-Saxonum rex doctissimus, ad exemplar Ianianum descriptum edidit *Guil. Elstob.* — Oxoniae 1690. 8. — Eadem versio Anglo-Saxon. cum versione anglica (per *Daines Barrington* et cum notis *Io. Reinhold Forster.*) Londini 1773. 8. vid. *Brüggemann* View etc. p. 761.

§. 68.

Aur. Macrobius Ambros. Theodosius.

Ad pag. 677. sect. 4. lin. 6.

Post voc. *fol.* adde: *Venetiis*, opera et impens. Nic. Ienson. Gallici. 1472. fol. v. *Panzer* A. T. III. p. 89. nr. 93. qui plures laudat testes. — Edit. *Brixiensem* ad a. 1483. *die VI. Iun.* refert quoque *Panzer* I. p. 245. ad catal. Pinell. III. p. 116. et Soubise p. 315. provocans; pag. tamen 246. n. 25. aliam *Brixiensem* edit. per Bonnum de Bonnis de Ragusia 1485. *die vltimo Maii*, fol. min. memorat, testesque laudat idoneos. Quare error non est in Ernesti notitia. — Eodem a. 1485. fol. Lipsiae prodiit *Macrobius.*

Contra tertia *Brixiensis* editio inscripta: *Macrobius* de Somnio Scipionis; nec non de Saturnalibus libri summa diligentia suo nitori resti-

restituti, in quo plus, quam ter mille errores corriguntur, Graecumque, quod in olim impressis deerat, fere omnibus locis reponitur, *per Angelum Britannicum*, non, (vt in Notitia vitiose scriptum est,) 1521. sed testibus *Hambergero* l. c. et *Panzero* VI. pag. 338. MDI. (1501.) *die mensis Ianuarii* lucem vidit.

Ad pag. 677. lin. vlt.

Macrobius integer, nitidus suoque decori a *Io. Riuio* restitutus, venundatur ab Iodoco Badio et Io. Paruo. Ad calcem: *Parrhis.* accuratione Ascensiana. 1515. fol.

Ad pag. 678. lin. 22.

Edit. Stephan. 1585. 8. (quam in manibus habui,) est inscripta:

Aurelii Macrobii — in somnium Scipionis libri II. *Eiusdem* conuiu. libri VII. De hac editione lege ad Lectorem epistolam *Henrici Stephani*, a quo tibi dabuntur etiam quaedam excerpta ex eiusdem Macrobii libro, quem inscripsit *de differentiis et societatibus graecis latinisque verbis* Paris. cum priuilegio Caesaris et Gallorum Regis in decennium. Anno MDLXXXV. 8. Excerpta illa sunt ex codice Pithoei, a Lud. Carrione collato; ex quo cod. Macrobius multis locis emendatus est a Stephano, qui tamen fatetur, et dolet, Curionem nonnullis in locis discessisse a codicis lectione. Exemplo mirci additae sunt

Hen-

Henrici Stephani Noctes Parisinae, atticis *A. Gellii* noctibus inuigilatae. E viginti septem.

Ad pag. 679. *sect.* 6.

Macrobium fuisse deorum cultorem, adseuerant *Spanhem.* et *Masson*, v. Fabr. B. L. tom. III. libr. III. c. 14. init. in nota, et *Massoni* libr. a *Brüggemanno*, View etc. p. 760. excitatum. Contra *Barth.* Aduersar. p. 2258. eum adnumerat Christianis.

§. 69.

Io. Cassianus.

Ad pag. 681. *sect.* 3. et 4.

De *Cassiano* eiusque libris tam genuinis, quam suppositiis, ac de edd. atque versionibus plura tradidit cl. *Schoenemann* in Bibl. patrum latin. tom. II. p. 669 — 697. — In bibl. acad. Erlang. sunt in cod. membr. *Cassiani* collationes. v. de eo *Hocker.* in catal. bibl. Hailsbronn. pag. 56 sq. qui, dolendum, ait, in fine de Isaaci Abbatis Collationibus viginti octo deesse.

De ed. *Basilaeensi* 1484. (quae est quoque in bibl. Erlang. inter libros Iobstian.) vid. *Panzer* A. T. I. pag. 156. qui adnotat, edid. a. 1483. quam adfert Maittaire IV. p. 778. ex Haltervord. esse fabulam. — Ex catal. autem Thottiano tom. VII. p. 38. idem V. C. vol. III. p. 469. citat *Cassiani* collationes patrum,

trum, fol. sine indicio anni, loci et typographi. — In editione *Venata* a. 1491. reliquis *Cassiani* operibus additae sunt *collationes patrum.* vid. *Fossii* catal. biblioth. Magliabech. tom. I. p. 483. et *Panzer.* p. 310. — recus. Bonon. ap. Bened. Hector. 1521. 8. et Lugduni 1525. 8. — *Io. Cassiani* de incarnatione domini libr. VII. iam recens editi, (primum separatim,) cum *Cyrilli* sermone de eo, quod verbum dei factum sit homo. Basil. ap. Andr. Cratandrum. a. 1534. 8. — Notandae sunt edd. operum criticae e codd. ductae et emendatae, altera *Henr. Cuykii.* Antwerp. ex offic. Chstph. Plantini. 1578. 8. altera *Petri Ciacconii,* post eius mortem Romae ex typograph. Vaticana in lucem emissa. 1588. 8. (typographi Dominici Basae epistola nuncupatoria scripta est 1580.) rec. Romae typis camerae apostol. 1611. 8. de quibus fusius disputat *Schoenem.* pag. 680 sqq. Hic tamen omisit mentionem editionis inscriptae:

Collationes patrum, opus *Ioannis Eremitae,* qui et *Cassianus* dicitur. De institutis coenobiorum, origine, caussis et remediis vitiorum libri XII. Patrum collationes XXIIII. Lugduni 1574. 8. Huius editionis exemplar habuit censor operis Schoenemanniani in noua bibl. vniuers. germ. Kilon. vol. XVII. part. II. fasc. V. pag. 289. isque animaduertit, suum exemplar a censore quodam esse turpiter corruptum, caput XII. p. 142. esse virgulis notatum,

tatum, schedulas insertas, folia conglutinata, quasi illa ab oculis lectorum et a manibus typothetarum sint amouenda; in reliquis igitur editt. esse videndum, num Cassianus integer e prelo exierit, an sit interpolatus. Forsan tamen possessor nimis seuerus et opinionibus placitisque sectae suae coecaque fide nimis imbutus quidam illius exemplaris tantummodo adeo atrociter saeuiit in Cassianum. Neque vero illam animaduersionem silentio praeterire volui.

Repetita *Gazaei* edit. *Paris.* secundum Schoenem. pag. 692. duos catalogos laudantem, prodiit a. 1642. sed, auctore Mansio aut Fabricio in Bibl. lat. m. et i. aetatis, I. p. 357. (quos sequutus eram in Notitia etc.) a. 1647. Quibus igitur potestas datur conferendi libri, ii videant, quis in nota anni errauerit.

Ad pag. 681. *sect.* 6.

Quae *graeca Cassiani* apud Photium in Biblioth. cod. CXCVII. et in quibusdam codd. exstant, ea sunt ex latino conuersa, nec tamen ex ipsis Cassiani libris, sed ex iis, quos in compendium redegerat *Eucherius Lugdunensis.* v. Schoenem. pag. 673. Eundem conferes p. 694 sq. de *Io. Baptistae Guesnay*, plura promittentis, quam praestantis, immo vero multa fingentis, libro: *Cassianus illustratus*

ſtratus ſive chronologia vitae S. Caſſiani Abbatis. etc. Lugduni 1652. 4.

De prima verſione *franco-gallica*, an. 1373. facta v. Memoir. de l'Acad. des I. et B. L. tom. XVII. pag. 714.

§. 70.

Antiochus.

Ad pag. 682. *ſect.* 2. *lin.* 9.

Conf. *Heinecii* hiſt. iuris lib. I. cap. V. §. 378 — 380. *Bachii* hiſtor. iurisprud. rom. lib. III. cap. IV. ſect. 2. inprimis §. IV. ſqq.

Pag. 685. *ſect.* 5. *lin.* 10. corrige *pag.* 515. — tum de *Patricio* eiusque ſcriptis horumque edd. diligenter lateque diſſerit *Schoenemann* in B. patrum latin. etc. II. p. 846 — 855. qui illum natum eſſe ſcribit circ. ann. 371. et mortuum a. Chr. 493. aet. CXXII. — Editiones Londini et Oxoniae excuſas enumerat *Brüggemann* View etc. p. 762 ſq. — Noviſſime recepit opuſcula *Patricii* tam genuina et dubia, quam omnino falſa, *Gallandius* in Bibl. P. P. et S. S. vet. eccl. tom. X. p. 159 ſqq. et in prolegg. cap. IV. p. VII. ſq. agit de Patricii ſcriptis. — In cod. membr. Erlang. eſt *Henricus Saltariens Purgatorium S. Patricii.* Hocker. in bibl. Hailsbronn. p. 93. ita citat: *Patricius de purgatorio, fabell. plus quam aniles.* — De Patricio, teſte *Brüggemanno*, conferendi quoque ſunt *Iac. Vſſerius* in Britan-

tannicarum ecclesiarum antiquitatibus, Londini 1687. fol., cap. XVII. — *Io. Leland* in commentar. de scriptoribus Britannic. ex ed. Ant. Hall. Oxon. 1709. 8. — *I. Ware* de script. Hibern. libr. I. Dublin. 1704. fol. p. 1. — *Georg. Mackenzie* in vitis, supra ad §. 62. de Pelagio laudatis, vol. I. p. 346 sqq. — *Th. Tanner* in Bibl. Britannico-Hibernica. Londin. 1748. fol. voc. *Patricius*.

De *notitia dignitatum* etc. vid. quoque *Bach.* l. m. §. VI.

§. 71. et 72. *ad pag.* 686.

Hilarius.

De eius opusculis horumque edd. haud paucis plura leges in *Schoenemanni* Bibl. patr. lat. hist. II. pag. 721—732. — et p. 541—565. de *Marii Mercatoris* aetate, patria, scriptis horumque editionibus atque MSStis. Nouissima editio, multo correctior cum notis Baluzii et Andreae Gallandii doctiss. reperitur in *Gallandii* Bibliotheca P. P. scriptorumque eccl. tom. VIII. p. 615—737. In Prolegom. c. XIX. p. XXXIII. diligenter agitur de Mario Mercatore.

§. 73.

Saluianus.

Ad pag. 688. *sect.* 2. *lin.* 9.

Add. *Schoenemann* l. c. pag. 823—846. qui copiam editionum, versionum et codicum

insignem producit. Is quidem negat, *Saluianum* fuisse Treuirensem, sed probabile tamen esse putat eum Coloniae Agripp. natum, Treviris debuisse ingenii culturam et rerum optimarum cognitionem.

Ad pag. 688. *sect.* 4.

Brassicani ed. non omnes continet Saluiani libros. En inscriptionem! *D. Saluiani Massylienſis episcopi, de vero iudicio et prouidentia dei* ad S. Salonium episcopum Viennensem *libri VIII.* cura *Io. Alexandri Brassicani*, Icti, editi ac scholiis illustrati. *Anticimenon libr. III.* in quibus quaestiones V. ac N. T. de locis in speciem pugnantibus, incerto auctore. In fine: Basileae in offic. Frobeniana etc. MDXXX. fol. — Brassicani editio recusa est Paris. ap. Hier. de Marnef etc. 1594. 12. — Iidem *Saluiani* libri, cum Maximo, Paciano, Sulpicio, Dorotheo Tyrio et Haymone Halberstattensi, adiunctis in tres posteriores *Petri Galesinii* notationibus. Romae, ap. Paul. Manutium, A. F. in aedibus P. R. 1564. fol.

Saluianus de gubernatione dei. Oxoniae 1629. 12. — de vero iudicio et prouidentia, libri VIII. Epistolae et libri IV. ad ecclesiam catholicam. Oxoniae 1633. 8. vid. *Brüggemann* View etc. p. 766 sq. vbi quoque versio *anglica* librorum de gubernatione dei et de vero iudicio. Lond. 1700. 8. memoratur.

Vtrius-

Vtriusque Rittershusianae editionis partem tantum ipse habeo; vtrique enim deest contextus Saluiani: posterioris autem voluminis seorsim editi exemplaria, excluso textus volumine, in aliis quoque reperiuntur bibliothecis. Editionem I. Altdorfii 1611. 8. curate descripsit *Schoenem.* pag. 832 sqq. (add. Hocker. Cat. bibl. Hailsbr. 140.) Posterior autem commentarii quidem editio continet et Rittershusii et reliquorum notas sine Saluiani contextu, et duabus partibus in vno volumine constat. Inscriptio haec est:

Conradi Rittershusii IC. liber commentarius in Saluianum Massiliensem: ad vniuersitates atque academias Germaniae. *Editio secunda:* cui accesserunt notae VV. CC. *Iohannis Weitzii*, *Tobiae Adami*, *Theodori Sitzmanni* et *Io. Alexandri Brassicani.* Noribergae typis et sumptib. Halbmayerianis. Anno M.DC.XXIII. 8.

A dedicatione si discesseris, paginae ita sibi inuicem respondent, vt etiam in vtraque post pag. 398. in suprema sequentis folii parte error typographicus 383. loco 399. reperiatur. In fine posterioris edit. omissa est Rittershusii significatio, priori ed. subiuncta, se propter temporis angustias in praesenti omisisse Weitzii aliorumque notas, sed post odarion ad Christum, in altera edit. venustioribus typis expressum, vti in priore, idem er-

ratum, quod corrigat lector, indicatur. Posta sequitur altera pars multo breuior, sine paginis, sed continuis in infima ora litterarum signis a *ttt* 3. — *hhhh* peculiari inscriptione praefixa:

In Salvianum lucubrationes aliquot doctorum virorum: I. *M. Io. Weitzii* *) Gothani notae ad Cunr. Rittershusium. II. *Tobiae Adami* **) Variſci notae ad eundem. III. *Theodori Sitzmani* ***) Thuringi notae ad eundem. IV. *Io. Alex. Braſſicani* IC. annotationes. Noribergae typis et imp. Sim. Halbmayeri. Anno M.DC.XXIII. Ex his et Fabricii et Schoenemanni opinio ac notitia poteſt emendari.

Schoenem. omiſit editionis, a cenſore in noua bibl. vniuerſ. germ. a. 1795. vol. XVII. p. 291. laudatae, mentionem: *D. Salviani — opera* cum ampliori eiusdem vita et adnotatt. locorum difficilium et ſingulorum librorum, nec non epiſtolarum argumentis, quibus additum

*) Huius notae maximam tomi partem complent, et vt plurimum conſtant compilatione ſimilium formularum loquendi ac ſententiarum.

**) Huius animaduerſſ. ad libr. de gubernat. dei non admodum multae, ſunt eruditae, et frequens locis corruptis medela adhibetur.

***) Paucae quidem, nec tamen ſpernendae: omni autem artis criticae ſubſidio deſtitutae.

ditum fuit D. *Vincentii Lirinenſis* Commonitorium. Venetiis ex typogr. Boſii. 1696. 8.

Ex tertia Baluzii editione cum eiusdem notis repetita ſunt *Saluiani opera*, cum *Vincentii Lirin. commonitorio*, in *Andr. Gallandii* Bibl. PP. et S. S. E. E. tom. X. p. 1—102. et in prolegg. cap. I. pag. III. IV. diſſeritur de Saluiano.

§. 74.

Vincentius Lirinenſis.

Ad pag. 690. *ſect.* 4. *lin.* 1.

Lege: *in Io. Sichardi Antidoto* etc. — Ex *Sichardi* vero, dein ex *Coſteri* recenſione et cum Coſteri comment. *Vincent.* ſaepe recuſus eſt. v. longum editt. catal. in *Schoenem.* Bibl. etc. tom. II. pag. 795 ſqq.

Vincentii — liber pro cath. fidei antiquitate etc. Londini 1591. 8. — Nouae recenſiones, adhibitis codd. factae ſunt a *Pithoeo* et *Bartholom. Petro.* Prior enim edidit: *Peregrini* pro catholicae fidei antiquitate et vniuerſitate aduerſus profanas omnium haereticorum nouitates *commonitoria duo*, in *Veterum aliquot Galliae Theologorum ſcriptis a Pithoeo* editis pag. 1—76. poſterior autem *Vincentii* — — aduerſus prophanas haereſeon nouationes cum commentoariolo *Io. Coſteri* et *Barthol. Petri* notis breuiculis et diſſ. apologetica de Vincentino eiusque ſcriptis.

Duaci apud Marcum Wyon. 1611. 12. — *Peregrini*, i. e. vt vulgo perhibetur, *Vincentii Lirinenſis* commonitoria duo —. Adiicitur *D. Auguſtini* liber de haereſibus. Editio repurgata, ceteris emendatior. Oxoniae 1631. 12. — De aliis edd. cum *Saluiano* v. ad ſuperiorem paragraphum. — *Baluzii* edit. etiam typis renouata eſt, praemiſſa diſſ. G. Calixti in Vincentium; Bremae 1688. 4.

De *verſionibus* v. Schoenem. l. c. Plures tamen *anglicas* recenſet *Brüggemann* View etc. p. 764 ſq. — Nouiſſima *anglica* interpretatio eſt a *Guil. Reeves*, cum notis et diſſ. de Vincentio; vna cum reliquis apologiis patrum eccl. primorum. Londin. 1709. 1716. 8. II. voll. — *Commonitorii* verſio *germanica* addita eſt verſioni Tertulliani de praeſcriptionibus. v. ſupra ad §. 9.

De aliis *Vincentiis* v. Fabricii B. L. med. et inf. aet. tom. IV. ed. Manſi, p. 297 ſqq.

§. 75.

Tiro Prosper Aquitanus.

Ad pag. 691. ſect. 3.

De vita eius pauca; plura de eius ſcriptis, tam genuinis, quam dubiis ſuppoſititiisque, et de editionibus ac verſionibus diſſerit *Schoenemann* in Bibl. laudata II. pag. 1002—1049. Idem pag. 1017 ſqq. copioſe enarrat controverſiam inter Quesnellum, quosdam libros

Leoni

Leoni M. vindicaturum, et Antelmium pro Prospero Aquitanio pugnantem, aliosque agitatam, opusque Antelmii curate recenset: quod inscriptum est:

De veris operibus S. S. patrum *Leonis M.* et *Prosperi Aquitani* dissertationes criticae, quibus Capitula de gratia dei, Epistolam ad Demetriadem, nec non duos de Vocatione omnium gentium libros Leoni nuper adscriptos abiudicat et Prospero postliminio restituit *Iosephus Antelmius.* Accessere cum ipsius iudicio de celebri Leonis ad Flauianum, et aliis ad diuersos, Prospero dictatis in caussa Eutychis cetèrisque epistolis. Paris. ap. Dezallier. 1689. 4. In octaua diss. *Chronicon*, prout vulgo exstat, Prospero aduersus Garnerium multis vindicat; prout vero a Pithoeo editum est, probat interpolatum esse infartumque.

Longum quidem editionum catalogum confecit cl. *Schoenemann;* omisit tamen nonnullas, quas hic, *Panzerum* V. C. in A. T. potissimum, idoneos praeterea laudantem testes, sequutus, supplebo. Mitto autem editt. librr. de vita contemplatiua, quorum auctor non est Prosper Aquitanus; sed *Iulianus Pomerius* esse perhibetur, et quorum cod. membr. sub nomine *Prosperi* est in biblioth. acad. Erlang. v. quoque *Hocker.* bibl. Hailsbronn. pag. 51.

Pros-

Prosperi Aquit. carmina, Venet. per Iac. Rubeum Gallicum. 1481. 4. (*Panzer* IV. p. 434.)

Prosperi Equitanici (sic) aliqua carmina. In fine: Impressum Mediolani per Mag. Vlder. Scitzenzeler. a. Dom. MCCCCLXXXXV. (1495. 4.) (*Panz.* IV. p. 360.) — *Prosperi* epigrammata de virtutibus et vitiis, cum *Aurelii Prudentii* opp. poeticis etc. sine l. et a. 4. (Dauentriae charact. Rich. Paffraet. atque in exemplo quodam manu adscriptum est: Daventriae 1495, teste *Panzero*, I. pag. 368. nr. 157.)

Ad pag. 692. *lin.* 2.

Nomen *Io. van der Hagen* additum est a *Saxio* in Onom. Nam illud neque in fronte legi, neque in praefatione. Inscriptio autem operis docti integra haec est: *Obseruationes in Prosperi Aquitani chronicon integrum eiusque* LXXXIV. *annorum cyclum: et in anonymi cyclum* LXXXIV. *annorum, a Muratorio editum; nec non in anonymi latercvlum paschalem centum annorum, a Bucherio editum:* Amstel. ap. Io. Boom. CIↃDCCXXXIII. 4.

Chronici pars posterior cum Eusebii et Hieronymi chronicis, in Opp. Hieron. editione, curata a *Dominico Vallarsio*, Veron. 1740. fol. tom. VIII. pag. 823 sqq. aut ed. Venet. tom. IIX. part. I. pag. 821 sqq. conf.

in

in eod. tomo pag. 12 sqq. *Pontaci* adparatum ad notas in Hieronymi chronicon.

Prosperi vtrumque chronicon ab a. Chr. 379—455. basis est, eorumque narrationibus singulorum annorum subiecti sunt *Idatius* et *Marcellinus*, chronicon Cuspiniani, Fasti *Idatiani* et Cassiodorus in opere inscripto:

Chronica medii aeui, argumento generaliora, auctoritate celebriora, vsu communiora, post Eusebium atque Hieronymum res saec. IV. V. et VI. exponentia, noua hac editione collegit, digessit, commodo adparatu instruxit *Christian. Frid. Roesler*, Prof. histor. Tubingens. tom. I. Tubingae 1798. 8. In comment. secunda praemissa de illis agitur chronicis, quae in hac collectione vel integra insunt vel magna ex parte. *Roesler* V. C. chronicon Prosperi duplex esse opus, et prius in a. 433. desinere existimat; neque tamen definire audet, num chronicon consulare scriptum fuerit a Prospero Aquitano. Vide infra ad scriptor. saec. V. de *Idacio* dicta.

Caput VIII. *Poetae.*

Flauius Auianus.

Ad pag. 693. *sect.* 1.

Cannegieter, in diss. de aetate Auiani cap. X. XI. XII. disputans, fabulatorem sub Anton. Pio et M. Aurelio floruisse, ex eo, quod ille *Titiani* mentionem non iniecisset, colligit.

Iulia-

Iulianum vero *Titianum*, qui post Phaedrum fabulas scripserit Aesopias, ab Ausonio epistola XVI. ad Probum laudatum, probat, sub imperatt. Caracalla, Macrino atque Elagabalo vixisse. Quum igitur inter Phaedrum et suum saeculum Auianus nullum ponat fabularum auctorem; Titianus autem proximus aetate Phaedro sit, isque ab Auiano non memoretur: hinc efficit Cannegieter, Auianum, vt Phaedro minorem aetate, ita maiorem fuisse priorem que *Titiano*. Secus autem sentit *Wernsdorf.* in disp. de carminibus Auieni tom. V. poetarum latin. minorum, part. II. pag. 665 sq. praefixa. Late igitur docet, Cannegieteri disputationem fundamento admodum infirmo niti, et duobus maxime vitiis laborare; primo quidem, quod is Auianum existimet in praefatione seriem omnium fabularum auctorum ad sua vsque tempora recensere voluisse; deinde quod praeteritum ab Auiano Titianum falso adsignet caussae: Auianum enim, monet, eos solum laudare fabularum collectores, qui versibus scripserunt, ideoque ab eo Tatianum, quamuis ipso priorem, nec vero nouarum fabularum confectorem, quippe quem testetur Ausonius Aesopi apologos, versibus iambicis trimetris, a quopiam veterum poetarum, probabiliter a Babrio graece conscriptos, oratione pedestri et soluta latine feciisse, consulto esse omissum. Tum animaduertit, nomen *Flauii* ante Constantini

ſtantini tempora inter priuatos haud frequentatum; *Theodaſii* autem, cui Auiani praefatio eſt inſcripta, nomen graecum haud facile ante tempora Theodoſii M. reperiundum eſſe. Horum igitur nominum vſu et ſtili, meliore aeuo indigni, naeuis commotus cum plerisque V. V. D. D. cenſet, *Flauium Auianum* eſſe Theodoſiani aeui ſcriptorem, nec eumdem cum Feſto Auieno, ſed huic aetate ſupparem; *Theodoſium* autem, cui dedicatae ſunt fabulae, non alium, ac Macrobium Theodoſium, Grammaticum, Saturnaliorum auctorem. Denique ſuſpicatur, illum fabulatorem, Macrobii familiarem, vero nomine *Flauianum* eſſe vocandum, quia ſic adpelletur vnus e conſabulatoribus Saturnalitiis Macrobii, atque id in codicibus antiquis fabularum repertum perperam in duo nomina *Flauii Auiani* ſit diſtractum. Contra Cannegieterum disputat quoque *Petr. Horreus* in Miſcellaneis criticis (Leowardiae et Harling. 1738. 8.) cap. V. pag. 63 ſqq. praecipue ad Auiani fabb. inſcriptionem, *Theodoſi optimae* etc. atque de vi vſuque epitheti *Optimi* et *χρηστὸς* docte diſſerit. Negat, ſaltem dubitat, in illa inſcriptione intelligendum eſſe Theodoſium imperatorem; ſed potius hominem, qui emineat, qui excellat ſupra alium, ſiue ſit praeceptor atque magiſter auctoritate, vel etiam peritia et doctrina, quisquis alius amicus fuerit hic aut patronus; ſiue alius ſit illuſtris, vel praeſtantiſ-

ſtantiſſimus aut excellentiſſimus aliquis huius nominis. etc.

In nota *b.* pag. 669. coniicit Wernsdorf., noſtro iuniorem eſſe *Luctum Auianum*, cuius epigramma in opus Martiani Capellae ex vet. codice produxit *Barth.* Aduerſar. XVIII. cap. vlt. et ex eo *Burmann.* III. in Add. ad tom. I. Anthol. lat. p. 738. Ibidem notat, a viris doctis in antiquo eod. msto fabulatum Hygini inuentum eſſe alium *Auianum*, teſtatum, ſe epitomen fabularum earum feciſſe, quae hodie ſub Hygini nomine exſtant, laudatque *Barth.* Aduerſ. VI. 22. *Th. Gulenum* in diſſ. de ſcriptor. mythologicis p. 40. et *Th. Munkerum* in diſſ. de auctore Mythol. Hygini.

De *Titiano* idem *Wernsdorf.* ibid. in not. *u.* pag. 666 ſqq. vberius diſputat et a *Cannegieteri* opinione et rationibus (in diſſert. cit. cap. XI.) diſcedit. Sed hoc in praeſenti tantum memoraſſe ſufficiat.

Ad pag. 693. ſect. 4.

Edit. an. 1494. prodiiſſe *Dauentriae* per Iacob. de Breda, notat cl. *Panzer* A. T. I. pag. 361. nr. 76. et tom. IV. pag. 61. ex *Strauff.* opp. rarior. p. 272. citat edit. 1494. etiam quarto idus Sept. 4. ſ. l. quae tamen cum ſuperiore eadem eſſe videtur. *Cannegieter* tamen in praefat.* 5. ſe vſum eſſe ſcribit editione ſ. a. in 4. quae *Vlmam* vrbem praeferret. Et tamen, quantum diuinare licet ex

ex Cannegieteri verbis, interdum differt ab edit. a. 1494. signata. Sed Vlmensem ed. in 4. ignorant *Zapf* et *Panzer*. Vterque vero memorant edit. *Vlmensem* in fol. quam quidem *Braun* in notitia histor. litt. de libris — in bibl. monast. ad SS. Vdalricum et Afram I. p. 98 sq. diligentius latiusque describit: *Aesopi vita et fabulae latino-germanicae, vna cum fabulis Auiani, Doligami, Aldefonsi et Poggii facetiis.* In fine: *Geendet saeliglich von Iohanne Zeiner zu Vlm.* Versio germanica parentem habuit *Henric. Steinhoewel.* conf. *Zapfii* älteste Buchdrucker-Geschichte Schwabens, pag. 123. et *Panzer* A. T. III. pag. 544. Num et quatenus alia edit. cuius exemplum, in fine autem mancum, Nilant ex bibl. Burmanni habuerat, cum Vlmensi conspiret, dicere nequeo. v. *Nilant* in praefat. pag. 1. 2. 3. signata, ad edit. *Fabulae antiquae* etc. Lugd. Bat. 1709. min. 8. Videant igitur alii, quibus melior, quam mihi, adspiret fortuna.

Ad pag. 694. lin. antepen.

De *Rigaltii* edit. et de Geneu. 1628. aliisque vberius disserit Cannegiet. in praefat.

Add. ex catal. bibl. Mori, Prof. quondam Lips. p. 228. *Gabr. Faërni, Auiani* et M. *Gabriae* fabb. aesopicae cum figg. lign. edid. *M. Conrad Bauarus.* Lips. 1618. 8.

Ad pag. 695. lin. 6 sqq.

De editt. *Arnhem.* et *Matrit.* v. *Clement* Bibl. curieuse etc. II. p. 287. — *Maittarii* edit. *Auiani* cum Phaedri fabb. prodiit Londini. 1713. 1722. 1729. 1772. 1773. 12.

Critica est editio: *Fl. Auiani* fabulae ad Mst. cod. collatae. Accedunt variae lectiones in *Ouidii* remedium amoris, *Theoduli* eclogam et *Catonis* distichа, cura *Io. Ad. Nodelt*, qui notas criticas in scriptores aliquos veteres adiecit. Amstelod. 1787. m. 8. — Recentissima commodaque est editio: *Fl. Auiani* fabulae in vsum scholarum, adspersis notulis, editae ex recensione Henr. Cannegieteri, (inscripta quoque est: Auctores latini minores, tom. I. vol. I.) Mitau. 1790. 12. In fine adiectae sunt Nodeltianae editionis lectiones.

In linguam anglicam sunt *Auiani* fabb. cum fabulis Aesopi translatae per *Guil. Caxton.* 1484. fol. et Londini s. a. in 8. v. *Brüggemann* View etc. p. 50 sq. et 712. — De versionibus *Auiani germanicis* cum Aesopo, v. cl. *Degen* Litterat. der deutschen Uebersetz. der Griechen, tom. I. p. 25 sqq.

Le Favole d'*Aviano* tradotte in versi volgari e le Favole di *Gabria* tradotte in versi latini e in volgari da *D. Giovan-Grisostomo Trombelli.* Venet. 1735. 8. v. *Paitoni* Bibl. degli Autori volgarizz. I. p. 135. qui itidem monet, in versione Aesopi italica, ab Ang. Maria

Maria Riccio confecta, Florent. 1736. et Venet. 1737. VI. Auiani fabb. quae respondeant Aesopeis, non esse, vti Argellatus putabat, italice versas, sed in latino sermone repetitas. — *Gallicam* Julien, monachi, Lugd. 1484. f. mem. Blankenb. in Additam. ad Sulzeri Theorie etc. tom. I. voc. *Fabel*, vbi multus est de fabulatoribus, antiquis et receptioribus.

Ad pag. 696. *sect.* 6. *lin.* 11.

Princeps editio est: *Rufi Festi Auieni* Opera, i. e. *Arati* phaenomena versibus reddita, et orbis terrae descriptio: accedunt fragmentum *Arati* phaenomenon per *Germanicum* in latinum conuersum, M. T. *Ciceronis* fragm. *Arati* phaenomenon et *Quinti Sereni* Medicinae liber. Venetiis ap. *Anton. de Strata* Cremonens. 1488. 4. Editionis auctor erat *Georg. Valla*, qui mestos eorum carminum libellos, quos apud se habebat, concessit typographo imprimendos; *Victor* autem *Pisanus*, eius discipulus, qui praefatus est, impressionis atque editionis curam gessit, typographus denique et redemtor libri fuit Antonius de Strata. Multus quidem est de hac rarissima editione *Clement* in Bibl. curieuse etc. II. pag. 286. sed in quibusdam eum erraſſe, notauit cl. *Panzer* A. T. III. pag. 253. (qui exemplum edit. ex bibl. publ. Norica habuit,) inprimis *Io. Christian. Wernsdorf* in doctiss.

commentat. de Rufo Festo Avieno, et de eius carminibus eorumque editoribus, praef. tom. V. part. II. Poetarum lat. minor. in qua de Avieno, eius aetate, familia et cognatis amicisque, in his de *Flaviano Myrmecio*, tum de carminibus Avieni, tam de iis, quae adhuc exstant, quam de deperditis, dubiis ac spuriis, de editoribus et interpretibus diligenter fuseque agit, hinc inde Fabricium, Funccium aliosque refutat; denique pag. 692 sqq. editiones operum Rufi Festi Avieni, praesertim geographicorum, omissis iis, quae sola Aratea Avieni exhibent, tam sollerter lateque recenset, vt in praesenti in eius sedulitate acquiescere, et temporis consiliique ratione motus lectores ad eum ablegare malim. Add. inprimis de *Arateis Avieni* cl. *Buhle* praef. ad Arati phaenomena, tom. I. pag. XV. sqq. et quae collegi ad *Fabricii* B. Gr. vol. IV. pag. 99 sqq. Quare pauca tantum addere placet. *Mittarelli* in adpendice librorum impressor. saec. XV. ad suam Bibl. codd. msst. bibl. Venetae S. Michael. pag. 406. commemorat edit. *Victoris Pisani* in 4. sine anno et loco, et ex eo cl. *Panzer* vol. IV. pag. 92. Exemplum continet *Avienii* epigramma V. C. Flauiano Myrmecio, versionem Phaenomenon Arati; *Arati* carmina; orbis terrae descriptionem, postremo orae maritimae librum: at, collata Wernsdorfii, qui illam omisit aut ignorauit editionem, notitia edit. Venetae

netae a. 1488. vereor, ne ea fuerit prior pars principis editionis, cuius posterior pars alia comprehendit opuscula cum subscriptione loci et anni. Tamen animaduertendum est, in Wernsdorfii, quae hic contulit, exemplaribus deesse Arati carmina; quae Mittarellius, si recte vidit, aut curate dilucideque scripsit, in suo reperit, aut inuenisse sibi visus est exemplari. Videant igitur alii, quid certum sit exploratumque.

Editionem *Auieni de orbis terrae partibus*, Venet. a. 1582. fol. quae in catal. bibl. Barberinae, I. p. 92. memoratur, non in ea exstare et fabulam esse, Garatonius per Morellium V. C. certiorem fecit Wernsdorfium, et hic mihi per litteras significauit.

Situs orbis *Dionysii Rufo Auieno* interprete. cum epistola *Io. Antonii Modesti* nuncupatoria. In fine: Bononiae per Benedictum Hectoris bibliopolam 1513. 4. (v. *Panzer* A. T. VI. pag. 327.) cuius editionis memoriam omisit *Wernsdorf* in catalogo editionum tom. V. part. II. poetar. lat. minor. praefixo pag. 697 sqq. qui tamen in ea parte *Auieni descriptionem orbis* castigatiorem notisque et suis et aliorum copiosis doctisque illustratam reddidit. Pari autem ratione dedit expositque in parte III. eiusdem tomi *Auieni* carmen breue ad Flauianum Myrmecium; carm. de cantu Sirenum; poematia ad amicos de agro; de se ad deam Nortiam,

cum Auieni monumento, a Placido filio posito, et addenda ad partem secundam. Conf. censuram in noua biblioth. vniuers. german. Kilon. a. 1793. vol. IV. fasc. VII. p. 491 sqq. et *Wernsdorf* respons. in praef. ad tom. VI. part. II.

Ad pag. 696. *lin. vlt.*

Conf. *St. Croix* Memoir. s. notit. graecor. script. geograph. nr. 38. et in *Frid. Besselii* miscellaneor. syntagmate, Amstel. 1742. 8. cap. II. §. 7. pag. 14 sqq. huius et *Mart. Opitii* (in lection. var. cap. 7.) animaduerss. crit. in Auien. de ora maritima. *Schrader* in Obss. libro, Franequer. 1761. 4. pag. 37 — 51. 59 sq. 81. 84. et in Emendation. libro, Leouard. 1776. 4. p. 67. et in praef. p. 28 — 34. et 55 — 58. multa Auieni loca face critica illustrauit.

§. 2.

Dionysius Cato.

Ad pag. 697. *sect.* 2 et 4.

Propter summam, quam is olim consequutus erat in scholis, auctoritatem, tanta editionum et commentatorum, nec raro illepidorum, caterua praesertim saec. XV. et XVI. ensta est, vt plena earum enumeratio h. l. foret molesta: satis tamen amplum catalogum praeter *Daumium* in praef. ad *Dionysii Catonis* districha de moribus, Cygneae 1672. et

et *Fabric.* in B. L. tom. III. p. 260 sqq. (qui vero paucarum tantum editionum fecit mentionem,) exhibent *Maittaire* (v. indic. voc. *Cato*,) atque cel. *Panzer* in A. T. quam plurimis locis: *Bauer.* in suppl. bibl. libror. rar. I. p. 332 sq. De auctore quoque est certatum; *Cannegieter.* tamen in Rescriptis Boxhornia de Catone etc. argumentis ex codd., veterum testimoniis et ex ipso carmine petitis, demonstratum iuit, verum auctorem se nomine *Dionysii Catonis* insignire, vixisse ante Constantinum M. sub imperatoribus Antoninis, et fuisse deorum cultorem. v. *Morhof* Polyhist. litter. IV. c. 11. §. 4. p. 841. *Hamberger* et *Saxii* Onom. locis citt.

De editione: *Cato moralissimus* cum elegantissimo (scilicet!) commento Roberti de Euremodio monachi Clareuallis. Basil. 1488. 4. aliisque antiquiss. editionibus et de inepto illo commentario, qui tamen saepe exercuit prela, intelligenter copioseque egit *Menken* in nouis miscellan. Lipsi. tom. VII. p. 700 sqq. Prius tamen exiit *Cato moralissimus* cum Roberti de Euremodio comment. Antwerp. ap. Ger. de Leeu. 1485. 4. et 1487. 4. — Basil. ap. Nic. Kesler. 1486. 4. bis, (v. *Panzer* I. pag. 159. 68. et 72.) — Argentorati 1487. 4.

Ad pag. 697. *sect.* 4. *lin.* 16.

Num edit. Colon. a. 1528. exstet, fides sit penes Fabricium. Ea quidem neque a

Maittario nec a Panzero sub hoc anno memoratur. Contra posterior. vol. VI. pag. 389. et 425. adfert editt. *Colon.* an. 1523. 8. et 1533. 8.

Haud paucas editiones et versiones *anglicas* uberius recenset *Brüggemann* View etc. pag. 713 sqq.

Ad pag. 700.

Catonis districha de moribus, cum Plutarcho de puerorum educat. et Isocratis oratt. cum notis Iunkeri. Arol. 1776. 8.

Ad pag. 701. *lin.* 5.

De editione rarissima: *Catho* in latein durch *Sebastianum Branth* geteutscht. Lipsi. per Iac. Thanner Herbipolit. 1512. 4. et de aliis rebus scriptisque, quae ad Catonis districha pertinent, v. longam *Freytagii* narrat. in adparatu litterar. I. p. 370—375. — De versionibus *italicis* v. *Paitoni* Bibl. degli autori — volgarizzati I. pag. 200 sqq.

Ad pag. 701. *sect.* 6.

Iac. Bernii diss. — probare contendens, quod districha et praecepta moralia, quae *Catoni* ethnico vulgo tribuuntur, numquam ab ipso profecta sint. Hafniae 1702. 4. — *Daumii* epist. philolog. critic. pag. 101. epist. 27. et epist. ad Henkel. p. 32. epist. 21. — *Nodell* in edit. sua Auiani paullo ante laudata dedit varr. lection. in Catonis districha.

§. 3.

§. 3.

Marc. Aurel. Olympius Nemesianus.

Ad pag. 702. *sect.* 4. *lin.* 7.

De edit. *romana* 1471. v. quoque *Fossii* catal. bibl. Magliab. tom. I. pag. 450 sq. et *Panzer* A. T. II. pag. 424. nr. 56.

Ad pag. 703. *lin.* 2.

Editionem *Parmensem* a. 1478. spuriam esse, quoque censent Affò in Saggio di Memorie su la Tipografia Parmensi del secolo XV. pag. LXI. et *Panzer* II. p. 352. Vterque autem, *Affò* l. c. pag. XCIII. et *Panzer* l. c. p. 360. item *Clement* Bibl. curieuse etc. VI. p. 61. ac *Wernsdorf.* II. p. 40. veriorem edit. *Calphurnii et Nemesiani Bucolica, Parmensem* per Angelum Vgolettum e vetustissimo atque emendatiss. Thadaei Vgoleti codice, circ. a. 1490. 4. laudant.

Indici editionum Wernsdorfiano inserenda est editio, quam *Panzer* l. pag. 242. ex Rossi catal. pag. 64. citat: *Calphurnii* et *Nemesiani* poet. bucolicum carmen cum commentario Guidalotti Bononiensis. Bononiae per Caligulam de Bazaleriis. fol. sine a. nota. *Bononiensem* tamen edit. cum eiusdem *Diomedis Guidalotti* comment. sed a. 1504. fol. citant *Wernsdorf* l. c. et *Audiffred.* in catal. edd. roman. pag. 75. med.

Ad pag. 704. lin. vlt.

— *Nemesiani* — Cynegeticon, cum notis perpetuis variisque lect. adornauit *Thom. Johnson*, cum *Gratii Falisci* Cynegetico. Londin. 1699. 8. pag. 89 sqq. — Eclogae IV. in *Mich. Maittaire* Corp. poet. latin. vol. II. pag. 1269. et p. 1274 sq. *Calpurnii* Bucolicon — Cynegeticon — lib. I. eiusdem de aucupio, fragmenta duo. Eclogae IV. in poetis latin. minor. ex edit. Petri Burmanni fideliter expressis. Glasguae. 1752. 8. pag. 17 sqq. — ibid. pag. 43—70. *Calpurnii* Bucolicon et eclogae VII. — De versione *gallica*, Bruxell. 1744. 8. v. Lipsi. ephemer. litter. a. 1746. nr. V. pag. 44.

Wernsdorf in P. L. minor. tom. I. in appendice p. 275 sqq. poëma *de laudibus Herculis*, quod multi sub nomine Claudiani venditarunt, Nemesiani, non, Claudiani esse contendit, et sub *Nemesiani* nomine reposuit doctequeillustrauit. — Idem in tom. IV. part. II. tom. V. part. III. p. 1449. varii generis supplementa dedit ad illud et reliqua Nemesiani carmina.

Ad pag. 705. §. 4. sect. 4.

Titus Calpurnius.

De edit. *Veneta* 1472. fol. min. cum *Ausonio* etc. vid. *Clement* Biblioth. curieuse etc. II. pag. 304. cel. *Panzer* A. T. III. p. 93 sq.

et

et infra §. 9. sect. 4. — *Clement* libr. cit. VI. p. 63. memorat raram edit. *T. Calphurnii* Siculi Bucolica. Colon. in aedibus Eucharii Ceruicorni. 1522. 4.

De *Calpurnio* multa congessit lateque disseruit *Mongitor* in Bibl. Sicula tom. II. pag. 268 sqq.

Ad §. 5. pag. 709. lin. 17.

Quintus Serenus Sammonicus.

Q. Ser. Sammon. de medicina praecepta saluberrima, in *Mich. Maittaire* corp. poet. lat. vol. II. p. 1592. — in poetis lat. minoribus, ex edit. *Petri Burmanni* fideliter expressis. Glasguae. 1752. 8. pag. 93 sqq. — Cel. D. *Christ. Gottfr. Gruner.* progr. quod continet *varias lectiones in Q. Serenum Sammonic. e cod. Vratislau. decerptas*, (coll. cum edd. Ald. Steph. Humelb. et Pictor.) Ienae 1782. 4. — *Q. Sereni Sammonici* carmen de tingendis capillis repetit et illustrat D. *Boehmer*, specim. I—IV. (sunt programmata nomine ordinis medici Wittebergensis scripta.) Wittebergae 1798—1800. 4.

Ad pag. 710. sect. 6. lege *Hamberger.* II. pag. 482 sqq.

Ad pag. 711. sect. 4. lin. vlt.

Dauisii edit. II. *Minucii* Felicis, cui accessit *Commodianus*, prodiisse Cantabr. 1712. tradit *Brüggemann* View etc. pag. 722. et p. 730.

730. ac posteriore loco citetur quoque *Lardner's* Credibility of the Gospel History, part. II. vol. V. cap. 49. pag. 117 sqq. Londini 1744. 8.

Ad §. 7. pag. 711. sect. 1.

Optatianum Porphyrium, non a. 332. (vti in Fabricii B. med. et inf. aetat. lib. XIV. p. 169. ed. Mansi scriptum legitur,) sed a. 328. ab imp. Constantino ex exsilio fuisse revocatum, eiusque difficiles nugas *Rabanum Maurum*, saec. IX. Abbatem *Abbo de Fleury*, saec. X. (v. *Leyser.* in Hist. poetar. et poemat. med. aeui, p. 302.) et *Ioannem Stabium* in panegyrico poet. in Maximilianum I. (Viennae per Io. Winterburg. s. a. fol.) imitatos esse, animaduertit *Denis* in Nachtrag zu seiner Buchdruckergesch. Wiens, pag. 81 sq. — *Publilii Optatiani* idyllium, *Organon* inscriptum, a Pithoeo, Buchnero aliisque editum aut explicitum repetiit, et suis aliorumque notis illustrauit *I. Christ. Wernsdorf* in Poetis lat. min. tom. II. p. 405 sqq. et in praef. pag. 394 sqq. de illo poematio, instrumento, editt. etc. sollerter egit.

§. 8.

C. Vettius Aquilinus Iuuencus.

Ad pag. 714. sect. 4. et 6.

Edit. *Alvina* est volumen II. collectionis patrum christianorum rarissimum. Epistola nun-

suscupsit, m. Iun. 1502. scripta est. v. *Panzer* VIII. p. 342. — *Iuuencus* presbyter. Daventriae per Albertum Paffraedum. 1519. 4. (*Panz.* A. T. VI. p. 487.) — in *Maittaire* Opp. vett. poet. latin. vol. II. pag. 1540.

De *Accurfii* diatribe v. *Mazzuchell.* Scrittori etc. I. part. I. pag. 92 sq.

Add. *Hamberger.* Z. N. II. pag. 700 sqq. eosque, quos ille citat. — *Nathan. Lardner* in: Credibility of the Gospel History. part. II. vol. VIII.

§. 9.

Dec. Magnus Ausonius.

Ad pag. 716. *sect.* 4. *lin.* 4.

Lege: *breuioribus*, et lin. vlt. *Centonae.* — De edit. principe *Veneta* v. quoque cel. *Panzer* A. T. III. p. 93 sq.

Ad pag. 717. *lin.* 8.

Edit. *Mediolan.* an. 1490. exemplari in bibl. quondam Pinell. adscriptae sunt notae msst. saec. XVI. De illa aliaque ed. Mediol. a. 1497. cum praef. *Ge. Merulae* v. *Panzer* II. pag. 61. et 83. — de ed. *Veneta* 1494. idem in vol. III. p. 361. et 398. de repetitione antecedentis edition. Venet. 1496. — De ed. *Veneta*, a. 1507. v. etiam cl. *Seyboldi* progr. s. correctiones et supplement. B. L. Fabricio-

Ernest.

Erneſt. pag. 8. qui praeterea ex catal. bibl. Thomaſianae II. pag. 158. meminit edit. Argentin. a. 1517. 8. — De edit. carminis etc. Erfurtina v. ad Claudianum.

Ad pag. 718. ſub finem.

Ab edit. Lugd. 1575. 8. ap. Gryph. in forma tantum eſſe videtur diuerſa ed. Lugd. ap. Gryph. eod. anno in 24. (in catal. editt. Bipont.) in 16. (in cat. *Pinell.* nr. 4473. vbi nr. 4472. occurrit edit. Gryphiana, Lugduni 1537. 8.)

Edit. *Genev.* num a. 1588. 16. prodierit, in praeſenti adfirmare non auſim: at edit. a. 1595. 12. habui in manibus inſcriptam: *D. M. Auſonii Burdig.* Viri conſularis, *opera* a Ioſ. Scaligero et Elia Vineto denuo recognita, diſpoſita et variorum notis illuſtrata. Cetera epiſtola ad Lectorem docebit. Adiectis variis et locupletiſſimis indicibus. Typis Iac. Stoer. M. D. XCV. 12. Duobus conſtat tomulis: in priore ſunt Auſoniana; poſterior continet notas et peculiarem habet inſcriptionem: *Ioſephi Scaligeri*, Iul. Caeſ. F. Auſoniarum lectionum libri duo: adiectis praeterea doctiſſimorum id genus authorum: vtpote *Adriani Turnebi*, *Hadr. Iunii*, *Guil. Canteri*, *Iuſti Lypſii* et *Eliae Vineti* notis. Excud. Iac. Stoer. MDXCV.

Ad

Ad pag. 720. lin. vlt.

Edit. *Basileenſis* ex emendatione doctorum virorum, a. 1781. lucem adſpexiſſe dicitur in cat. Pinell. II. nr. 4481. — *Auſonii* ordo nobilium vrbium, (in aliis editt. dicitur *catalogus nobilium vrbium*, aut *de claris vrbibus*, aut *claræ vrbes*,) in *Wernsdorfii* poet. lat. min. V. part. III. pag. 1312. (vbi etiam aliæ edd. in prooemio nominantur,) et ſeqq. cum notis Wernsdorfii et ſelectis aliorum. Ibid. tom. VI. part. II. p. 581 ſqq. *Auſonii* Griphus ternarii numeri, et notitia de eius edd. in tom. VI. part. I. pag. 257 ſq. — In tom. III. p. 402 ſqq. *Auſonii προσφώνησις* matutina ad Parmenonem ſeruum. etc.

Ad pag. 721. ſect. 6.

De verſionibus quorundam poematum *anglicis* v. *Brüggemann* View etc. p. 743 ſq. qui etiam commemorat *I. Iortin* obſſ. criticas in Auſonium in eius Tracts philological, critical and miſcellan. Lond. 1790. 8. — *Aleurſii* diatribae in Auſonium. Romae. 1524. fol. conf. Mazzuchelli Scrittori d'Italia, I. part. I. p. 92 ſq. — *Franc. Sylvii* enodatio griphi Auſoniani. In aed. Aſcenſianis. 1522. 4. — *H. Bolt* ſilua critica ad complura auctor. vett. inprimis *Auſonii* loca. Harlem. 1766. 8. — *Schrader* in Obſſ. libro p. 6. et 7. ac in Emendat. lib. p. 188.

§. 10.

§. 10.

Proba Falconia.

Ad pag. 722. sect. 4.

Principem edit. s. l. et a. *Denis* in Supplem. p. 643. ex coniectura tribuit Zeinero Vlmensi; contra cl. *Panzer* A. T. I. p. 197. inprimis vol. IV. p. 240 sq. cum *Lairio* in indice librorum ab inuenta typogr. part. I. p. 130. characterem pertinere putat ad Frid. Biel et Mich. Wensler. Basileae. — Eumdem vide I. p. 10. nr. 55. de edit. *Antwerp.* 1489. per Gerard. Leew. 4. — pag. 255. nr. 91. de ed. *Brixiensi* per Bernard. Misintam Papiens. 1496. 4. etc. — De editione *Aldina*, in vol. II. collectionis poetar. christian. a. 1502. 4. in vol. VIII. p. 342.

Ὁμηροκεντρα, ἁ και κεντρωνες. Homerocentrones, quae est Centrones. Item *Probae Falconiae Centones.* h. e. carmen ex diuersis Virgilii versibus et hemistichiis consarcinatum, continens descriptionem V. et N. testamenti. Item Νοννȣ ποιητȣ Πανοπολιτȣ μεταβολη τȣ κατα Ἰωαννην ἁγιȣ ἐυαγγελιȣ. In calce: Francofurti ex offici Petri Brubacchii. M. Martio M. D. XLI. (1541.) 8.

Homerocentra siue Centones Homerici in quaedam historiae sacrae gr. et lat. Accedunt *Probae Falconiae* Virgiliani centones in V. ac N. T. scripti: denuo edidit *Ludou. Henr. Teucher.* Lipsiae 1793. 8.

In

In *Anecdotis* litterariis ex MSSt. codd. eruti, vol. II. (Romae 1773. 8.) pag. 388 sqq. sunt versus anecdoti *Valeriae Falconiae Probae*, ex cod. MS. biblioth. Passionei-Angelicae cum variis lect. ex eod. codice ad Centonem ipsum Virgilianum, coll. cum edit. Pisaurien si a. 1766.

§. 11.

Claudius Claudianus.

Ad pag. 724. ad sect. 3.

Male tribuebatur *Claudiano* carmen *de laudibus Herculis*, quod *Wernsdorf.* in Poet. lat. minor. I. in adpendice pag. 275 sqq. sub nomine *Nemesiani* edidit. v. supra ad *Nemesianum*.

Ad pag. 724. sect. 4.

Claudian. de raptu Proserpinae, edit. antiqua sine vlla nota typograph. cuius lectio interdum differt ab edit. Vicent. a. 1482. De illa curate disserit cel. *Morellius* in epist. subiuncta libro: Saggio epistolare sopra la Tipografia del Friuli nel secolo XV. del Conte *Antonio Bartolini*. Vdine 1798. mai. 4. Contra Bartolin. quaedam monentur in Jen. Allg. L. Z. 1799. m. Febr. nr. 65.

Idem doct. *Morell.* in nota longa ad Catalog. Pinell. III. pag. 9 sq. diligenter describit rariss. edit. inscriptam, *Dionysii Halicarn.*

praecepta de oratione nuptiali — — a *Theodoro Gaza* latine reddita. — — *Claudiani* carmen de Phoenice. Cremonae sine anni et typographi nota, saec. XV. (ante annum 1492.) 4.

Claudiani Siculi (sic) viri inprimis doctissimi de raptu Proserpinae Tragoediae duae heroicae. fol. s. vlla nota, sed charactere Valerii Maximi per Schoeffer an. 1471. Non sunt ipsius nostri Claudiani tragoediae; sed illius tres de Proserpinae raptu libros vir quidam doctus in duas tragoedias heroicas, quarum singulae tribus constant actibus, sic artificiose distribuit, vt ipsa poetae verba integra ordinemque inviolatum seruaret. v. *Maittaire* A. T. I. p. 383 sqq. et *Panzeri* A. T. IIII. p. 114. atque pag. 470. *Claudiani* opusculum de raptu Proserpinae etc. sine nota anni et loci, in 4. memoratur.

Ad pag. 725. lin. 20.

In memorata ed. *Erfurt.* sunt quoque *P. Ouidii Nasonis* carmen ex Metamorphoseon XV. de Phoenicis mortui reparatione; *Decii Magni Ausonii Paeonii* carmen de festo pascatis (sic): tum quaedam Bapt. Mantuani, Angeli Politiani, Domici Palladii Sorani et Nicolai Marscalci Thurii poemata: subnexis haud multis nec doctis glossematis.

Ad

Ad pag. 726. sub fin.

Editio *Basileensis* et rara et critica, cuius margini adscriptae sunt variae lectiones, sic, bis vitiose, est inscripta:

Cl. Claudiani poetae celeberrimi omnia quae quidem extant opera, ad veterum *exemplariorum* fidem quam fieri potuit emendatissime excusa: vetustis etiam aliquot, eorundem beneficio, supra omnes hactenus *aeditiones* sparsim locupletata. Basileae. 1534. 8. cum palma Bebelii.

Ad pag. 728. sub fin.

Claudiani Opp. exstant quoque in *Maittaire* Opp. et fragm. vett. poet. latin. vol. II. pag. 1343 sqq. et in Corpore poet. lat. cum *italica* versione *Nic. Berengani.* Mediolani 1734. 4. tom. XI — XIII.

Ad pag. 730.

De versionibus vid. edit. Bipontin. pag. XXX. sqq. notitiae litter. in specie de *anglicis*, *Brüggemann* View etc. p. 754 sqq. de *italicis*, *Paiton.* Bibliotec. etc. I. pag. 264 sqq. add. *Blankenburg* ad Sulzeri Theorie etc. tom. II. p. 511.

Car. Frid. Kretschmann in litterarischen Briefwechsel an eine Freundin. Claudian. Zittau. et Lipsiae. part. I. 1797. 8. Postquam pauca disseruit de Claudiani vita: metricam dedit versionem carminis in Rufinum,

tum excerpta et reliquis Claudiani carminibus, potiſſimum ex eo de raptu Proſerpinae, et nonnulla loca vertit proſaice. In epiſtola IV. quaedam obſeruauit de oratione et ſtilo Claudiani: ignorauit vero praeclaram *Gibbonis* notationem in Hiſtory of the Decline — of the R. E. cap. 30. tom. V. p. 206. edit. Baſil. aut tom. VII. verſionis german. Schreiter. praecipue pag. 327 ſqq.

Klaudius Klaudians Raub der Proſerpina, in verſſ. iambicos *german.* carmen translatum auctore *Meſſerſchmidt*, in Monatsſchrift für Deutſche, m. Ian. et Febr. a. 1800.

Kaiſer Theodoſius des Groſsen Regierungs-Vnterricht für ſeinen Sohn Honorius, nach dem Lateiniſchen des *Klaudian*, von *Ratſchky*, in *Wieland* neuem teutſchen Merkur, part. II. a. 1800. pag. 81 ſqq.

Alain, ex vrbe Lille ortus, ſcripſit *Anticlaudianum*, in quo allegorico poëmate perfectus diuinus homo felicitatem adfert terrae, quum Claudianus intuliſſet calamitatem; in ſeptem codicibus, de quibus et de poëmate diſſerit *Legrand d'Auſſy* in Notices et Extraits des Mssts. de la Biblioth. nationale etc. tom. V. Pariſ. ann. VII. mai. 4. nr. XXIV. Exſtat quoque cod. ſaec. XV. ineunte ab *Adamo de la Baſſoye*, et verſio gallica, exeunte ſaec. XIII. in qua carmen ſecundum multo meliorem ordinem meliusque conſilium compoſitum eſſe dicitur.

Ad

Ad pag. 731. *sect.* 6.

Add. *Christi. Henr. Schmid.* Anweisung der vornehmsten Bücher in allen Theilen der Dichtkunst. p. 104 sqq. — *Io. Schrader* in libro emendationum, Leovard. 1776. 4. pag. 143 sq. 179 sq. et praef. 44. quaedam Claudiani loca critice pertractat. — *Io. Jortin* obss. criticae in Claudian. in Tracts philologic. critic. and miscellaneous, Lond. 1790. 8. vol. II. p. 178 sqq. — *Baden* specimen lectionum variant. ad Claudianum de raptu Proserpinae, e II. codd. italic. Kilon. 1796. 4.

§. 12.

Aurel. Prudentius Clemens.

Ad pag. 732. *sect.* 4.

In bibl. acad. *Erlang.* seruantur *Prudentii* ψυχομαχία, et *Prudentii* historiae, siue Diptychon, codd. chart. saec. XIV. de quibus disputat et varr. quasdam ex illis exhibet lectiones cel. *Pfeifferus* nostras in Beyträgen zur Kenntniss alter Bücher u. Handschriften, part. III. p. 538 et 543 sqq. In nostro cod. historiae et in fine et init. in nota tribuuntur *Prudentio;* cui Heinsius et alii id diptychon abnegant: Ge. autem Fabricius adsignat cuidam *Amoeno.* v. *Hamberg.* Z. N. III. p. 16. de Prudentio, vbi plures laudat viros doct. qui vitam etc. Prudentii enarrarunt.

Editiones *Dauentrienſes*, Prudent. 1472. hiſtoriam de B. virgin. Mariae aſſumtione, a. 1475. et ſocc. ſermon. de tempore et ſanctis, a. 1476. cel. *Panzer* in A. T. I. p. 354, ad nr. 1, fabulis Miteſiis adnumerat.

Edit. *Dauentr.* a. 1495. memoratae huius anni et loci nota a manu antiqua exemplari in bibl. Pariſ. tantum adiecta, et forſan eadem eſt, aut parum differt ab ea, quam ex Saltheni bibl. citaram; namque exemplari cuidam edit. ſ. l. et a. cui adhaerent *Prosperi* epigrammata de virtutibus et vitiis, atque *Hugbaldi* Monachi carm. mirabile de laude Caluorum, ſed non addito nomine editoris *Rhodolphi Langii*, etiam adſcriptum eſſe dicitur manu. *Dauentr.* 1495. conf. *Panzer* I. p. 363. et 368. Pagina autem 360. nr. 66. adfertur liber: *Antonii liberi Zuzatenſis hymni inuentor rutili interpretatio.* In calce: Finit *Aurelii Prudentii* notabilis atque ad vnguem emendata hymni expoſitio, qui inter alios maxime difficilis eſt. Impreſſa *Daventriæ* per me *Rich. Paffraet.* anno XCIII. (1493.) penult. Mart. 4. — Edit. *Venetae* rariſſimae notitiam *Panzer* VIII. p. 341. n. 37. dedit vberiorem.

Ad pag. 733. *lin.* 9.

— *Prudentii* enchiridion, ſiue Diptychon. Lipſ. per Iac. Thanner. 1494. 4. v. *Leich* de origine et incrementis typogr. Lipſ. pag.

pag. 75. — *Prud.* liber hiſtoriarum, in fine: Liptzigk. 1505. 4. — *Aurel. Prud. Clem.* viri conſularis et poetae praecl. Romanus martyr. Viennae, editore Rud. Agricola, (diverſo ab Agricola Friſio,) typis Hieron. Victoris, 1515. 4. teſte cl. *Seyboldo* in progr. quod habet correctiones et ſupplem. B. L. Fabr. Erneſtinae, pag. 10. *Denis* in Wiens Buchdrucker-Geſchichte illius editionis non meminit. Contra p. 139. ad a. 1515. pluribus refert edit. *Aurelii Prudentii* Cathemerinon, h. e. diurnarum rerum opus varium. — — cum Rudolfi Agricolae Rheti praefatione, Viennae Auſtriae a. 1515. 4. — Pag. 115. (latius in Memorab. bibl. Garell. pag. 258.) *Aur. Prud.* hymni duo, ieiunantium et incenſionis ignis paſcalis, Viennae per Hier. Vietor. et Io. Singrenium. a. 1514. 4. — Pag. 298 ſq. Liber hymnorum Prudentii. Cuſpinian. ad lectorem. — Viennae per Io. Winterburg. ſ. a. nota. 4. — Pag. 301. *Prud. Aurelii* ex libro hymnorum hymnicum carmen de inuentione noui ignis paſcalis ſ. nota typogr. 4. ſed typis Winterburgeri probabiliter circ. an. 1500.

De ieiunio et eius inſtitutione hymnus Prudentii. Alius item exacto ieiunio vna cum auctariolo, h. e. ſententiis quibusdam de eadem re. In calce: Erphordie per Io. Knappum Calcographum. Anno ſeculi huius decimo. (1510.) 4. — *Aur. Prud. Clementis* —

liber Periſtephanon, hymnos in laudem ſanctorum, qui martyrio coronati ſunt, complexus. Ex vetuſtiſſ. exemplari quam diligentiſſime recognitus — a *Valentio Eckio*. Cracou. typ. Matthiae Scharffenberg, impenſis Marci Scharffenberg. 1526. 4.

Ad pag. 733. ſub fin.

Variae edd. cum comment. *Antonii Nebriſſenſis* excitantur in Specimine biblioth. Hispano-Maianſianae. — Ex muſeo Dauid. Clement. pag. 26 ſqq. hoc quidem ſequuntur ordine: *Aur. Prud. Clem.* libelli cum commento *Ant. Nebriſſenſis*. In fine: Fuit impreſſum praeſens opus in ciuitate Lucronii per Arnald. Guillermum de Brocario. . . a. 1512. 4. Ad intelligendum, ait Maianſius, Prudentium nullae notae clariores et expeditiores excogitari poterant. — Ant. Nebriſſ. annotatt. recuſae ſunt in Prudentii edit. *Weitziana*, Hannou. typis Wechel. 1613. 8.

Aurea expoſitio hymnorum vna cum textu ab *Antonii Nebriſſenſis* caſtigatione fideliter transſcripta. 4. Ex verſibus fini adiectis, quos repetit Maians, colligitur, excuſum eſſe librum Caeſarauguſtae typis Georgii Coci. 1520. — Alia edit. Lucronii 1529. 4. — Alia: Stellae, excudebatur expenſis Mich. de Suelbes, Caeſarauguſtani bibliopolae, per Adrianum de Anvers. 1563. 4. — Alia: Hymnorum recognitio per *Ant. Nebriſſ.* cum aurea

aurea illorum expoſitione. Et orationes, quae in vniuerſali eccleſia decantantur. Apud inclytam Granatam. A. M.D.LXVII. (1567.) 4.

Ad pag. 734. *lin.* 3. *ſqq.*

Prudentii ſacra, quae extant, poemata omnia, cum *Io. Sichardi* ſcholiis, in aliquot hymnos *Deſ. Eraſmi* Roterod. et *Iac. Spiegelii* commentariis. Baſileae per Henr. Petri. 1562. 8.

Editionem *Ioan. Weitzii*, Hanou. typis Wechel. 1618. 8. prodiiſſe, ſcribit *Hamberger.* in Z. N. III. pag. 17 ſq. et in Kurzen Nachrichten II. pag. 870 ſq. Alii plures a. 1613. deſignant.

Edit. ſtudio *Th. Pulmanni* et *Vict. Giſelini*, duce quidem Hambergero l. c. exiiſſe ex offic. Plant. Antwerp. 1564. ſcripſeram; at errorem in anni nota commiſſum eſſe et ſcribendum arbitror a. 1564. Hunc quidem annum prae ſe ferunt exempla in cat. Menkii I. p. 55. et Pinelli II. p. 369. vbi quoque nr. 4927. memorantur *Prudentii* Opp. cum notis Io. Sichardi et Deſid. Eraſmi. Lugduni 1553. 16. — *Prudentii* Opp. cum not. *Nic. Heinſii* et varior. VV. DD. Coloniae. 1701. 8.

Specimen poeſeos ſacrae ex *Aurelii Prudentii Clement. hymnis ſacris* depromptum. — Vlmae apud Dan. Barthol. 1714. 8. curante

Dauid. Stoelzlin, Prof. orat. et poes. Vlmens. in epist. nuncupatoria nomen suum profesſo. Singulis selectis hymnis praemissum est argumentum, sed ipsi carent notis. — *Prudentii* opp. in *Maittaire* corpore poet. lat. tom. II. p. 1580 sqq.

Ad pag. 735. *lin.* 24.

De edit. Parmensi iudicatur, adspersis multis in editorem animaduersionibus et textus correctionibus, in Jen. A. L. Z. 1790. nr. 365. et 366.

Ad pag. 736. *lin.* 5.

Editionis *romanae* tom. II. prodiit ann. 1789. 4. In L'Esprit des Journaux m. Mai. 1789. pag. 170 sqq. prior tomus; posterior autem in April. 1790. p. 181 sqq. recensetur.

Ad pag. 737. *sect.* 6.

Is. Grangaei comment. in Aur. Prudentii libros II. adu. Symmachum Paris. 1614. 8. — *Io. Iortini* animaduerss. in Prudentium in miscellan. obss. vol. III. tom. III. p. 320 sqq. — *Em. Merian*, philos. D. obseruatt. criticae in quaedam Aurel. Prudent. Clem. loca. Basil. 1789. 4. — *Bayle* Dict. hist. et crit. voc. *Prud.* Alios bene multos V. V. D. D. laudauit *Hamberger* l. c. *).

§. 13.

*) Diuersus ab Aurelio Prudentio est *Prudentius Tricassinus*, siue *Trecensis*, Hispanus, (qui

§. 18.

Claudius Rutilius Numatianus.

Ad pag. 739. *ſub fin.*

Rutilii itinerarium eſt quoque in *Maittaire* Corpore poet. lat. vol. II. p. 1410 ſqq. — inter poetas lat. minor. ex ed. Petri Burmanni fideliter expreſſos, Glasguae 1752. 8. pag. 71 ſqq. — in collectione Piſaurenſi omnium poematum — latinor. tom. IV. p. 189. Piſauri 1766. 4.

Ad pag. 740. *med.*

Plura ſupplementa ad prooemium notasque ſuas dedit *Wernsdorf* in tom. V. poetar. lat. min. part. 3. pag. 1491 ſqq. p. 1501 ſqq. in praef. ad tom. VI. part. II. Idem in notis ſuis iam contulit in vſumque conuertit, quae Victorius, P. Weſſeling., Corn. Val. Vonck, Chriſti. Cruſius aliique paſſim in libris criticis ad emendandum illuſtrandumque Rutilii carmen adtulerunt. Add. Obſſ. *Io. Iortini* criticas in Rutilium, adſperſis Burmanni et Dorvillii animaduerſſ. in Miſcellan. obſſ. Belg. vol.

cui in lingua hispan. nomen fuit *Galindo*,) Trecarum in Gallia epiſcopus, medio ſaeculo nono, nec paucorum ſcriptorum auctor, theologus, hiſtoricus et verſificator: obiit a. 861. Plura dabit *Fabric.* in B. L. med. et inf. aet. tom. VI. p. 19 ſq. ed. Manſi. Alios, qui de illo egerunt, nominat *Saxius* Onom. II. pag. 116.

vol. IV. tom. III. p. 363 sqq. Eiusdem *Iortini* notas criticas ineſſe in eius Tracts philological, critical and miſcellaneous, Londin. 1790. 8. vol. II. pag. 316 — 324. obſeruat *Brüggemann* in View etc. p. 762. — Illuſtrantur quaedam Rutiliani carminis loca, praecipue geographica, in: Vorrath kleiner Anmerkungen ueber mancherley gelehrte Gegenſtände von B. v. H. Lipſ. 1795. 8. nr. 11. — Add. cel. *de St. Croix* Memoir. ſ. notit. min. gr. ſcriptor. geographicor. n. 41.

§. 14.

Meropius Pontius Anicius Paullinus.

Ad pag. 741. ſect. 2. lin. 5.

An. Chr. 394. inclareſcere coepit, et ſacris chriſtianis initiatus eſt a. Chr. 409. monente *Saxio* in Onom. II. p. 453 ſq. qui plures laudat VV. DD. de Paullino; alios bene multos *Hamberg.* Z. N. III. p. 126 ſq.

Ad pag. 741. ſect. 4. lin. 3.

Paullini Opp. — cura *Henr. Grauii* Dominicani, (qui ex vett. msstis textum a multis mendis liberauit.) Colon. typis Cholin. 1560. — tertia edit. probabiliter ex codd. poſt priores editt. expreſſa, inter Orthodoxographos a *Io. Iac. Grynaeo* collectos, tom. II. p. 76 ſqq. Baſil. 1569. fol. — Quarta edit. cum cod. collata Bibl. patrum Colon. intexta eſt ab *Andr. Schotto* 1618. fol. addito epithalamio

lamio Iuliani et Iac. nondum antea excuſo. — Quinta ed. curata eſt ab *Heriberto Rosweydo*, codd. Vatican. Nolan. et tribus aliis vſo, cum vita Paullini, a *Frant. Sacchino* I. S. compoſita, et notis amoebaeis Frontonis Ducaei et Heriberti Rosweydi. Antwerp. typis Plantin. 1622. 8. — Illa edit. Chifleto minus probata, recuſa eſt in Bibl. P. P. max. Lugd. tom. VI. — Multo melior eſt editio, inſcripta:

Paulini — opera, digeſta in II. tomos, ſecundum ordinem temporum nunc primum diſpoſita, et ad msstos codd. Galliçanos, Italicos, Anglicos, Belgicos atque ad editiones antiquiores emendata et aucta, nec non variorum notis illuſtrata. His adduntur de S. *Paulinio* ep. Nolano — elogia, vita — diſſ. de eiusdem captiuitate, de SS. *Sulpicio Seuero*, *Alethio*, *Victricio*, *Apro* et de opuſculis Paullini amiſſis, dubiis ac ſuppoſititiis. Exhibentur praeterea operum ordo chronologicus argumentis demonſtratus, variantes ex Msst. et editis codd. lectiones et varii indic. tom. I. et II. (cur. *Io. Bapt. le Brun.*) Pariſ. 1685. 4. Acc. nonnullae epp. et multis verſibus aucta ſunt poemata. In tomo II. ſunt opp. tum dubia tum ſuppoſititia, Paullini vita, et notae tam editoris, quam variorum. etc.

In *Ge. Fabricii* poet. vet. eccl. ſunt p. 733. carmen de S. Io. Baptiſta, et p. 817 ſqq. carmina Paullini. — Vita Paullini *italice* ſcripta, eius-

eiusque opera in linguam italicam translata et in nouum ordinem redacta a *Io. Stephano Remondino* complent tomum II. operis a Remondino euulgati: Della Nolana ecclesiastica Storia. Neapoli 1751. fol. v. *Paitoni* Bibl. degli Autori — volgarizzati, tom. III. pag. 97 sq. — The Life of Paulinus — by *Henry Vaughan* etc. Londini 1654. 8. v. *Brüggemann* View etc. pag. 754. — *La Vie de St. Paulin*, Eveque de Nole, avec l'Analyse de ses ouvrages, et trois Dissertations sur quelques Points importans de son Histoire. Paris. 1743. 4.

§. 15.

Coelius Sedulius.

Ad pag. 744. sect. 4.

Sedulii cod. saec. XI. in bibl. Vindobon. laudatur a *Denisio* in Codd. MSS. theolog. bibl. Vindobon. latin. vol. II. p. 352. — De *Gruneri* edit. conf. noua acta erud. a. 1748. m. Nou. p. 628 sqq.

Ad pag. 746. lin. 3.

Coelii Sedulii opera omnia ad MSSt. codd. Vaticanos aliosque et ad vett. editt. recognita: prolegomenis, scholiis et appendicibus illustrata a *Faustino Arevalo*. Romae 1794. m. 4. Est editio classica et critica; subiecta prosaica paraphrasis, a Sedulio ipso facta; praemissa Sedulii vita et catal. illius scriptorum horumque

que mſstorum atque editionum. Pag. 71. inſerta eſt disputatio de *Aſterio*, h. e. *Turco Rufio Aproniano*, conſule a. Chr. 449 *), quem collegiſſe putat carinina Sedulii. In adpend. eſt Turci Aſterii epigr. et Beliſarii atque Liberii acroſticha; item controuerſiae, num Aſterius fuerit Apronianus, commemoratio. Add. ſupra, ſupplem. I. p. 358.

Sedulii hymnus in natalem Chriſti, permultis notis doctis quidem varii generis ac piis, at etiam luxuriantibus, interdum otioſis, inſtructus, eſt in *M. Io. Weitzii* collectione, inſcripta: *Heortologium*, ſ. hymni feſtiuales, ex poetarum qua veterum, qua recentiorum latifundiis excerpti et pro tempore elucidati, Francof. 1643. 8. pag. 105—246. Pari modo liberaliore Weitzius in illa collectione, vt recentiorum omittam cantica hymnosue, expoſuit, addito contextu, *Ambroſii* H. in aduentum domini; *eiusdem* et *Auguſtini* ſymbolum ſ. hymnum a Conr. Rittershuſio graecis verſibus hexametris expoſitum; *Pauli Diaconi* H. in natalem Io. Baptiſtae. Idem *Weitzius* antea ſeparatim ediderat *Pauli Diaconi* H. in natalem Iohannis Baptiſtae explicatum. Ienae. 1639. 8.

§. 16.

*) Vid. quoque *Iac. Sirmond.* ad Eunod. libr. I. ep. 24. et *Gruner.* in praefat. ad ſuam edit. Is etiam poſt alios Sedulii carminibus ſubiecit Liberii et Beliſarii acroſticha.

§. 16.

Caius Sollius Apollinaris Modeſtus Sidonius.

Ad pag. 747. ſect. 4.

Sidonius Apollinaris: fol. edit. primaria princ. ſine vlla nota typogr. ſine numeris, ſignaturis et reclamantibus; litteris gothicis. Sed procul dubio Vltraiecti typis Nic. Ketelaer, circa a. 1473. ſecundum *Revitzky* in II. Suppl. ad ſuum catal. Haec eadem eſſe videtur edit. cuius notitiam, a doctis Benedictinis in Hiſt. litt. de France datam repetiit *Hamberger* III. p. 263 ſq. — Eadem forte edit. ſine ſign. cuſt. et pagg. numero, in fol. quam a. 1477. prodiiſſe et quidem in Belgio ex eo, quod manus coaeua ſcripſit: *emptus et ligatus 1477.* colligit *Laire* in indice librorum ab inuenta typographia, I. p. 184. — Edit. altera *Baſileenſis* repet. ſic indicatur in catal. bibl. Menken. I. p. 56. *Sidonii Apollinaris C. Soll.* Lucubrationes, cum commentario *Io. Bapt. Pii.* Baſil. per Seb. Henricpetri 1597. 8.

Ad pag. 748. init.

De edit. *Pariſ.* 1599. 4. cum *Sauaronis* notis v. *Reimmanni* catal. biblioth. theol. pag. 355. — Edit. II. *Pariſ. Sauaronis,* 1609. 4. laudat auctor Theſauri bibliothecalis, vol. IV. (Norimbergae 1739. 4.) pag. 233 ſqq. et primum

mum ex exemplo, quod possederat Cunr. Rittershusius., argumenta epistolarum Sidonii Apollinaris, quae ille in calce adscripserat, typis euulgauit; tum iudicia Morhofii, Barthii, Schurzfleischii etc. de Sidonio repetiit.

Annotamenta *Io. Baptistae Pii* in Plautum, *Sidonium*, Fulgentium, Bonon. ap. Io. Anton. de Benedictis. 1505. fol.

§. 17.

Dracontius.

Ad pag. 749. *sect.* 3. *lin.* 3.

Post *mutatum* add. *et interpolatum saec. VII. iussu regis Gothorum in Hispaniis Cinthasuindi.*

Ad pag. 750. *lin.* 12.

Dracontii poetae christiani saec. V. carmina ex msstis Vaticanis duplo auctiora iis, quae adhuc prodierunt, recensente *Faustino Arevallo*, qui prolegomena, varias veterum editionum lectiones, perpetuasque notationes adiecit. Romae 1791. ap. Ant. Fulgonium. 4. Editor reperit in bibl. Vatican. duos codd. in quibus carmen *de deo* integrum, aliaque pleniora, nec adeo interpolata exstant.

Dracontii, Presbyteri Hispani, carmen epicum Hexaemeron, ab Eugenio II. episcopo Toletano emendatum: eiusdemque elegia ad Theodosium iuniorem imper. Aug. Denuo edidit et notis illustrauit *Ioan. Benedict.*

Carpzov. Helmſtad. 1794. 8. Carpzou. in praefatione, Ego certe, inquit, non exiſtimo, Eugenium doctrina ac litteris ſuperiorem Dracontio fuiſſe; ſed ingenioſa et acuta pleraque debere huic; iſtum vero immutaſſe nonnunquam, quae ſatius fuiſſet, ſi parum immutata eſſent. etc. — Vt plurimum contextus eſt ex bibliotheca P. P. maxima repetitus; ſed locis tamen nonnullis emendatus a Carpzouio, qui Sirmondi, Riuini, Weitzii aliorumque obſeruationes ſuis ditauit, et in notis partim de veritate lectionis disputauit, partim de verborum ſenſu. Hexaemero addidit praeclaram latinam periphraſin. Praefationem autem excipiunt iudicia VV. DD. de poeta, atque index editionum cum obſeruationibus criticis ac litterariis.

Ad pag. 750. ſect. 5.

Add. *Andr. Chriſt. Eſchenbach* diſſ. de poetis chriſtianis ſacris, ſect. II. §. XIV. in diſſ. acadēm. p. 105 ſqq. et *Polycarp. Leyſeri* hiſtor. poetarum et poëmatum med. aeui, p. 56 ſqq.

Seuerus Sanctus Endeleichius, (al. *Endelechius*,) rhetor et poeta chriſtianus, clarus ſub finem ſaeculi quarti. Scripſit *de mortibus boum* carmen, et finxit, Chriſti crucis ſignum, cum ſola fide coniunctum, ſedare luem iſtam pecorum mortiferam per orbem rom. graſſantem,

tem, ad doctrinam christianam deorum cultoribus commendandam.

Saepius editum est id carmen: scil. a *Petro Pithoeo* inter veterum aliquot Galliae theologorum scripta, Paris. 1586. 4. — tum a *Bignaeo* aliisque, in variis Bibliothecae patrum editionibus, et separatim Paris. 1589. — cura *Io. Weitzii* cum huius et *Wolfg. Seberi* adnotatt. Francof. 1612. 8. — *Seueri Sancti*, i. e. *Endelechii rhetoris de mortibus boum carmen*, ab Elia Vineto et Petro Pithoeo seruatum, cum notis Io. Weitzii et Wolfg. Seberi, curante *Iac. Gronouio*. Lugd. Bat. 1715. 8. (v. acta erudit. a. 1716. p. 80 sq.) ex typogr. Petri van der Aa. — et, mutato tituli folio, cum nomine bibliopolae Sam. Luchtmanns, et anni nota 1717. — *Ge. Outhofius* libro inscripto: *Iudicia Iehouae Zebaoth*, seu bellum diuinum, quo petit deus peccatores, Groning. 1721. 8. adiunxit *Seueri Sancti*, *id est Endeleichi* carmen, cum suis et selectis Weitzii ac Seberi adnotatt. vid. Act. erudit. Supplem. tom. VIII. pag. 214. et *Heumanni* castigatt. illi recensioni p. 218. subiectas.

Seueri Sancti Endelechii carmen bucolicum de mortibus boum: ex sacra bibliothecae SS. patrum seu scriptorum ecclesiasticorum diuitis christianorum poematum gaza instructissimo et locupletissimo tomo octauo per *Margarinum de la Bigne*, ex alma Sorbonae schola Theologum Doctorem Paris. edit. secunda

Pariſ. a. 1589. recuſum. Nouam praefat. de auctore, editt. et argumento huius carminis, praemiſit M. *Dauid Richter,* Gymnaſ. in patria Rector. Hamburg. et Lipſiae 1747. 4. Conf. noua acta erudit. m. Nou. 1748. pag. 646 ſq. vbi plures indicantur edd.

In collectione omnium poematum latin. *Piſaurenſi* tom. V. a. 1766.

Io. Chriſt. Wernsdorf in Poetis lat. min. tom. II. p. 217 ſqq. reddidit et docte explicuit *Seueri Sancti carmen bucolicum*, et pag. 53 ſqq. de Seuero illo, qui minus recte cognominetur *Endelechius*, quippe quum hic Romae vixiſſet, Seuerus in Galliis, de nomine *Sancti*, de carminis forma, edition. etc. agit. In tomi V. parte III. pag. 1449. collegit ſupplementa, in quibus haec adnotat, quae ſequuntur. „In hiſtor. litter. Galliae, ſcripta per religioſos Benedict. e congregat. S. Mauri, tom. II. p. 56. ea ecloga de mortibus boum adtribuitur *Sancto*, poetae chriſtiano, et hic diuerſus ab Endelechio eſſe cenſetur. Praeterea huic *Sancto*, poetae chriſtiano, ibi tribuitur poema *de parabola X virginum* in euangelio, idque fuiſſe inter hymnos exiſtimatur, quos *Sanctus* ille *Paulino*, qui deſiderauerat, mittit, epiſtola XXVI. ſ. XLI. alterius editionis. Sed eo loco hymnorum quidem miſſorum mentio fit, et disputatio de parabola X. virginum inde petitur; vtrum

vero

vero totum poema illius argumenti fuerit, non satis clare adparet."

Add. *Fabric.* B. L. med. et inf. aet. tom. VI. pag. 164 sq. ed. Mansi, vbi maxime de tempore, auctore, occasione et titulo carminis disseritur copiosius.

Ad pag. 751.

De *Claudio Mario Victore*, vide supra ad cap. VII. §. 37.

De *Eucherio*, eius scriptis horumque editt. v. *Schoenemann* Bibl. patrum lat. II. p. 773—794. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. tom. II. p. 115 sqq. ed. Mansi, *Hambergeri* Z. N. III. p. 179 sqq. et *Saxii* Onom. I. p. 499 sq. — *Eucherii* Lugdun. formularum intelligentiae spiritualis liber. Eiusd. de quaestionibus difficilioribus V. et N. T. nec non nominum hebraicor. et aliorum sacris litteris contentorum. Eiusd. epistola paraenetica de contemtu mundi, cum scholiis *Erasmi Roterod.* Basil. Cratander 1530. 4. Haec edit. multo contractior est, quam ed. inscripta: *Eucherii* Lugd. lucubrationes aliquot per *Io. Brassicanum* recens editae. Basil. ex offic. Froben. 1531. fol. de vtraque edit. v. *Oudin.* comm. de script. eccl. tom. I. p. 1220. (a pag. 1206. incipit de *Eucherio* agere,) inprimis *Lambacher.* in Bibl. antiq. Vindobon. ciuica I. pag. 119 sqq.

Eucherii filius fuit *Salonius* epiſc. Genevenſ. et auctor II. dialogorum, ab *Io. Alex. Braſſicano*, Hagen. 1532. 4. edit. v. *Hamberg.* l. c. p. 180. not. *Schoenemann* l. c. p. p. 1063 ſq. *Lambacher.* l. c. p. 122.

De *Petro Chryſologo*, eius *Sermonum* CLXXVI. antiqua *collectione*, atque editionibus, quae multae ſunt, vberrime agit cl. *Schoenemann* l. c. tom. II. p. 746 — 773. — *Petri* ſermones in cod. Erlang. membr. — Princeps editio Sermonum eaque rariſſima eſt Bonon. curante P. *Agapito*, Vicentino, canon. Lateran. ord. Rectore, ex typograph. Io. Bapt. Phaelli. 1534. 4. — Notandae praeterea edd. veniunt: *D. Petri Chryſologi* Forocornelienſis, Rauennatum Archiepiſcopi, homiliae ſacrae, ſiue ſermones aurei, recogniti, emendati, ac maxima [ex] parte, (variis lectt. ſcholiis et obſeruatt. illuſtrati) opera et ſtudio *Dominici Mitae* Bonon. per Nicol. de Solié 1643. 4. — rec. etiam cum acceſſione *S. Valeriani* Cemelienſis epiſcopi homiliis, quotquot exſtant, Venet. ap. Auguſt. Savioli. 1742. fol. — Nouiſſima operum edit. ad codd. msstos recenſita, eſt *P. Sebaſtiani Pauli*, Clerici etc. Venet. 1750. fol. v. *Manſium* ad Fabr. B. L. etc. V. p. 253.

Ad pag. 751. *fin.*

Leonis M. vitam, controuerſias, ſcripta, codd. msst. verſiones, atque editt. copioſiſſime enar-

enarrat cl. *Schoenemann* loco cit. pag. 861—1012. — Add. *Hamberger* Z. N. III. pag. 200—207. vbi alii, bene multi, Leonis hiſtoriam perſequuti, citantur et potiores memorantur editt. et ſupra ad §. 75. de Prospero Aquitano. — *Leonis* Papae ſermo eſt in cod. Erlang. membran. — Nouiſſimam Operum editionem *Venetam*, curantibus *Petro et Hieronymo Balleriniis*, presbyteris Veronenſibus, 1755—1757. fol. III. tom. praeter Schoenemann. l. c. p. 947 ſqq. late intelligenterque recenſuit *Io. Aug. Erneſti* in Noua bibl. theol. tom. IV. part. VII. p. 579—641. et part. X. pag. 867—891.

In *Io. Dominici Manſi* noua et ampliſſ. ſacrorum conciliorum collectione, tom V. col. 1203—1430. et tom. VI. col. 1—432. Florent. 1761. fol. ſunt *vita, epiſtolae et decreta Leonis Papae I.*

Cel. *Henr. Philipp. Conrad. Hencke* in progr. recudi fecit *Leonis M.* epiſcopi rom. epiſtolam contra Eutychen de vera incarnatione Domini ad Flauianum epiſcopum CPolitanum. E recenſione Ballerinorum cum praecipua varietate lectionis, notulis et admonitione hiſtorica. Helmſtadii 1780. 4. — *Griesbach* — *Semler.* diſp. ſiſtens locos theologicos a Leone M. pontifice rom. collectos. Halae Sax. 1768. 4.

Ad pag. 752. lin. 18.

Roesler in libro supra ad §. 75. de Prospero Aquitano citato Idatii chronicon habet incorruptum, et vsque ad a. 427. tamquam fontem adhibet. Id vero, quod Idatio tribuitur, at annos numerat consulares, nullam mereri praerogatiuam, censet ille, reddit tamen l. c. secundum edit. Roncalli et Florez in España sagrada: Chronici denique, quod dicitur Cuspinianum, auctorem putat fuisse Italum. Conf. Kilon. nou. bibl. vniuers. german. vol. 45. part. II. fasc. 6. pag. 400 sqq.

De Brequigny comment. de cod. qui continet chronica *Idatii*, *Fredegarii* etc. in Notices et Extraits de MSSt. de la Biblioth. nationale etc. tom. V. Paris. an. VII. mai. 4. nr. XV.

Ad pag. 752. fin.

Inter inedita in tomo II. Aduersar. *Barthii* nondum euulgato exstare fertur vita *Martiani Capellae* nondum edita, vbi Barthius demonstrasse dicitur, Capellam vixisse sub Gordianis, adeoque non, saec. V. sed saeculo III. medio. v. A. L. Z. a. 1794. nr. 40. pag. 315. — Notanda est editio: *Martianus Foelix Capella* de nuptiis Mercurii et Philologiae, cum adnotatt. *Ioannis Dubrauii.* In calce: Viennae per Hieronymum Vietorem. a. 1516. fol. *Denis* in Wiens Buchdruck. Gesch. p. 149 sq. laudat hanc edit. et quaedam narrat de Dubrauio. — Nouissima est edit.

edit. *Martiani Minei Felicis Capellae* Afrae Karthaginienſis de Nuptiis philologiae et Mercurii libri duo. Recenſuit, varietate lectionis et animaduerſionibus illuſtrauit *Io. Adam Goez.* Norimbergae 1794. 8. — *P. Bonda* in variis lect. l. cap. VI. p. 47. et VII. p. 51 ſq. atque *Henric. Io. Arntzenius* in Miſcell. libro cap. 16. 18. et 19. varia Capellae loca tentarunt atque explicuerunt.

Ad pag. 753. ſub finem.

Claudian. Ecdicius Mamertus orator fuit et carminum ſcriptor; defunctus circa a. 470. ſcripſit autem *de ſtatu animae* libr. III. contra *Fauſtum* epiſcopum Reienſem, qui animum eſſe ſomniauit corporeum: eos primum e cod. Lipſ. edidit *Petrus Moſellanus*, Baſil. ap. Ad. Petri 1520. 4. — Pleniſſima eſt editio:

Sancti Patris noſtri Claudiani Ecdicii Mamerti de ſtatu animae libri III. *Casp. Barthius* exemplar vulgatum edidit, varias Msstorum lectiones orae appinxit, examinauit, animaduerſionum libro correxit, illuſtrauit. Gloſſarium adiecit. Additae *Andreae Schotti* notae et emendationum rationes ex ſcriptis codd. Item *Gregorii Thaumaturgi* libellus de anima, incertique philoſophi chriſtiani [graeci] celebres opiniones, [*Io. Tarino* interprete.] Adhaec *Hermae*, vetuſtiſſimi theologi, Paſtor, cum animaduerſionum libro *Casparis Barthii*, quo theologia auctoris veritati aſſeritur, Noua-

tianiſmo exoneratur, textus ipſe Hermae emaculatur et illuſtratur. Itemque *Paciani*, epiſcopi, paraeneticus ad poenitentiam. Cygneae, typis et ſumtibus Melchior. Goepneri. 1655. 8. ſub fin. pag. 953 ſqq. alius vir doctus non ſolum vitia typographica, praeſertim in notis ad oram poſitis commiſſa, correxit, ſed etiam varias lectt. ex ed. Moſellani Baſil. *Grynaei* Orthodoxographis et *Schotti* in bibl. PP. Colon. ſedulo collegit, et animaduertit, Barthii praefationem ab auctore ipſo ſublatam eſſe, nouam vero propter eius ſenectutem addi non potuiſſe. Conf. *Hamberger* Z. N. III. pag. 123 ſqq. et *Sax.* Onom. I. 516. qui alios VV. DD. haud paucos laudant.

Ad pag. 754. *lin.* 12.

Corr. *Hamberg.* III. pag. 272 ſqq. vbi ſcripta *Gelaſii*, editt. potiores et plures VV. DD. in enarranda Gelaſii vita verſati, memorantur. — Add. *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia II. part. 2. p. 1182. nr. 1. — De ſcriptoribus eccleſiaſtic. librum vnum, cum adiunctis indicibus XI. et breui chronologia ab orbe condito vsque ad a. 1613. ſcripſit Robert. Cardinal. *Bellarminus*. Colon. Agripp. ſumt. Iodoci Kalcouii. 1645. 8. in quo de Gelaſio et reliquis breuiter agitur.

De *Fauſto* v. etiam, quae paullo ante de *Mamerto* notata ſunt. Princeps opuſculorum editio eſt: *Fauſtus epiſcopus de gratia dei et huma-*

humanae mentis libero arbitrio, cum praefat. Erasmi Roter. Item *Fauſtinus* epiſcopus ad Flaccillam imperatricem *de fide aduerſus Arianos et de propoſitis quaeſtionibus Arianorum*, nunc primum in lucem editi. Baſil. Io. Faber. 1528. 8. v. *Lambacher.* in bibl. antiq. Vindobon. ciuica. I. pag. 121. qui in nota corrigit I. Alb. Fabricium, quod primum in Bibl. eccleſ. in notis ad Gennadium lit. *r.* p. 38. ſcripſit, libros duos Fauſti de gratia et libero arbitrio editos eſſe primum ab H. Caniſio; dein in Bibl. med. et inf. lat. vol. II. pag. 456. eosdem libros, tradidit, primum lucem vidiſſe in Orthodoxographis, ab *Heroldo* editis, Baſileae 1555. nec primae illius editionis mentio fit in Fabr. Bibl. m. et i. aet. a Manſio curata, vol. IV. p. 148. Reliqua autem eius nec pauca ſcripta horumque editt. in B. L. Fabric. latius enumerantur.

De *Fauſtino* autem, qui non fuit epiſcopus, ſed Presbyter Luciferanus, v. eumdem *Fabric.* l. c. pag. 146 ſq. vbi vero memoria edit. Baſileenſ. quoque omiſſa eſt, et ſupra cap. VII. §. 52.

Ad pag. 754. ſub fin.

Notanda eſt edit. critica: *De illuſtribus eccleſiae ſcriptoribus, Authores praecipui veteres.* I. *D. Hieronymus* Stridonenſis presbyter. II. *Gennadius* Maſſilienſis presbyter. III. *Iſidorus* Hispalenſis epiſcopus. IV. *Honorius*

norius Augustodun. presbyter. V. *Sigebertus* Gemblac. monachus. VI. *Henricus de Gandavo*, Archidiacon. Tornacensis. — — Opera *Suffridi Petri* Leouardensis Frisii V. I. L. Colon. apud Matern. Cholin. 1580. 8. Pag. 119 sqq. in epistola Gennadio praemissa iudicat de illo, quem cautius legendum esse a Catholicis censet, et de quibusdam additamentis codicumque diuersitatibus agit. — Hic Gennadius discernendus est a *Gennadio, episcopo CPolitano*, de quo noster Gennad. cap. XC. quaedam tradit. Add. *Fabricii* B. Gr. vol. IV. libr. III. c. 20. de Arato. §. II. fin.

Ad pag. 755. lin. 2. sqq.

Saxius I. Onom. p. 481. adnotat, *Charisium* passim fuisse *Commminiani*, vetustioris, sed incertae aetatis, grammatici descriptorem, et Comminiani istius librum scriptum habuisse *Melchiorem Goldastum*, eumque laudasse ad Paraeneticos p. 37. atque excerptis e Comminiani cod. Leidensi vsum esse *Bondamum* II. varr. lectt. cap. X. (vbi a p. 230. quaedam *Charisii* loca ex MS. supplentur et emendantur,) p. 239. et cap. XII. p. 285 sq. Idem *Bondam* in eodem libro passim multa *Diomedis* loca emendauit illustrauitue, et p. 266. locum ex MS. suppleuit. — *Diomedes* et alii grammatici latini vett. Ed. primaria, Venet. ap. Ienson. s. a. fol. v. supra ad cap. VII. §. 35. de Donato, et *Hamberger* Z. N. III. p. 289

289 ſqq. inprimis p. 291 ſq. — Haud ſpernenda eſt editio, cuius exemplar habeo: *Diomedis Grammatici opus*, ab *Iohanne Caeſario* ita emendatum ſcholiisque illuſtratum, vt nulla porro labes inſideat. Item *Donati* de octo orationis partibus, et Barbariſmo libellus, ab eodem recognitus. Haganoae, per Io. Secerium. 1526. 8.

Ad pag. 755. *lin.* 11.

De *Auito* v. *Polyc. Leyſer* hiſt. poet. med. aeui ſaec. VI. nr. 5. p. 85 ſqq. *Io. Moller.* in Homonymoſcopo, ſect. II. c. VI. §. 18. p. 543. *Hamberger.* Z. N. III. p. 313 ſqq. atque *Saxii* Onom. II. p. 8 et 9. *Lambacher.* in Bibl. ciu. Vindobon. I. pag. 122. primum laudat MS. membr. ſaec. XII. 4. qui continet *Alcimi Auiti* libr. VI. de initio mundi; de originali peccato; de ſententia dei; de diluuio mundi; de tranſitu maris et conſolatoria laude caſtitatis. In nota monet, illum cod. quod ad numerum verſuum pertinet, concordare cum Sirmondi editione, (ſuperiorem enim Lugdun. 1536. atque antiquiores fuiſſe innumeris in locis, praecipue poſterioribus in libris valde deprauatam atque quinquaginta prope verſibus interpolatam;) verſus tamen quosdam hinc inde transpoſitos. Ab eodem Lambachero nominantur II. edd. Vindobonenſ. n. *Alcimi Auiti* — Encomium virginitatis et monaſtici in ſexu muliebri inſtituti a *Wolfg.*

Lazio

Lazio a ſitis et tineis vna cum aliis vindicatum. Viennae Auſtriae. Mich. Zimmermann. ſ. a. in 4. — et ibid. ap. Aegidium Aquilam. 1552. 4. quam poſteriorem ed. vberius recenſet *Denis* in Wiens Buchdruckergeſchichte p. 494 ſqq. qui quidem eam deteriorem Sirmondiana eſſe iudicat; at meliorem Lugdunenſi 1536. cuius editor Io. Gagneius et multa pro Iubitu immutaſſet, et vero ſuos ipſius inſarſiſſet verſus. — *Altimi Auiti* poemata in *Mich. Maittaire* corp. poet. latin. vol. II. pag. 1673 ſq.

Ad pag. 755. ſub fin.

De *Ennodio*, qui a. Chr. 521. (nam in Notitia etc. *a. 512.* vitioſe eſt editum,) diem obiit ſupremum, eius vita, ſcriptisque et horum editionibus conf. quoque *Leyſer* loc. cit. pag. 83. 84. et *Hamberger* III. pag. 309 ſqq. *Operum* pleniores melioresque editt. ſunt *Andr. Schotti*, Tornaci 1610. 8. et *Iac. Sirmondi*, Pariſ. 1611. 8.

Ad pag. 756.

Tanta vis eſt editionum *Boethii* cum operum, tum inprimis librorum *de conſolatione philoſophica* et *de diſciplina ſcholarium*, modo commentariis inſtructorum, modo deſtitutorum illis, vt verear, ne, non dicam plena, ſed ampla tantum illarum enumeratione moleſtiam creem lectoribus tempusque perdam.

At-

Atque cel. *Panzer* in A. T. abunde satisfaciet antiquiorum edd. ac versionum notitiam desideraturis. v. catal. editionum, quae saec. XV. exierunt prelis, in Indice, s. vol. V. pag. 100—102. et vol. VI. sqq. notitiam edd. quae Coloniae atque alibi ab a. 1501—1536. lucem viderunt. — De editionibus ac versionibus *anglicis* diligenter, interdum copiose agit cl. *Brüggemann* View etc. pag. 769—774. De versionibus *italicis* multus est *Paitoni* in Bibl. degli Autori — volgarizz. tom. I. pag. 174—182. Quare in diligentia atque industria illorum acquiescere et pauca tantum addere aut supplere licebit. In bibl. acad. *Erlangensi* sunt multi codices membr. qui *Boethii* scripta continent: de consolat. philos. tres codd.; de trinitate, tres; Liber diuisionum, bis; comment. in libr. de trinitate; de musica; de vnitate et vno; Topica; de topicis differentiis; antipraedicamenta; de cathegoricis syllogismis et de hypothet.; in Topicam Aristotelis. — *Polycarp. Leyserus* in Historia poetar. medii aeui p. 105. *Boethii* carmina ex tribus codd. acad. Helmstad. et quatuor editt. emendauit. *Lambacher* in Bibl. Vindobon. ciuica p. 123. duo illius bibl. codices laudat, in quorum altero saec. XIV. est *Boethii* liber, quomodo Trinitas vnus deus, ac non tres dii, ad Q. Aurel. Memmium Symmachum socerum, cum commentariis, in 4, alter autem membr. saec. X. continet *Boethii* con-

consolationis libr. V. in 4. in nota vero monet Lambach. ex posteriore codice libros consolationis adhuc magis, quam a Leyfero sit factum, posse emendari, et genuinam restitui lectionem. — De diptycho *Boethii Cos.* Brixiano, de Boëthii titulis ac dignitatibus, praefectura vrbana, binis consulatibus et a. 510. et a. 520. aliisque rebus ad illum pertinentibus docte disputat, aliorum examinat sententias et loca quaedam Boethii exponit *Io. Heinr. Leich* de diptychis veterum et de diptycho eminent. Quirini. Lipsi. 1743. 4. sect. II. §. 1. et 2. pag. XXV. sqq. — *Montfaucon* in Bibl. Coislin. pag. 140. laudat cod. LXXXIV. membran. qui continet Boethii libr. de consolatione *latine* et *graece* cum commentariis latinis. In imo margine folii primi a recentiore manu scriptum legitur, versionem graecam esse *Maximi Planudis*. Clarius id declaratur in cod. caesareo *Vindobon.* LXXXIV. chart. a. 1455. scripto, quem vberrime describit, pluresque, qui de Boëthio, eius nomine et scriptura, mortisque anno 524. vero, de Consolationis libris atque editt. scripserunt, excitat Lambec. in comment. de bibl. caesarea, vol. VII. col. 310 — 316. In illo autem cod. exstant *Boethii* libri V. de consolatione philosophiae, a *Maximo Planude* ex latina in graecam linguam translati, et ab eodem non solum prolegomenis graecis, verum etiam adnotatt. gr. marginalibus illustrati.

Prae-

Praeterea verſioni graecae e regione adiuncti ſunt iidem quinque libri latine, cum adnotatt. latinis partim interlinearibus, partim marginalibus. Primus vero totius codicis titulus generalis ſic ſcriptus eſt: Ἀννικίου Μαλλίου Σεβηρίνου Βοηθοῦ, ἀπὸ ὑπάτων — — ὃν μετήνεγκεν ἐκ τῶν Λατίνων φωνῆς Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδης. In prolegom. gr. breviter exponitur vita Boëthii. etc.

Ad pag. 757. *lin.* 1.

Boëtii opera varia. Venetiis 1487. fol. in bibl. Magdeburg. teſte *Kinderlingio* in Meuſelii hiſtoriſchem Magazin. part. II. pag. 165. fin. add. *Panzer.* III. p. 248. — Rariſſimam ed. *A. M. T. Seuerini Boëtii Opera*, nuper diligentiſſime recognita atque excuſa, cum Comment. Venetiis apud Iuntam. 1536. fol. et plures illius edd. antiq. rariores, nec non verſiones germanicas, anglicas, belgicas, italicas, hispanicasque vberrime recenſet *Clement.* in Bibl. curieuſe etc. tom. IV. pag. 428 — 450.

Ad pag. 757. *lin.* 9.

De *Boethii* libr. de arithmetica v. *Scheibel* Einleitung zur mathematiſchen Bücherkunde part. XI. p. 330. et 346. — eiusdem aſtronom. Bibliographie, p. 68 ſqq.

Boethius de diſciplina ſcholarium, cum notabili commentario. Coloniae per Henric.

Quentel. 1489. fol. in bibl. Erlang. acad. inter libros Iobſtianos. — Eiusdem commentarii in topica Ciceronis. Baſil. Henr. Petri. 1531. 8. — de differentiis topicis. Pariſ. ap. Rob. Stephan. 1534. 8.

Ad pag. 758. *lin.* 9.

Boethii conſolatio philoſophiae per *Fratrem Bonum Iohannem*, emendante *Venturino priore* Sauenae in ditione Genuenſi, in monaſterio Auguſtinorum. 1474. 4. de qua edit. vide Abb. *Mauro Boni* Lettere ſui primi libri a ſtampata di alcuna città e terra dell' Italia ſuperiore —. Venet. 1793. mai. 4. *Panzer* III. p. 5. nr. 1. et Jen. A. L. Z. a. 1794. nr. 354. m. Nou. p. 277.

De *Hagen.* ed. a. 1491. quae eſt in bibl. acad. Erlangenſi, copioſus eſt cl. *Pfeiffer* in citato libro, Beyträgen etc. II. p. 188 ſqq.

Vetus eſt nec frequens editio, cuius exemplar in manibus habui: „Duplex commentatio ex integro repoſita atque recognita in *Boëtium* (ſeu *Boethum* mauis) de conſolatione philoſophica et de diſciplina ſcholaſtica. Ea videlicet, que diuo Thome aquinato aſcribitur. Et que ab aſcenſio recentius eſt emiſſa: vna cum libello de moribus in menſa informandis omnibus in teneris annis conſtitutis perneceſſario a *Iulpicio verulano* edito.“ Pari. ſ. nota anni. fol. Dedicatio typographi Iodoci Badii Aſcenſii ad bibliopolam Sim. Vin-

Vincentium scripta est: *Ex lutetia parisina pridie Kalendas Augusti, millesimo quingentesimo tertio.* (1503.)

De edd. Boëthii de philosoph. consolatione, Florent. op. et impensa Phil. Iuntae 1507. 8. — cum libello de scholast. disciplina, ib. 1513. 8. — 1521. 8. v. *Bandin.* annal. Iuntar. typogr. II. p. 23. 47. et 167. — *Lambacher* in bibl. ciuica Vindobon. I. pag. 124 et 125. citat duas edd. *Iuntin.* a. 1513. et de consolatione philosophiae, nec non de disciplina scholastica admiranda opusc. nouissime collatis omnibus exemplaribus hactenus impressis, et duobus etiam MSSt. recognita, adiectis annotatt. Venetiis ap. Luc. Anton. de Iunta. 1523. fol.

Ad pag. 758. *lin. pen.*

Commendanda est editio: — *Boëthi* consolationis philosophicae libri V. Eiusdem opuscula sacra, (scil. libr. IV. de trinitate et fidei confessio, siue breuis institutio religionis christianae.) Cum integris notis *Io. Bernartii*, *Theodori Sitzmanni* et *Renati Vallini*. Acc. *Petri Bertii* praefatio. Lugd. Bat. ex officina Hackiana. 1671. 8. — rec. Lipsiae 1753. 8.

Ad pag. 759. *lin.* 6.

Boethii consolat. philosophiae libri V. Oxon. 1663. 24. — Carmina ex eius libris

de consolatione philosoph. in *Mich. Maittaire* corp. poetar. latin. vol. II. p. 1449 sqq. — Lat. et a *Chaucero* in linguam *anglicam* translati, s. a. fol. — rec. in *Chauceri* opp. Londini. 1532. et 1542. fol. de qua et reliquis versionibus *anglicis* copiose differit *Brüggemann* View etc. l. cit. Ex illis tantum paucas referre iuuat: — *Boethii* consolationis philosophiae libr. V. Anglo-Saxonice redditi ab *Alfredo*, inclyto Anglo-Saxonum rege. Ad apographum Iunianum expressos edidit *Christph. Rawlinson*, e coll. reg. Oxoniae, e theatro Sheldon. typis Iunianis, sumt. editoris. 1698. 8. — *Boethius's* Consolation of Philosophy. Translated from the Latin, with Notes and Illustrations. By the Rev. Mr. *Philip Ridpath*, Minister of Hutton, Berwickshire, Londini. 1785. 8. — The Metres of *Boethius* on the Consolation of Philosophy. Londini. Robinsons 1792. 8. In praefat. de vita et scriptis Boëthii agitur. — Ab eod. cel. *Brüggemanno* memoratur edit. The Life of *Boethius*, recommended to the Author of the Life of Julian. Lond. 1683. 8. et adnotatur, loca nonnulla libri III. consol. philos. illustrari in European Magazin, m. Febr. 1780. p. 150 sq.

De versione quadam *gallica* v. Memoir. de l'Acad. des Inscr. tom. XVII. pag. 740. — Notitiae *germanicarum* versionum add. *Trost der Philosophie.* Aus dem Lateinischen des *Boe-*

Boethius, mit Anmerkungen vnd Nachrichten, die Geſchichte des Originals vnd das Leben des Verfaſſers betreffend, von *Friedr. Karl Freytag.* Rigae 1794. 8.

Ad pag. 759. *lin.* 16.

Conf. Chaufepié nouveau Dictionaire hiſt. et crit. tom. II. §. *Boethius.*

Ad pag. 759. *lin.* 17. *ſqq.*

Priſcianus Caeſareenſis.

Priſcianum dicere poſſumus *latinum Apollonium.* Nam, ſi cum Priſciano Apollonium cognomento difficilem conferes, vbi de conſtructione tractauit, (cetera enim Priſciani non poteris, quia non exſtat integer Apollonius,) ad verbum fere tralatum a Priſciano Apollonium eleganter quidem et erudite cognoſces. Ita iudicat Aldus Manutius in epiſtola ad lectorem, praemiſſa Conſtantini Laſcaris de nomine et verbo, libro III. gr. et lat. eiusdem Laſcaris de octo partibus orationis et aliis libris. in 4. ſ. a. et loco.

Inter codd. mſstos membran. bibl. acad. *Erlangenſ.* ſunt *Priſcianus* minor; *Priſcian.* maior ſ. ars grammatica lib. I—XVI. bis; Summa Mag. Petri Heliae ſuper maiorem Priſcianum. v. *Hocker* cat. bibl. Heilsbronn. p. 78. inprimis cel. *Pfeiffer* in Beiträgen etc. II. p. 252 ſqq. de cod. Priſciani minoris, vbi

plures illius variae lectiones excerptae leguntur, collatis auctoribus grammaticae lat. antiq. ed. Putſchii p. 1035 ſqq. — De principe edit. ſine loci ac typographi nota, (Venetiis, typis Vindelin. de Spira,) 1470 fol. et alia ſine loci ac typogr. indicio, 1472. fol. v. catal. Pinell. III. p. 245 ſq. vbi quoque exſtant edd. Venet. impenſis Marci de Comitibus et Gerardi Alexandrini 1476. fol. — ex emendat. Nicolai Angelii et Anton. Francini. Florent. Iunta 1525. 4. — a Bernardino Donato — Venetiis in aedib. Aldi 1527. 4. Add. cel. *Panzer* A. T. III. pag. 67. et paſſim in eod. vol. de editt. Venetis. vid. indic. ſub voc. *Priſcianus.* — De edit. *Georgii Trapezuntii* de partibus orationis ex *Priſciano* compendium, Mediolani. 1472. 4. vide *Saxii* hiſtor. typogragh. littet. Mediolan. pag. CLV. et p. CLXV. de edit. vt videtur, repetita, ibid. 1474. 4. — *Priſciani* opus grammaticum de octo partibus orationis. Cum *Ioan. de Aingre* expoſitione. — recognouit *Benedict. Brugnolus* Veronenſ. — Georg. Arriuabenus — impr. Venet. 1488. fol. exemplum eſt in bibl. acad. Erlang. add. Panzer. III. p. 258. qui quoque plures excitat V. D. et edd. Venet. typ. Phil. Pinc. 1492. et 1495. fol. pag. 324. et 376. item vol. IV. p. 46. ed. ſ. l. 1488. ex Roſſi catal. p. 75. commemorat. etc. — Idem vol. VI. pag. 493. refert rariſſimum librum: *Priſciani Caeſar.* — — Περι συνταξεως, h. e. de

de conſtructione libri graecanica ſcriptura, vbi neceſſum eſt iam pridem ab integro adornati caſtigatique: — In fine: — Priſciani duo de conſtructione volumina: Graecis litteris: id quod in Germania numquam antea contigit. — Erphordie per Lupambulum (Wolfgang.) Ganimedem, alias Schenk. 7. Idus Sept. a. M. D. I. (1501.) 4. Liber rariſſimus, ait cl. Panzer in nota, quo litteris graecis prima vice poſt inuentam typographiam vſus eſt in Germania typographus. — *Priſciani Caeſar.* inſtitutiones grammaticae, adiectis nuper praetermiſſis libello de XII. ponderibus, de accentibus, de ponderibus et menſuris. In calce: In aedib. Aſcenſianis. 1516. fol.

Alias edd. praecipue eas, quae exhibent *Dionyſii Afri* de ſitu orbis libr. ſiue geographiam, (ſiue, vt Wernsdorf. cum nonnullis VV. DD. rectius inſcribendum eſſe putat carmen, *Priſciani Periegeſin e Dionyſio*,) a *Priſciano* latine verſam, adtuli in *Fabricii* bibl. gr. vol. IV. pag. 593 ſq. inprimis pag. 595 ſqq. quibus addes edd. Cracou. 1504. 4. et Colon. in albo Cuniculo. 1516. 4. Illam vero interpretationem ab aliis male tribui *Rhemnio Fannio*, iam adnotatum eſt in *Fabr.* B. Gr. l. c. p. 590. et 596. et ego ibid. laudaui recent. *Priſciani* interpretationis edit. *Wernsdorfii*, in Poet. lat. min. tom. V. part. I. p. 262 ſqq. qui ibid. in prolegom. p. 212 —

221. de ficto falsoque recentiore grammatico *Rhemnio Fannio*, illiusque erroris origine, et pag. 221—235. de Prisciano eiusque periegesi, pag. denique 241—247. de edd. periegef. Prisciani diligenter lateque disputauit, et in tom. V. part. 3. p. 1497 sq. dedit spicilegium. Idem in tom. V. part. I. p. 235. *Prisciano* adseruit carmen *de ponderibus et mensuris*, quod alii tribuere solent Rhemnio Fannio, addito editorum indice, idque pag. 494 sqq. reposuit illustrauitque, cum inscriptione: *Prisciani (vel, ut aliis placet, Rhemnii Fannii,) carmen de ponderibus et mensuris.* (in tom. V. part. 3. p. 1500 sqq. adiecit spicilegium.) Pag. 520 sqq. recepit expositque *Prisciani epitomen phaenomenon, i. e. adparentium, siue versus* (XVI.) *de sideribus*; pag. autem 239 sq. de illa iudicauit et historiam edd. confecit. Conf. supra ad cap. V. §. 9. de Rhemnio Fannio Palaemone, *Hamberger.* Z. N. III. p. 329 sqq. et *Saxii* Onom. II. p. 19 sq. qui animaduertit, *Bondam.* II. varr. lection. cap. XIII. p. 298—300. item pag. 304—317. aliquot exemplis ostendisse, in nullo ferme Grammatico negligentiorem fuisse *Putschium*, quam in *Prisciano*.

Ad pag. 760. lin. 7. sqq.

Focas (*Phocas*) de nomine et verbo. De orthographia, cum Beda et aliis grammaticis, Mediolani, per M. Ant. Zarotum. 1473. 4. — Cum

Cum *Diomede* de arte grammat.; *Capro* de latinitate; *Agraetio* de orthographia; *Donato* de barbarismo et octo part. orat. *Seruio Mauro* in *Donatum*; *Prisciani* epitomat. grammatices. Venetiis 1494. 4. — et ibid. per Theodor. de Ragazonibus de Asula. 1495. fol. — *Guarinus* Veron. de diphthongis. *Apuleius* de nota aspirationis et de diphthongis. *Focas* de aspiratione. s. l. et a. 4. v. *Panzer* A. T. II. p. 15. III. p. 365 et 375. IV. p. 135. et de postrema ed. *Götzii* Mem. Dresd. I. pag. 470. qui corrigit Fabricii notitiam.

Ad pag. 760. *lin.* 25.

De edit. *Fischeriana* carminis *Waltharii* haec sunt adhuc obseruanda. Quia cod. Bauaric. e quo Fischer. primus edidit carmen, fuit mancus; in bibl. autem Carolsruhensi plenum reperiebatur exemplar, et deinceps alibi tria alia: Fischerus ex illis ea, quae in prima editione deessent, suppleuit ediditque et notis illustrauit a. 1792. De cod. tamen Carolsruhensi, qui iam saeculo IX. scriptus videtur *Moltero*, hic agit vberius, in: Beyträge zur Geschichte vnd Litteratur. Aus einigen Handschriften der Marggräfl. Baadischen Bibliothek. Francof. ad Moen. 1798. m. 8. nr. V. Codex autem inscriptus est: *Ystoria Waltharii*. Ipsa vero historia, quamquam non scripta fuerit, vt Fischer. putabat, saeculo sexto, superat

tamen saeculum nonum. Verum, quia cod. Carolsruh. saepe dissidet ab editione Fischeri: *Molter* poema, quod constat versibus 1450. cum omnibus variis lectionibus cod. Carolsruh. ibidem recudi fecit, et versum, cuius lectio discrepat, stellula notauit. Idem *Molter* istud poema metrice verterat edideratque, inscriptum: *Walther von Aquitanien*, cum textu lat. Carolsruh. 1782. 8. conf. nou. bibl. german. vniuers. Kilon. 1799. vol. 42. part. I. fasc. III. p. 190-sq.

Ad pag. 760. *lin. antep.*

B. Fulgentii archiepiscopi Ruspensis Opera, nuper in vetusto codice apud Germanos inuenta, obsoletis et Longobardicis literis conscripta, antea numquam impressa. Item *Maxentii Ioannis*, serui dei, opera in eodem codice reperta. Hagenoae in offic. Thom. Anshelmi. 1520. fol. cum epistola nuncupatoria editoris *Bilibaldi Pirckheymeri* ad sororem Charitatem Pirckheymeriu Abbatissam D. Clari Nurinbergae. v. *Panzer* A. T. VII. p. 90. et *Lambacher* in Bibl. antiq. Vindobon. ciuica I. p. 125. qui in nota contra *Oudinum* de script. eccl. I. p. 1377. et *Fabric.* B. L. med. et inf. aet. II. p. 662. monet, edd. Fulgentii Moguntinam a. 1515. et Noribergens. 1519. per errorem laudari. — Pirckheymer. edit. recusa est Colon. Agripp. in aed. Heron. Alopecii, impensis — Godefr. Hittorpii 1526. 8. —

Plura

Plura de eius vita, scriptis atque editionibus v. apud *Hamberger.* Z. N. III. pag. 335 sqq. vbi in not. alii *Fulgentii*, probe discernendi, eorumque scripta atque editiones enumerantur, et in nota p. 340. de *Maxentio Ioanne*, Monacho scythico, circa ann. 520. eiusque scriptis agitur.

Ad pag. 761. *lin.* 3. *sqq.*

Vid. supra, cap. VII. §. 23. de *Nonio Marcello.* Notandae sunt editiones: *Fabii Fulgentii Planciad.* allegoricae fabularum enarrationes, s. liber mytholog. cum comment. *Io. Bapt. Pii*, Bonon. Mediolani Vlr. Scinzenceller. 1498. fol. (*Panzer* II. p. 86.) et *Fulgentius Planciades* in mythologiis. — — scholia paraphrastica a *Philomuso*, (h. e. *Iac. Locchero*,) addita sunt, etc. In calce: Expensis Io. Grünerii Vlmani. In officina Sigismundi Grimm Medici et Marci Vuirsung Augustae Vindel. 1521. fol. (*Zapfs* Augsburgs Buchdruck. Geschichte II. p. 139. et *Panzer* A. T. VI. p. 161.) — Conf. *Thom. Muncheri* praefat. Fulgentio praefixam, in illius et van Staueren auctoribus mythographis latinis.

Ad pag. 761. *lin.* 22.

De *S. Benedicto*, mortuo a. 544. aut 543. eius vita, opusculis, praecipue eius *Regula*, etc. quot homines varia narrauerint, insignem eorum turbam produxit *Hamberger* Z. N. III. pag.

pag. 360 sqq. aliosque citanit, qui plures nominarunt scriptores. Add. *Saxii* Onom. II. p. 32. — Memorandus adhuc est libellus, quem habeo, perquam rarus: *Virgilio — Cento.* Vitam et miracula Sanctissimi patris nostri *Benedicti* complectens. Studio et labore *F. Balthasari Weller,* Monasterii S. Dionysii in Bantz, Franciae orientalis Professi et Sacerdotis concinnatus et contextus. Anno M.DC.XXV. (1625.) 4. In fine: Bambergae ap. Augustin. Crinesium. Sequitur narrationem et ordinem *Gregorii M.* in vita Benedicti. — In bibl. *Erlangensi* acad. seruantur aliquot codices msst. membr. et chart. qui continent *Benedicti Regulam* cum expositione.

Ad pag. 762, *lin.* 3.

Guadagnii de Florentino Pandectarum exemplari, an sit Imp. Iustiniani archetypum, et an ex eo ceteri, qui supersunt, Pandectarum libri manauerint, diss. in *Gorii* symbolis litterariis, Rom. 1752. 8. vol. IIII. p. 1 sqq. — *Leop. Andr. Guadagni* de Florentino codice, omnium, quae extant, Pandectarum exemplorum parente, disquisitio, ex edit. *Walchii.* Ienae 1755. 8.

De *Triboniano,* et viris doctis, qui in vtramque partem de eo disputarunt, v. etiam *Io. Aug. Bachii* historiam iurisprudentiae romanae, ed. V. *Aug. Corn. Stockmanni* lib. IV. cap. I. §. V. pag. 566 sqq. In illo cap. I. expo-

exponitur historia iurisprudentiae a Iustiniano vsque ad Basilium Macedonem, et agitur de Iustiniano, Iustino minore et reliquis imperatoribus; de constitutionibus principum, siue iure Iustinianeo atque graeco; adeoque de codice Iustinianeo, de Pandectis siue Digestis, atque editionibus capitalibus, de Institutionibus; de quinquaginta decisionibus; de Codice repetitae praelectionis; de Authenticis etc. Sic quoque auctores alii historiae iurispr. praecipue romanae fata iuris corporisque Iustinianei expoſuerunt: in his *Brunquell* in hist. Iur. II. 5. et 6. egit de editionibus Pandectarum. At enim vberior historiae atque editionum commemoratio et aliena est a noſtro instituto et ab aliis iam abunde facta est. Conferri potest *Io. Hieron. Herrmanni* Historia corporis iuris Iustinianei, oder historische Nachricht von den Institutionen, Pandecten, Codex vnd Nouellen. Ienae 1731. 8. Intelligenter et praeclare versatus est in conficienda iuris Iustin. et singularum illius partium, editionum potiorum, commentariorum atque interpretum historia, et multa alia scripta maioris minorisque molis variique generis, quae ad notitiam aut historiam iuris, editionum et Ictorum rom. facerent, indicavit cel. *Glück* in: Ausführliche Erläuterung der Pandecten nach Hellfeld, ein Commentar. part. I. edit. II. Erlangae 1797. 8. §. 35 sqq. p. 227 sqq. in specie p. 242 sqq. de editt.

editt. potioribus; atque §. 50 ſqq. pag. 313—366. Quam ferax editionum Inſtitutionum et reliquarum iuris partium iam fuerit ſaeculum XV. cognoſces vel ex *Panzeri* A. T. v. indic. ſiue vol. V. ſub voc. *Ius* p. 268—272. — Indicem editionum omnium corporis iuris ciuilis fontium adiecit *Guſtau. Hugo*, Profeſſor Gotting. ſuae editioni *Iulii Pauli* ſententiarum receptarum etc. Berolini 1795. 8. Add. *Walch.* ad Eckhardi Hermeneutic. iuris lib. I. cap. 2. §. 83. p. 100 ſqq. 123 ſqq. 13 . ſqq. et p. 140. — Cl. *Ier. Dau. Reuſſ* in Beſchreibung merkwürd. Bücher aus der Univerſit. Biblioth. zu Tübingen etc. Tubing. 1780. 8. p. 59 ſqq. pluribus deſcribit edit. Mogunt. *Iuſtiniani* imperat. codicis repetitae praelectionis, typis Petri Schoyffer de Gernſzheim. 1475. m. fol. (add. *Hamberg.* III. p. 376) — et p. 78 ſqq. *Iuſtiniani* inſtitutiones cum gloſſa, ibid. typis eiusdem Schoyfferi etc. 1476. fol. — Eximium *Digeſti veteris* codicem, qui praeclaras habet lectiones, et in bibl. acad. Erlang. cuſtoditur, diligenter copioſeque deſcripſit cel. *Pfeiffer* in progr. 1791. fol. et codicem valde laudat cl. *Glück*, l. m. p. 242. not.

De editionibus Pandectarum et Nouellarum agitur quoque in *A. F. I. Thibaut*, Prof. Kilon. Verſuchen veber einzelne Gegenſtände der Theorie des Rechts, part. I. Ienae 1798. 8. nr. XIV. *Vulgatam* lectionem eam eſſe cen-

censet, quae in edd. et codd. msstis ante cod. Florent. a Politiano comparatum ortae fuissent; *Florentinam* vero eam, quae in plurimis aut omnibus non manifesto corruptis locis ex cod. Florentino essent sumtae, reliquas esse mixtas.

Historiae nouellarum litterariae particula I. periodum Anteholoandrinam complexa, progr. auctore D. et Prof. *Weis.* Marburg. 1800. 4.

Io. Baptist. Feronce disput. praeside *D. Christi. Frid. Georg. Meistero* de principio cognoscendi emblemata Triboniani. Gottingae 1745. 4. v. Lipsii ephem. litter. a. 1746. nr. 5. p. 44. adde cel. *Glück* l. c. tom. I. pag. 238 sq. qui alia laudat scripta.

Ad pag. 763. *med.*

Commendanda est *Guil. Bestii* ratio emendandi leges Pandectarum Florentinarum auctoritate. Vltraiecti 1707. — rec. e recensione et cum notis D. *Io. Wendelini Neuhaus.* Lipsi 1745. 8.

Ad pag. 764. *lin.* 17.

Corporis iuris ciuilis tom. I. post Gebaueri mortem prodiit cura *Ge. Aug. Spangenbergii* (qui a libro Pandectarum octauo negotium suscepit,) Gottingae 1776. 4. — Tom. II. — Imperat. Iustiniani PP. A. codicem repetitae praelectionis, eiusdem sacrat.

Prin-

Principis nouellas, conſtitutiones atque edicta, item impp. Iuſtini minoris, Tiberii II. Leonis Philoſophi, Zenonis aliorumque principum orientalium conſtitutiones nouiſſimas, nec non et conſuetudines Feudorum ex *G. C. Gebaueri* recenſione complectens. Adornauit ac curavit *Ge. Aug. Spangenberg*, qui et lectionum varietates ex primariis editt. et codd. MSS. inſeruit. Gottingae 1797. m. 4. Longa et praeclara illius tomi cenſura, tam elegantioris iurisprudentiae cultori atque interpreti, quam futuro editori admodum vtilis, eſt in noua Kilon. bibl. vniuerſ. german. a. 1800. vol. I. part. I. faſcic. II. pag. 63 — 88.

Ad pag. 764. *lin. vlt.*

In illa libellorum Schwarzianorum collectione edidi pag. 125 ſqq. *Schwarzii* Σχόλια φιλολογικὰ ad Prooemium Inſtitutionum iuris e collatis XII. codd. MSSt. variisque editionibus. Atque pag. 133 ſqq. bene longum dedit editionum catalogum. Pag. 181 ſqq. eſt docta disputatio: An omnia Pandectarum exemplaria, quae adhuc extant, e Florentinis manauerint. Pag. 223 ſqq. *Schwarzius* dedit primum indicem Digeſtorum, ſaec. XV. impreſſorum, quae animaduertit recenſuitque *Henr. Brencmannus* in hiſtoria Pandectarum, lib. III. cap. IV. pag. 263. cum notis; tum longiorem catalogum Digeſtorum editorum, quae non vidit adnotauitque Brencmannus.

mannus. Denique pag. 366 sqq. recudendam curaui *Henr. Brenemanni* epistolam ad Franc. Hesselium, qua examinantur praecipua capita epistolae D. Guidonis Grandi de Pandectis, nec non dissertationis similis argumenti auctore Christi. Gottlieb Schwarzio. (olim formulis typographicis descripta Traiecti ad Rhen. apud Iurian. a Paddenburg 1735.)

Ego vero habeo exemplar editionis: *Institutt. Iustiniani* Sacratiss. Principis PP. A. libr. IIII, a *Matthaeo Wesenbecio* I. C. aediti, argumentis atque scholiis explicati. Acc. index —. Basileae per Eus. Episcopium et Nicolai fr. haeredes, 1572. fol. cuius orae manu adscriptae sunt ad libr. I. et II. variae lectiones e tribus enotatae codd. Augustanis, quorum notitiam dedit Schwarzius in disp. memorata, σχόλια φιλολογικὰ etc. §. II. — Codex membran. voll. VI. maximae formae, qui vniuersum ius ciuile vna cum Feudorum libris complectitur, et olim fuit C. G. Schwarzii, post eius mortem accessit bibl. acad. Gottingensi. Mentio illius facta est in catalogo bibl. Schwarzianae, part. II. nr. 1. et in disp. Schwarz. citata §. II. p. 131. sed exactiore et curatiore opera dedit eius notationem cel. *Heyne* in progr. a. 1773. scripto: Notatio corporis iuris glossati MSti bibliothecae Georgiae Augustae, rec. in *Chr. G. Heynii* opusculis academicis, vol. II. Gottingae 1787. m. 8. p. 315 sqq.

Ad pag. 763. lin. 4.

Omissum est nomen *Saxii*, qui in Onom. l. c. de corpore iuris Iustinianei, confecti ab a. 528. vsque ad 534. agit, et multos laudat, qui vel de eo egerunt, vel ediderunt illud, vel vario modo illustrarunt. Pauca tamen licet addere. *Gebauerus* tria edidit programmata, inscripta: MSti cuiusdam Brencmanniani de orthographia Pandectarum, specimen I. Gottingae 1767. — Specim. II. 1768. — Spec. III. 1772. 4. — *Io. Bernhard Kohlerii* I.C. interpretationum et emendationum iuris romani liber primus. Editio altera, correcta et aucta. Lipsiae 1792. 8. — *Pittmann* in Miscellaneorum ad ius pertinentium specimine XI. (Lipsiae 1791.) cap. XX. de lectione librorum iuris romani, inprimis Pandectarum, quam vocant, vulgata, eam cum aliis habet vulgatam, quae est Florentina, quam vitiis haud carere putat, hinc emendat quaedam idemque censet, vulgarem nouellarum versionem immerito praeferri graeco textui.

Lehrbuch vnd Chrestomathie des classischen Pandecten Rechts, zu exegetischen Vorlesungen, vom Prof. *Hugo* in Göttingen. I. Band. Gottingae 1790. 8.

Corpus iuris ciuilis in Chrestomathiam contractum, in vsum academiarum pariter ac Gymnasiorum. Curauit et notitiam corporis

poris iuris ciuilis litterariam praemisit *Ioan. Ant. Lud. Seidenstücker*, I. V. D. Gottingae 1798. 8.

M. Hieron. Gottlieb Kind. disp. de XIII. Iustiniani edictis, specimen I. continet IV. priora edicta. Lipsiae 1793. 4.

Sed haec sufficiant, *et de anglicis Institutionum* versionibus, atque interpretibus vindicibusque Iustiniani v. *Brüggemann* View etc. pag. 775.

Ad pag. 765. lin. 9.

De *Iornande* commentat. Equitis *du Buat* in commentariis societatis doctrinarum Boicae, tom. I. pag. 97. — Adde paullo post ad *Cassiodorum* notata.

Ad pag. 765. lin. antep.

Aratoris carmina sunt in *Mich. Maittaire* corp. poet. latin. vol. II. Add. *Lardner* Credibility of the Gospel History. part. II. vol. XI. cap. 151. p. 293 sq. et *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia, h. v.

Ad pag. 766. lin. 9.

In bibl. academica *Erlangensi* sunt tres codd. membran. *Cassiodor.* 1) in Psalmos a Psalmo CI. vsque ad vltimum: 2) de anima; 3) institution. diuinae: et vnus chartac. qui continet *Cassiod.* institt. diuinas.

Integer titulus edit. criticae Lugd. 1595. quae plura continet, hic est: *Magni Aurelii*

Caſſiodori Senatoris V. C. variarum libri XII. et Chronicon ad Theodericum regem. *Iordani* epiſcopi Rauennatis, de origine actisque Getarum lib. I. quo XII. Caſſiodori libros de eadem hiſtoria complexus eſt: *Ennodii* Ticinenſis epiſcopi Panegyricus Theod. dictus. *G. Fornerii* Anteceſſoris Aurel. notae in lib. variar. His de nouo acceſſerunt *Franciſci Modii* argumenta ſeu ſummaria ſingulis epiſtolis praefixa. Perpetuae ad margin. notae, ac interpretationis vice variae lectiones. *Petri Broſſei* in Caſſiodorum animadverſiones. Gnomologia Caſſiodorana, cum indice locuplet. Lugduni, apud Iac. Chouët. M. D. XCV. 8. Emendatior multis locis hic prodiit Caſſiodorus, (vt Fornerius in breui epiſt. ad lectorem ait,) partim ingenio, partim veterum collatione, partim beneficio codicis Franciſci Modii. Variae lect. orae adpoſitae pertinent ad Variarum libros, ad Iordanum et Ennodii panegyricum. Sed repetita editio eſſe videtur. Nam Fornerii epiſtola nuncupatoria ſcripta eſt Aurelianis XIIII. Kal. Nou. M. D. LXXVIII. Atque *Hamberg.* l. c. adfert duas antiquiores cum Fornerii notis editiones. Alteram ex catal. biblioth. reg. tom. I. p. 389. — *Caſſiodori opera*, quorum nonnulla nunc primum, reliqua emendatiora eduntur, cum V. Lect. et notis *Guil. Fornerii*. Paris, Marcus Orry. 1588. 4. et ex catal. bibl. Bunau, tom. I. vol. I. pag. 404. *Caſſiodori*

dori variarum libri XII. de anima lib. I. de inſtitutione diuinarum ſcripturarum libri II. de orthographia lib. I. de ſeptem diſciplinis; computus paſchalis; chronicon ad Theodericum regem: *Iordani* — de origine actisque Getarum liber. I. Edictum Theodoriei, regis Italiae; *Ennodii* Ticin. epiſcopi panegyricus Theoderico dictus; *C. Sollii Apollinaris Sidonii*, Auernor. epiſcopi de Theoderico rege epiſtola. Ex quibus quaedam nunc primum eduntur, cetera ad fidem vett. exemplarium diligenter emendata ſunt. Acc. *Guil. Fornerii* notae in libros Variarum. Pariſ. ap. Sebaſt. Niuellium. 1589. fol. — In bibl. acad. Erlang. ſunt *Caſſiodori* opera modo memorata, cum *G. Torneſii* Antec. Aurelii notis in libros Variar. Pariſ. apud Sebaſt. Niuellium 1579. fol. v. Hocker. catal. bibl. Heilsbronn. pag. 141. — Diu autem antea prodierunt:

M. Aurel. Caſſiodori variarum libri XII. item — de anima, liber vnus. Recens inventi et in lucem dati a *Mariangelo Accurſio*. Auguſtae Vindel. ex aedibus Henr. Silicei. 1533. fol. Accurſius ſcripta illa reperit in Hispaniis.

Ad pag. 767. lin. 15.

Add. *Baumgarten* Nachricht. von merkwürdigen Büchern. tom. VII. pag. 155. vbi a pag. 152. *Maffei* Iſtoria teologica recenſetur.

De *chronico* vide quoque ad cap. VII. §. 75. de Prospero Aquitano. — Opus diuin. lect. miſere per particulas diſiectum in lucem prodiiſſe, conqueſtus eſt *Conring.* de antiquit. academ. diſſ. III. §. 22. pag. 103. ed. Heumann. Putabat tamen, poſſe facile reſtitui in integrum, et ſummo iure mereri, quod reſtituatur. — De editionibus quorumdam Caſſiodori operum, ſaec. XV. curatis v. *Panzer* A. T. et ind. vol. V. voc. *Caſſiodorus.*

De epiſtola regis Theodorici latina in Caſſiodori Opp. tom. I. pag. 78. quam rex legatis Aeſtiorum, veterum Boruſſiae incolarum, ad ipſorum populum dedit, et num inde ſequatur, Aeſtios calluiſſe artem ſcribendi ac legendi, quod quidem negatur, agit *Ludou. von Baczko* in kleinen Schriften aus dem Gebiete der Geſchichte, vnd der Staatswiſſenſchaft, tom. II. nr. 4. Lipſiae 1797. 8.

Du Buat commentat. in qua oſtendere ſuſtinuit, ſub Theodorico, Gothorum rege, duo vixiſſe Caſſiodoros, in Commentariis ſocietatis Boicae doctrinarum, tom. I. p. 79 ſqq.

Curius vel *Chirius Fortunatianus*, cuius tres libri de rhetorica hodie exſtant, paullo ante Caſſiodorum vixiſſe videtur *Chopmanno* in Obſſ. ad commentar. vulgo Vlpianeos, ante edit. IV. Mounteney quarumdam oratt. Demoſthen. pag. 23 ſq. nota: idque probare ſtuduit ex verbis Caſſiodori: „*Fortuna-*

natianum vero doctorem *Nouellum*, qui tribus voluminibus de hac re subtiliter minuteque tractauit, in pugillari codice apte forsitan congruenterque redigimus.“ Distinguit igitur *Fortunatianum Rhetorem* ab *Fortunatiano Historico*, qui ante Constantinum M. adeoque duobus saeculis ante Cassiodorum sua scriptis mandabat, nec *doctor nouellus* ab eo dici potuit. Porro suspicatur, libros *Fortunatiani* de rhetorica, quos nunc habemus, non exstare hodie, quales ipse eos ediderit Fortunatianus; sed quales ex epitome sua dederit Cassiodorus. Secus sensit *G. I. Vossius* de hist. lat. cap. III. p. 168. qui eius refert aetatem ad a. Chr. 240. eique accessit *I. A. Fabricius* B. L. libr. IV. cap. 8. sect. 4. — Dubitanter posuit eius nomen ad illum annum *Saxius* in Onom. I. pag. 365. sed rhetorem haud discernit ab historico.

Ad pag. 768. *lin.* 16. de *Corippo.*

In noua corporis historiae Byzant. adpendice sunt nr. XII — XIV. *Flauii Corippi Africani* fragmentum carminis panegyrici, s. praefationis librorum de laudibus Iustini Augusti minoris, pag. 401 sq. Eiusdem carmen panegyricum in laudem Anastasii, Quaestoris et Magistri, pag. 402. Eiusdem de laudibus Iustini Augusti minoris libri IV. pag. 403 sqq. Haec poemata comparent ex codd. emendata notisque variorum illustrata.

Ad pag. 768. *lin. vlt.*

Creſconius primus fuit, qui decretis pontificum titulum et ordinem canonum daret. Illa *Creſconii* collectio probat falſitatem collectionis Pſeudo-Iſodorianae, et facit ad reſtituendam veram Dionyſiacam. Addi poteſt, apud Voëllum et Iuſtellum reperiri duo indices in Concordiam, n. argumentorum et conciliorum, in quo capite concordiae illius canones reperiantur.

Ad pag. 769.

De Iuliano anteceſſore CPolit.

Conf. *Bachii* hiſtor. iurisprud. romanae lib. IV. cap. I. ſect. 3. §. XVIII. et XIX. pag. 605 ſq. ed. Stockmanni, *Hamberger* Z. N. III. p. 431 ſqq. et quos ille laudat, atque cel. *Glück* ausführliche Erläuterungen der Pandecten etc. part. I. pag. 345.

Ad pag. 769. *ſub fin.*

De *Gregorio Turonenſi* epiſcopo, theologo atque hiſtorico, parente hiſtoriae gallicae, (ſcripſit enim *Hiſtoriae Francorum*, ſiue *Hiſtoriae eccleſiaſticae libros X.*) eius ſcriptis tam genuinis, quam adulterinis v. quoque *Hamberger.* Z. N. III. pag. 443 ſqq. eòsque, quos ille laudat. — *Gregorii Turon.* ſermones tres *in S. Martinum* ſ. de eius obitu, de eius transitu, et quando corpus eius translatum ſit, ſunt in cod. membr. Erlangenſi. Atque

Hocker.

Hocker. in B. Heilsbronn. p. 86. de illo codice, „edidit, ait, a. 1723, M. *Tobias Eckhardus* codd. mſstos Quedlinburgenſes, addiditque vv. lect. conferendo ſuum codicem cum exemplari impreſſo Lipſiae 1709. cum notis Ioan. Clerici. Noſter vero cod. vt in quamplurimis a Lipſienſi editione, ita in permultis a MSto Quedlinburgenſi recedit, quo quidem ſi recentior eſt, in nonnullis tamen videtur correctior, ſi pauca graphiſtae ſphalmata exceperis.“ In memoratis *Baumgartenii* Nachrichten etc. deſcribitur edit. Operum *Gregorii Turonenſis* cum *Adonis Viennenſis* epiſcopi ſex aetatum mundi Breuibus ſeu commentariis vsque ad *Carolum* ſimplicem Francorum regem: in calce: — Auſpicio et iuſſu — Magiſtri *Guil. Parui*, ordinis praedicatorii et theologiae profeſſoris clar. — In aedibus Aſcenſianis. Anno MDXXII. ad idus Nou. fol. ſed in nota anni errorem eſſe commiſſum, monent Baumgarten. et cel. *Panzer* A. T. VIII. p. 78. nam non modo dedicatio ad Guil. Paruum data eſt anno MDXII. ad XII. Dec. ſed Guil. quoque Paruus inde ab a. 1518 epiſcopus fuit Trecenſis. Pertinere igitur videtur haec editio ad a. MDXII. Atque *Panzer* in vol. VII. p. 571. ex Quetif. II. p. 101. refert ed. 1512. ſic vero inſcriptam: *Gregorii Turon.* Opera, ſcil. Hiſtoriae Francorum libri decem. De gloria confeſſorum; liber de vitis patrum; de vita et morte ſeptem

dormientium. *Adonis Viennensis* breuiarium chronicorum de sex mundi aetatibus, editore *Guil. Paruo* Ord. Praedicat. Parisiis MDXII. at in forma 4. Differt igitur, si Quetif. omnia recte indicauit, haec editio a superiore ratione et inscriptionis et formae. Atqui si errauerit in titulo et forma, atque scribere debuerit in *fol.* forsan dixeris, editionem a. 1522. signatam, a bibliopola nouum titulum, mutata tantum anni nota, accepisse. — Atque in *Fabr.* B. Lat. med. et inf. aet. tom. III. vbi a p. 101—106. ed. Mansi, diligens est narratio de *Gregorio* nostro, eius scriptis, editt. etc. traditur Chronicon Gregorii cum Adonis chronico primum editum esse a *Guil. Paruo.* Paris. 1512. et 1521. fol. typis Badii ap. Io. Paruum. Sed certiora dicent, quibus liceat plura exemplaria manibus terere atque comparare.

Ad pag. 769. lin. vlt.

De *Venantio Honorio Clementiano Fortunato* v. Fabr. B. L. med. et inf. aet. II. p. 179 sqq. ibique Mans. Optima est ed. — *Fortunati* Opp. omnia ad MSS. codd. Vatic. collata nouis additam. et scholiis illustrata studio *Mich. Angeli Luchi.* Romae. II. tom. 1786. 4.

Ad pag. 770. lin. 5.

De *Gregorio* M. parente multorum scriptorum, ab aliis vituperato, ab aliis laudato et vin-

vindicato, multi ſcripſerunt. v. praeter Saxium cit. *Hamberg.* III. pag. 459—467. et *Fabric.* B. L. m. et i. aet. III. p. 83 ſqq. ed. Manſ. — Infinita autem paene vt dicam, eſt copia editionum cum operum, tum inprimis ſingulorum librorum. Etenim quam ferax fuerit edd. ac verſionum vel ſaec. XV. cognoſces ex *Panzeri* A. T. indic. f. vol. V. pag. 229 ſq. Nec minor fere eſt numerus codd. mſſt. In bibl. quidem acad. *Erlangenſi* bene multi ſeruantur codd. membran. *Gregorii M.* homiliae, bis; homiliae in Ezechielem, bis; moralia; Epiſtolae, bis; cura paſtoralis, in quinque codd.; dialogi, bis; expoſitio biblica etc.: ſiue liber teſtimoniorum V. T. quem *P. Iterius* ex opuſculis Gregorii papae rom. excerpi curauit; excerpta; excerpta moralia; regiſtrum moralium; moralia in Iobum; de colluctationibus virtutum et vitiorum; Gregorii M. vita, auctore Io. Leuita, et in alio cod. vita Bonifacii, Lulli, Burchardi, Gregorii et aliorum. — *Brüggemann* View etc. pag. 778 ſqq. varia congeſſit ſcripta, ad hiſtoriam *Gregorii M.* pertinentia. Hic tantum referre placet: *Gregorii* M. de cura paſtorali liber vere aureus accurate emendatus et reſtitutus e vett. mſſtis cum romana ed. collatis, cura *Ier. Stephani*, Londini 1629. 8. — *Thomae Ianeſii* bellum Gregorianum, ſiue corruptionis romanae in Opp. D. Gregorii loca inſigniora obſeruata, Oxon. 1610. 4. — Eiusdem

Spe-

Specimen corruptelarum Pontificiorum in *Cypriano*, *Ambrosio*, *Gregorio M.* et authore operis imperfecti et in iure canonico. Londini 1626. 4. *Lardner* in Credibility of the Gospel History. part. II. vol. XI. cap. 156. pag. 345—362. — De rariss. edit. *Dialogi Gregorii Papae*, per Iohann. Guttenbergium apud Argentinam. Anno Millesimo CCCCLVIII. (1458.) fol. multus est *Würdtwein* in Biblioth. Moguntina, p. 58 sqq. — Memorabo adhuc editionem paucis cognitam, „Homelie quadraginta Gregorii Pape de diversis lectionibus euangelii: nunc primum diligenter castigate." In fine: Impresse Parisiis — opera Vdalr. Gering et magistri Rembolt. Anno dom. millesimo quingentesimo octavo, (1508.) die vero IV Maii.

Addantur *Gregorius* VII. In bibl. acad. Erlang. est cod. illius, qua cautela inter principes excommunicatos Catholicis sit conuersandum.

Gregorius IX. Papa, cuius *Decretalium* libri prela et ingenia manusque doctorum saepissime exercuerunt. Quae editt. saec. XV. prodierint, eas cl. *Panzer.* in A. T. accurate recensuit. v. indic. siue vol. V. pag. 176—178. — Codicem egregium in bibl. acad. *Erlang.* qui continet Decretales *Gregorii* IX. libr. V. Constitutiones Innocent. IV. Gregorii X. Nicolai IV. Alexandri IV. Clementis, Vrba-

Vrbani, Simonis Legati et Bonifacii VIII. copioſe diligenterque deſcripſit cel. *Pfeiffer* in *Beyträgen* etc. part. II. p. 356—386. — Editt. admodum raras, quae exſtant in bibl. acad. Tubingenſi: Noua Compilatio decretalium Gregorii IX. Mogunt. 1473. mai. fol. typis Petri Schoyfferi; — et Liber ſextus decretalium Bonifacii VIII. cura, cum gloſſis, Mogunt. 1476. fol. fuſe recenſet cl. *Reuſſ* in Beſchreibung merkw. Bücher aus der Vniverſ. Biblioth. zu Tübingen. pag. 27 ſqq. et 81 ſqq. add. *Würdtwein* Bibl. Mogunt. p. 106—109.

Ad pag. 770. lin. 9.

In *Martene* et *Durand* Theſauro nouo anecdotorum, tom. V. denuo edidit Martene *S. Orientii* commonitorium ex Msto cod. eccleſ. S. Martini Turonenſ. et in praef. egit de Orientio. conf. cenſuram in *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſchen Bibl. tom. VI. pag. 28 ſqq.

Ad pag. 771. lin. 12. ſqq.

Praeter codd. *Erlangenſ.* a cel. *Pfeiffero* l. c. vberius deſcriptos ſunt quoque in aliis MSStis membran. bibl. Erlang. *Iſidorus* de diuinis officiis; de fide; excerpta; et ſynonyma in alio adhuc codice. — In eadem bibl. inter libros lobſt. eſt edit. *Iſidor.* Ethimologiae, de diſciplina et arte, ſine l. et a. *Lambacher* in Bibl. Vindob. ciuica pag. 127.

qua-

quatuor raras profert editt. — *Isidori* Hispal. Ethymologiarum libri XX. per Ginther. Zanner ex Reutlingen. 1472. fol. (Bibl. Noriberg. habet exemplar illius ed. in membrana, teste *Panzero* A. T. I. pag. 101. vbi quoque *Isid.* de responsione mundi et de astrorum ordinatione, Augustae Vindel. per eumdem 1472. fol. memoratur.) — de summo bono, Venetiis, per Petrum Loslein de Langencen. 1483. fol. — et Venetiis per Bonetum Locatellum. 1493. fol. — *Isidori* de natiuitate Domini, passione et resurrectione, regno atque iudicio libri II. Eiusdem tractatulus de vita et obitu quorundam vtriusque testamenti Sanctorum. Eiusd. allegoriae quaedam ex vtroque testamento excerptae, vna cum libro praemiorum, omnia ex codd. duobus antiquissimis excerpta, hactenus prorsus a nemine visa. Hagenoae, Io. Secerius. 1529. 4. De aliis editt. vid. Maittaire et Panzeri A. T. quibus addatur *Isidorus* Hispal. episcop. de summo bono. In calce: impressus *Parisiis* per Magistrum Petrum le Dru pro Io. Petit commorante. 1502. 8.

Ad pag. 772. lin. 1.

Edit. Soliloquior. *Marspol.* a. 1479. excusam esse *Martisburgi* (Merseburg.) in Saxonia, non, vt Freytagio l. c. placere videtur, *Martisburgi* in Sueuia, probabile est cel. *Panzero* A. T. II. p. 11. nr. 3.

Is-

Iſidori Chronicon *Roeslerus* (v. ad cap. VII. §. 75. de Prospero Aquitano,) magni momenti esse iudicat.

De codice *Originum* etc. Vindobon. bono v. *Denis* Codd. msst. theolog. bibl. Vindobon. latin. Vindobon. 1793. vol. I. p. 2743. et vol. II. p. 930. de *Iſidori* allegoricis in V. T. commentariis. — De codice *Paris.* 7592. non plenissimo quidem optimoque, nec tamen spernendo, qui continet *Iſidori* Origines et Etymologias, v. *de la Porte du Theil* in Notices et Extraits des MSSts de la Biblioth. nationale etc. tom. IV. de l'Imprimerie de la Republ. a. 7. (1798.) mai. 4. nr. XHI. p. 159 sqq. — Doctum M. *Io. Salom. Semleri* Specimen emendationum Glossarii Isidoriani est in Miscell. Lipsienſ. nouis, vol. VII. pag. 717 sqq. Notandum est Semleri iudicium, (p. 718 sq.) quod huc transscribere, haud incommodum videtur. „Deinde illud mirari satis nequeo, nuperos *du Cangianæ Gloſſarii latini* editores, Monachos Benedictinos, ineptissima verborum monstra ex hoc *Glossario* isti thesauro infarsisse, nihil de lectionis varietate sollicitos, aut admonentes. *Graevio* suspiciones omnes exscribunt, de suo nihil addunt. Nec satis distinguunt voces, quae ad medium aeuum ipsa sua malitia pertinebant, et eas, quae inde ab optima latinae linguae aetate seruatae, et ex optimis scriptoribus sublectae sunt. His sane ibi nullus locus erat."

erat.“ Hactenus Semlerus, cuius iudicium et acutae emendationes lectori Gloſſarii Cangiani non minus, quam futuro Iſidori editori valde poſſunt prodeſſe, nec noſtra egent commendatione. — Emendationes Iſid. Hispal. in Bibl. litterar. ſ. collectione Inſcriptionum, nummorum, diſſertatt. etc. Londini 1722. 4. nr. II. art. IV. v. *Brüggemann* View etc. p. 781. vbi etiam verſiones quorumdam opuſculorum *anglicae* deſignantur.

Ad pag. 772. *lin.* 7.

De *Columbano* vid. *Saxii* Onom. II. pag. 62 ſq. et 540.

Ad pag. 772. *lin.* 11.

De *Eugenio* II. epiſcopo Toletano ab a. 646 — 657. qui lib. Dracontii immutauit et auxit, v. *Freytagii* adparat. litter. tom. II. p. 1402. et quae ſupra ad §. 17. capitis VIII. adnotata ſunt. Add. *Hamberger.* III. pag. 500 ſq. et *Saxii* Onom. II. pag. 77 ſqq. qui plures alios laudant VV. DD.

De *Fredegario* v. praeter *Hamberg.* III. p. 501 ſqq. et *Saxium* in Onom. II. p. 76 ſq. et 542. *Roesler*, modo ad Iſidorum laudatum, qui ſecundum Boucquet ea recepit, quae neceſſaria viderentur.

Ad pag. 772.

De *Beda*, nato a. Chr. 672. mortuo a. 735.

In

In quinque membr. codd. bibl. acad. *Erlangenſ.* eſt *Beda* 1) ſuper actus et prouerbia; 2) in Tobiam; 3) in epp. canon. 4) in Eſram et Nehemiam; 5) de ſitu terrae promiſſionis; et in vno chartac. de figuris grammaticis. — *Lambacher* in Bibl. antiqua ciuica *Vindobon.* pag. 127 ſqq. memorat primum, cod. chart. ſaec. XV. qui continet *Bedae* tractat. de duodecim ſignis. 4. Tum tres edd. n. *Bedae* opp. tomus ſecundus et tertius. Pariſ. ap. Iodoc. Badium Aſcenſium. 1521. fol. atque in longa nota p. 127. deſcribit illam edit. et animaduertit, tomum huius editionis primum numquam lucem vidiſſe; quoniam Aſcenſius ea, quae tomum primum conficerent, nondum ad manus habuiſſet; nec *Sichardum*, qui interea pleraque, quae primum tomum conſtituerent, collegerat, a promiſſis ſtare potuiſſe. Is vero tantum edidit *Bedae Ven.* de natura rerum et ratione temporum. Baſil. ap. Henr. Petri 1529. fol. (De rara hac ed. et de Beda multus eſt auctor Theſauri bibliothecalis, tom. III. Noribergae 1739. 4. pag. 134 ſqq.) Denique Lambach. memorat edit. *Bedae Ven.* in ſeptem epiſtolas canonicas interpretatio et expoſitio. Venet. ap. Bonet. Locatellum. 1506. fol. in longa autem nota p. 128 ſqq. plura de memorabili illa edit. obſeruat, praecipue id, quod prologum habeat huic operi ab ipſo Beda praefixum, qui in aliis editt. deſideretur. Eum quidem inſeruit Ca-

veus hiſtoriae ſcriptor. eccleſ. pag. 403. ed. Geneu. ex cod. Cantabrig. coll. Gonuil. et Caii. Quum vero lectio non vsquequaque ſit caſtigata: Lambach. ex ed. Veneta illum prologum, multo caſtigatiorem recudi curavit, adſperſis nonnullis obſeruationibus. — Plena *Operum Bedae* edit. eſt, diuiſa in tomos VIII. Colon. Agripp. 1688. fol. — *Edmund Martene* in Theſauro nouo anecdotorum tom. V. (Pariſ. 1717. fol.) edidit *Bedae* libr. IV. in principium Geneſis vsque ad natiuitat. Iſaac et eiectionem Ismaelis, ex pluribus MSStis. — In *Canisii* theſauro monumentor. eccleſ. — ſiue Lection. antiq. edit. Basnagi vol. II. part. I. p. 1 ſqq. (Amſtelod. 1725. fol.) ſunt acta *Cuthberti* — a ven. *Beda* heroico carmine conſcripta ex cod. edita. Sed Basnage dubitat, num iure adſcribantur Bedae. — De *Bedae* martyrologio in actis SS. m. Mart. Antwerp. an. 1684. vol. II. v. *Baumgarten* von merkwürdigen Büchern. tom. II. pag. 361 ſq. et tom. III. p. 59 ſq. — Cel. *Brüggemann* in View etc. pag. 782 ſq. plura, interdum copioſe refert ad Bedam ſpectantia, quae paucis hic repetere placet: Axiomata philoſophica vener. *Bedae* ex Ariſtotele, ſtudio M. *Ioan. Kroeſelii.* Londini, typis Rich. Yardley. etc. 1592. 8. — *Bedae* hiſtoria eccleſ. gentis Anglorum V. libris latine, cum Saxonica verſione *Alfredi* regis, cumque notis *Abr. Whelocii*; adiecta etiam Chro-

Chronologia Saxonica, Sax. lat. Cantabrig. 1643. fol. — Eadem editio, additis insuper legibus Anglo-Saxonicis, Sax. Lat. et legibus *Edwardi* et *Guil. Bastardi*, latine, et *Wilh. Conquestoris* gallice ac latine, et *Henrici* I. latine tantum. Cantabrig. 1644. fol. — *Bedae* epistolae duae; nec non vitae abbatum Wiremuthensium et Girwiensium. Accessit *Egberti* *) Archiepiscopi Eboracensis dialogus de ecclesiastica institutione. Ex antiquis MSS. in lucem emisit, et notis illustrauit *Iac. Waraeus*. Dublin. 1664. 8. — *Bedae* opera omnia, tom. VIII. Coloniae 1688. F. vid. *Reimmanni* bibl. theolog. p. 342. — *Bedae* opera quaedam theologica nunc primum edita, nec non historica, antea semel edita. Access. *Egberti* — dialog. de eccles. institutione et *Aldhelmi*, episcopi Scireburnensis, liber de virginitate, ex cod. antiquiss. emendatus: omnia edita studio et labore *Henr. Wharton*. Londini 1693. 4. — Historiae ecclesiasticae gentis Anglorum libri quinque, auctore — *Beda*, Presbytero Anglo-Saxone, vna cum reliquis eius Operibus historicis in vnum volumen collectis. Cura et studio *Io. Smith*, S. T. P. Cantabrig. 1722. fol. Inest vita *Bedae*, scripta partim a *Cuthberto*, discipulo,

*) De hoc *Egberto* archiepiscopo Eborac. (*York*) a. 732—767. vid. *Hamberg*. III. p. 522. de Beda, in nota.

pulo, partim ab alio saec. XI. scriptore, vna cum *I. Mabillonii* elogio Bedae historico. Haec editio valde laudatur et vberius describitur ab *Hambergero* III. p. 523. vbi de Beda, eius libris atque edd. plura narrantur. — Eadem hist. eccl. in linguam anglicam conuersa a *Thoma Stapleton*, edita est Antwerp. 1565. 4. — Locum eccles. histor. explanauit *Watson* in Archaeologia ab antiquaria societate Londin. publicata vol. I. n. 45. Missis aliis, a Brüggemanno adhuc citantur *Tho. Tanneri* biblioth. Britannico-Hibernica, Lond. 1748. fol. voc. Beda; — Biographia Britannica, art. Beda, et *Lardneri* Credibility etc. part. II. vol. XI. (Lond. 1754. 8.) cap. 159. pag. 386 sqq. — Add. *Chr. Guil. Franc. Walchii* Grundsätze der zur Kirchenhistorie des neuen Testaments nöthigen Vorbereitungslehre vnd Bücherkänntniss, ed. II. Gottingae 1773. 8. p. 136 sq. in quo libello multa alia subsidia litteraria ad cognoscendas vitas doctrinasque scriptorum eccles. antiq. et med. aet. passim suppeditantur. — *Bedae* commentarius in Psalmos plenior exstat in codd. Vindobonens. quam in edd. teste *Denis.* in: Codd. mssti theolog. bibl. Vindob. lat. vol. I. pag. 199. idem in vol. II. pag. 317. *Bedae* praefat. ad comment. in epistolas canonicas, atque pag. 948. praef. ad Salomonis prouerbia, ecclesiasten et canticum canticorum integras curavit formulis describendas typographicis. —

Ex

Ex *Bedae* ſex mundi aetatibus *Roesler*, (v. ſupra ad Prosperum Aquit.) ea recepit ex edit. Colonienſi, quae poſt Gratianum imp. ille memoriae prodidit. — De *Beda*, *Bonifacio*, *Paullo Diacono*, *Alcuino* aliisque ſcriptoribus ſaec. VIII. et ſqq. v. etiam *Heumann* conſpect. reipubl. litt. ed. *Eyring*. part. II. tom. I. Hannou. 1797. 8. p. 184 ſqq.

Ad pag. 772. fin. de *Bonifacio*.

Vita *Bonifacii* eſt in cod. Erlang. v. ſupra ad Gregorium M. — De Bonifacio v. *Ge. Mackenzie*, M. D. in huius Lives and Characters of the moſt eminent Writers of the Scot Nation. Edingburg. 1708. vol. I. pag. 35 — 48. — *Io. Leland* in commentariis de ſcriptoribus Britannicis, ed. *Anton. Hall.* vol. I. p. 128. Oxon. 1709. 8. — *Henr. Phil. Gudenii* — diſſ. de Bonifacio, Germanorum apoſtolo, (praeſ. D. Iuſto Chſtph. Boehmero,) Helmſtadii, d. 30. Septembr. 1720. 4. — Eiusd. diſput. reſpondente Rudolpho Anton. Fabricio, Obſeruatt. miſcellaneae ex hiſtoria Bonifacii ſelectae, ibid. d. XII. Oct. 1720. 4. — *Io. Ern. Chriſtian. Schmidt* in: Beyträge zur Geſchichte des Mittelalters. part. I. Gieſſae. 1796. 8. fragm. I. — De *Würdtwein.* edit. epiſtolarum Bonifacii, in indice ad Notitiam voc. *Bonifacius* memorata eſt longa doctaque et acris cenſura in Jen. A. L. Z. an. 1790.

nr. 294. et 295. in qua ostenditur, quae praestare debuerat editor, et quae omisit.

Ad pag. 773. *med.* de *Paullo Diacono*, florente circ. a. Chr. 774.

Paulli Diaconi hymnum in natalem Iohannis Baptistae *Io. Weitzius* et separatim edidit, Ienae 1639. 8. notisque illustrauit iusto vberioribus, et iterum tam hymnum, quam adnotationes inseruit libro, inscripto: Heortologium siue Hymni festiuales etc. Francof. 1643. 8. p. 258 — 304.

Ad pag. 774. *lin.* 4.

Scribe: *Ratisbonae* 1778. II. tom. fol. — Editionibus, ab Hambergero excitatis, addi possunt: *Caroli M.* Homeliarius, doctorum seu Homiliae, seu conciones ad populum. Praestantissimorum ecclesiae doctorum Hieronymi, Augustini. In hunc ordinem digestae per *Alcuinum* Leuitam. Coloniae Agripp. in aedib. Heronis Alopecii, 1525. fol. *Panzer* A. T. VI. p. 395. — ibid. 1576. fol. (v. Reimmanni bibl. theol. p. 545.) — Idem Panzer in vol. I — IV. recenset editt. operis Homeliarum s. Homeliarii, saec. XV. v. indic. voc. *Homeliae.* — *Albini Diaconi* anglici in D. Ioannis euangelium commentariorum libr. VII. Argentor. per Io. Heruagium 1527. 8. — *D. Albini*, Caroli M. olim praeceptoris, in Geneſin quaestiones, a *Menrado Moltero* restitutae.

tutae. Hagenoae, ap. Io. Secerium. 1529. 8. (*Lambacher* bibl. Vindobon. cinic. p. 130.) — *Alcuini* poëma de pontificibus et sanctis ecclesiae Eboracensis, in *Tho. Gale* Hist. Britann. scriptor. tom. I. p. 701. Oxon. 1691. fol. — Vita Albini in *Geo. Mackenzie* Lives etc. (v. ad *Bonifacium,*) vol. I. p. 63 sqq. de quibus aliisque scriptis vid. *Brüggemann* View etc. p. 784 sqq. — In cod. Erlang. membr. est *Alcuini* historia S. Martini, cum *Seuero Sulpitio* de vita S. Martini, et *Gregorii* Turonensis oratt. in S. Martinum.

Ad pag. 774. *de Carolo M.*

Augusta concilii Nicaeni II. censura, h. e. *Caroli M.* de impio imaginum cultu libri IV. Ad primam edit. recudi eos curauit, ac subinde partim emendauit, partim illustrauit, praemissis et sua et primi editoris praefationibus, itemque anonymi cuiusdam diss. critica, *Christoph. Aug. Heumannus.* Hannouerae 1731. 8. add. *Hamberg.* Z. N. III. pag. 550 sq. *Caroli M. Capitulare de villis suis,* (de quo vide *Alb. Halleri* Bibl. botanic. lib. III. §. 157. tom. I. p. 214.) edidit *Eccard.* in commentariis de rebus Franciae orientalis, II. p. 917. Idem primus, sed vitiose publicauit *Breuiarium Caroli M.* in *Leibnitii* collectaneis etymologicis. Hannou. 1717. 8.

Nostra autem aetate duo illa opuscula ingenium atque diligentiam virorum doctorum

mire exercuerunt tum ad ea explicanda interpretandaque, tum ad historiam et antiquitatem Germaniae illustrandam. Huc igitur pertinent, quae mihi quidem innotuerunt: *Des Kaisers Karls des Grossen* Capitulare de villis, zum Belege seiner Staats- vnd Landwirthschaftskunde, vebersetzt u. erläutert von *I. H. Reff*, Probsten. Wolfenbüttel u. Helmst. 1794. mai. 8. de quo libr. v. censuram in ephem. litter. Gotting. a. 1796. nr. 190. — In *Reffii* libr. scripserunt doctas obseruationes atque emendationes et Reffii interpretationes castigarunt M. *Io. Fr. A. Kinderling* in Lipf. A. L. Anz. a. 1797. m. Mart. nr. 99. vbi multa de Capitulari congesta leguntur: tum in iisdem actis diurnis a. 1797. nr. 121. col. 1242 — 1245. *W. F. A. Reinwald:* Noch etwas veber das Kapitulare de villis; atque ibid. a. 1798. nr. 52. coll. 537 sqq. *K. G. Anton:* Auch etwas veber des Probsts *I. H. Reff* Veberfetzung des *Capitulare de villis.* — *Caroli M.* Capitulare ac Breuiarium rerum fiscalium germanice vertit atque explicuit *Car. Gottlob Kinderling* in opere suo: Geschichte der teutschen Landwirthschaft von den ältesten Zeiten bis zu Ende des XVten Jahrhunderts. Görlitz. 1799. m. 8.

Caroli M. capitulare de villis, e codice Helmstad. multo correctius, quam Conringius, Eccardus et Reff, edidit *D. Paul. Iac. Bruns*, Profess. Helmstadiensis, in: Beyträgen

gen zu den teutſchen Rechten des Mittelalters aus den Handſchriften vnd alten Drucken der akadem. Bibliothek in Helmſtädt. Helmſtadii. 1799. m. 8. pag. 1—54. Ibid. p. 55—79. eſt Caroli M. Breuiarium rerum fiſcalium. Ibid. p. 122 ſqq. dedit *Bruns* ſpecimen *legis Alamannorum*, quae exſtat in vet. cod. Helmſt. nr. XI. et XII. ſunt *Kinderlingii* explicationes capitularis et breuiarii. conf. quoque de *Anſegio* paullo poſt in Notitia etc. adnotata. — Annalium de geſtis *Caroli M.* imp. libri V. opus auctoris quidem incerti, ſed *Saxonis* et hiſtorici et poetae antiquiſſimi, i. e. Arnolfo imper. aequalis, nunc primum euulgatum ex ill. Wolfenbüttel. bibliotheca. Acc. *Godofr. Langii* de capta a Turcis CPoli narratio, et ipſa iam primum in lucem emiſſa. Studio et opera *Reinerii Reineccii Steinhemii*. Helmaeſt. 1594. 4. conf. *Baumgart.* Nachr. von einer Halliſch. Bibl. tom. VI. p. 58. de illa aliisque editt. — In *Lambacheri* bibl. ciuica Vindobon. p. 130. occurrunt *Caroli M.* praecipuae conſtitutiones de rebus eccleſiaſticis et ciuilibus, a Lothario nepote ex aui conſtitutionum libris collectae, nuper e coenobio Tegernſeenſi prolatae. 1545. f. loci nota. 4. — *Caroli M.* aliorumque incerti nominis fragm. quaedam de veteris eccleſiae ritibus ac caeremoniis, a *Wolfgangio Lazio* eruta a tineis. Acc. perelegans opus *Rabani Mauri*, archiepiſcopi Moguntini de virtutibus, vitiis ac

caeremoniis eiusdem antiquae eccleſiae, ab eodem repertae. Antwerpiae. Io. Bellerus. 1560. 8. — De *Carolo M.* et *Alfredo* conf. quoque *Heumanni* Conſpect. reipubl. litter. partis II. tom. I. p. 203 ſqq. cum notis cl. *Eyringii*. Hannouer. 1797. 8.

Ad pag. 776. *lin.* 3.

In vol. IV. *Canciani* edit. Opp. Barbarorum legum etc. quod prodiit Venetiis 1789. continentur 1) cod. legum Burgund. ex Georgiſchio, cum notis et excurſu editoris; 2) cod. leg. Weſtgothor. 3) leges Anglo-Saxonic.; 4) cod. legis romanae, ſed iuri rom. parum ſimilis. v. ephem. litter. Gotting. a. 1790. plag. 13. p. 124 ſqq. — De *Anſegio*, Abbate Luxouienſi et Fontanellenſi, qui a. 827. Caroli M. et Ludouici Pii Capitularia collegiſſe dicitur, et mortuus eſt a. 833. v. *Hamberger* III. p. 565 ſqq. et *Saxii* Onom. II. p. 106.

Ad pag. 777. *lin.* 7.

De *Petro*, abbate *Cellenſi*, v. *Hamberger* Z. N. IV. p. 284 ſq. et *Sax.* Onom. II. pag. 268. aliosque, quos illi laudant.

Ad pag. 777. *lin.* 14.

Io. Dauid. Koehler diſſert. de bibliotheca *Caroli M.* imp. ad *Eginhard.* de vita eiusdem. Altdorf. 1727. 4. — *Frid. Beſſelii* disput. *Eginhartus* de vita Caroli M. animadverſ. illu-

illuſtratus. Helmſtad. 1667. 4. vid. praefat. ad *Beſſelii* Miſcellanea etc. p. X.

Ad pag. 778. *lin.* 2.

De *Dithmaro* ſiue *Ditmaro*, chronographo et ab a. 1008. epiſcopo Merſeburgenſi, v. *Hamberger* III. p. 718 ſqq. et *Saxii* Onom. II. p. 168. et 553. — *Dithmars*, Biſchofs zu Merſeburg, Chronick in acht Büchern, nebſt deſſen Lebensbeſchreibung, aus dem Lateiniſchen in die deutſche Sprache veberſetzt vnd mit Anmerkungen erläutert von M. *Io. Frid. Vrſinus*, Pfarrern. Dresdae 1790. m. 8. In introductione durum Hegewiſchi de Ditmaro iudicium Vrſinus refutat, nec tamen reticet peccata ſermonis latini. Vſus vero eſt cod. msto Dresdenſi, in quo ſunt variae lect. et multae lacunae ſuppletae. Reliquit is fidum codicis Dresdenſis exemplum cum ſuis animaduerſſ. atque, fore vt *Io. Aug. Wagner*, Conr. Merſeburg. edit. latini textus illius pararet, ſpem fecit *Io. Frid. Aug. Kinderling*, idemque criticas obſſ. in textum lat. (a *Reinero Reineccio*, Francof. ad M. 1580. et 1600. fol. vitioſe minus et integre editum — rec. curante *Ioach. Io. Madero*, Helmſtad. 1664. 4. auctius vero et curatius repetitum a *Gottfr. Guil. Leibnitio* in Scriptor. Brunſuic. tom. I. p. 323.) futuro editori ſubminiſtrauit in Lipſ. Allg. Litt. Anzeig. a. 1800. nr. 178. m. Nou. p. 1753 ſqq.

Ad

Ad pag. 778. *lin.* 13.

In bibl. acad. *Erlangenſi* ſunt duo codd. membr. *Haymonis* in epiſt. Paulli; in priore, in epp. ad Romanos, Hebraeos, Coloſſenſes, et ad Titum; in poſteriore, in fine manco, in rel. epp. vsque ad II. Cor. XI. 26. — De vita *Haymonis*, ſcriptis atque editt. v. *Fabricii* B. L. med. et inf. aet. III. p. 181 ſqq. ed. Manſi, (vbi X. alii *Haimones*, diuerſis ſaeculis clari, commemorantur,) et *Hamberger.* III. p. 595 ſqq. Atque in *Lambacheri* Bibl. ciuica Viudob. p. 131 ſq. aliquot edd. *Haym.* opuſculorum antiquae indicantur.

Ad pag. 778. *lin.* 20.

In bibl. academ. *Erlangenſi* coſtodiuntur in codd. membr. *Rhab.* commentarii 1) in libros Numerorum, 2) in quatuor libros regum; 3. et 4) in Ieſaiam, II. partes. Commentarius in Ieſaiam nondum editus lucem videbit in editione operum *Rhabani*, quam pluribus iam abhinc annis promiſit Socius quidam monaſterii Ratisbonnenſis Emmeran. — In bibl. *Vindobon.* Caeſarea multi ſunt boni codd. *Rhabani*, teſte *Denifio* in Codd. msstis theolog. latinis, vol. I. p. 1073. — Notandae ſunt rariores edd. *Magnentii Rabani Mauri* de laudibus S. crucis, — praecedit Iac. Wimpfelingii — epiſtola cum carminibus variorum. Phorcheim in aed. Thomae Anshelmi. 1503. fol. (v. *Goetzii* Memor. bibl.

bibl. Dresd. II. p. 514. *Panzer* A. T. VIII. p. 227.) — Auguſtae Vindel. 1605. fol. (v. *Reimmanni* bibl. theolog. p. 343.) — *Rabani Mauri* de inſtitutione clericorum opuſculum aureum. Phorcae per Thomam Anshelmi de Baden. 1504. 4. — iterum, cum pluribus aliis Rabani opuſculis. 1505. 4. (Panzer. VIII. pag. 227. et 228. et de edit. 1505. *Maſch* Beyträge zur Geſchichte merkwürdiger Bücher, part. III. p. 87 ſq.) — Add. *Fabr.* Bibl. Gr. libr. III. cap. 20. §. 2. fin. vol. IV. p. 92.

Ad pag. 778. *lin.* 25. de *Drepanio.*

Del. num. 42. et ſcr. *p.* 120. *ac p.* 547.

Ad pag. 779. *lin.* 16.

Editio *Paſchaſii Radberti* Hagen. inſcripta eſt: „Ex vetuſtiſſimorum orthodoxorum patrum Cypriani, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Iſichii et *Paſtaſii* de genuino euchariſtiae negotii intellectu et vſu, libellus ex diuinis ſcripturis ab iisdem dexterrime conflatus. — — Nuper ex peruetuſto exemplari bonis auibus in fanaticorum omnium internitiem depromptus. (Editore *Hiobo Gaſt.* *) Praecedit Hiobi Gaſt epiſt. ad Io. Brentium. Haganoae per Io. Secerium. 1528. 4.“ v. *Panzer* A. T. VII. pag. 100. Contra *Lambacher*

*) In Notitia etc. *Iuſti* eſt vitium typographicum.

bacher in Bibl. Vindob. ciu. p. 131. inſcriptionem ſic contraxit: *Paſchaſii Radberti* de genuino euchariſtiae negotii intellectu et vſu libell. nuper e peruetuſto exemplari depromptus. Hagen. Io. Secer. 1528. 4. Valde culpatur haec edit. a Lambachero l. c. p. 131. in nota *a*. „Prima quidem, inquit, huius operis editio, ſed mirum in modum deprauata a *Ioanne* (ſic) Gaſtio, eius editore. Id quod pluribus docet ac demonſtrat Chevillier de origine typogr. Pariſ. pag. 211 ſq. exhibendo etiam integras ſententias, quas ex collatione huius editionis Gaſtianae cum cod. MS. Sorbonico, et editione Sirmondiana deprehendit, impudentiſſime deprauatas, inque ſententiam Lutheri contorſas.“ Graue crimen! quod quidem num verum ſit, alii videant, qui de pretio codicis Sorbon. comparati cum aliis, et de Sirmondi Gaſtiique edit. operaque, nulla praeoccupata opinione decepti iudicare poſſunt. — Contendi quoque poteſt edit. ſub nomine quidem *Rabani* in lucem emiſſa: liber de ſacramento Euchariſtiae, nunc primum editus e biblioth. *Cuthberti Tunſtalli.* Acceſſ. *Bertrami*, (rectius *Ratramni*,) presb. opuſculum eius argumenti; D. Auguſtini, Ambroſii, et Euſebii Caeſar. ep. ſententiae de corpore et ſanguine Domini. Colon. Io. Quentel. 1551. 8. Editor eſſe dicitur *Nic. Mameran.* v. *Fabric.* B. L. med. ac inf. aet. h. voc. et *Hamberg.* III. p. 616. —

Paſcha-

Paſchaſii autem *Radberti* — opera, quorum pars multo maxima nunc primum prodit ex bibl. monaſterii Corbeienſis, (edit. *Iac. Sirmondo*) lucem adſpexerunt Lutet. Pariſ. 1618. fol. — rec. in Biblioth. P. P. max. Lugdun. tom. XIV. p. 353. — *Lambach.* l. c. p. 130. adfert edit. huius ſententiae: *Paſchaſii Radb.* opus in lamentationes Ieremiae prophetae, *numquam antehac viſum, nec typis excuſum.* Colon. Euchar. Ceruicornus. 1532. 8. Ille autem, quando in nota ex verbis tituli efficit, Caueum hiſt. ſcript. eccl. pag. 453. qui ed. Baſileenſ. a. 1502. laudauit, erraſſe, ipſe cum editore Colon. errat: Nam cl. *Panzer* A. T. VI. p. 175. edit. cuius exemplaria exſtant in bibl. Norica et monaſterii Ettenheim aliisque hanc editionis, quae dubia videbatur Lambachero, inſcriptionem diſerte refert: „Reu. Patris domini *Paſcaſii Ratberti* Abbatis Corbienſis ordinis Sti Benedicti commentaria in Lamentationibus Ieremie prophete. In fine: — — impreſſi opere et expenſis Iac. Pforzhemii ciuis Baſileenſis. A. D. MCCCCCII. (1502.) 4.“

Ad pag. 779. de *Ratramno.*

Ratramni liber de corpore et ſanguine Domini eſt ſub nomine *Bertram* ſaepius converſus in linguam *anglicam.* vid. *Brüggemann* View etc. pag. 785 ſqq.

Ad

Ad pag. 780. de *Theodulo.*

Editiones ſaec. XV. haud paucas recenſet cel. *Panzer* in A. T. v. indic. h. v. — *Theod.* ecl. inter auctores octo cum gloſſa, Lugduni 1488. et *egloga* impreſſa Liptz per Conr. Kachelouen. 1489. 4. de quibus edd. et Theoduli carm. docte disputat *Menken* in Miſcell. nou. Lipſ. vol. VII. p. 711—717.

Ad pag. 780. de *Iſone.*

Iſoni, mortuo a. 871. tribuitur Lexicon ſiue Gloſſarium ſ. Vocabularium poëticum, hiſtoricum, coſmographicum etc. opus vaſtum, quod ille congeſſit quidem, ſed modeſte ſub nomine epiſcopi et diſcipuli ſui *Salomonis* II. inſcripſit: *Salomonis* eccleſiae Conſtantienſis epiſcopi Gloſſae ex illuſtriſſimis collectae auctoribus. Sub hoc quidem titulo editum eſt opus ſ. l. et a. max. fol. (non Moguntiae typis Petri Schöfferi, intra a. 1470—1480. ſed Auguſtae Vindelic. typis monaſterii SS. Vdalrici et Afrae, v. *Panzer* I. pag. 135. n. 215.) Quam oppido raram edit. vberrime recenſet, exempla plura ex illo adfert opere, et duce *Goldaſto* in ſcriptoribus rerum Alamann. *) vitam, fata ſcriptaque Iſonis perſequitur *Bernh. Frid. Hummel* in

*) Quod opus copioſe recenſet *Io. Fabric.* in hiſtoria bibl. ſuae tom. III. p. 1 ſqq. et pag. 6. de *Iſone* quaedam adnotat.

in: Neue Bibl. von ſeltenen — Büchern etc. vol. II. part. VII. pag. 334 — 350. — In *Goldaſti* ſcriptoribus etc. exſtant 1) *Iſonis* de miraculis S. Othmari abbatis libb. II. (tom. I. p. 182 — 190. etiam in *Mabillonii* ſaec. III. ſanctorum ordinis Benedicti:) 2) Formulae chartarum, (tom. II. p. 26 ſqq. nr. 9. 16. 25. 34. 66. et 84.) — *Iſonis* autem gloſſas in Aurel. Prudentium adiecit I. Weitz. editioni ſuae Prudentii. Hanou. 1613. 8. Add. *Saxii* Onom. II. p. 119. *Hamberger.* Z. N. III. p. 625 ſq. atque de gloſſario illo et edit. antiq. cl. *Kinderling* in *Meuſelii* hiſtor.-litterariſch-bibliograph. Magazin. part. VI. (Chemnit. 1792. 8.) pag. 10 ſqq. vbi quoque is laudat notitiam *Erasmi Nyerup* in Spicilegio bibliographico ex biblioth. regia Hauniensi, faſc. I. ſpec. I. p. 30 ſqq. Hauniae. 1782. 8. Kinderlingii tamen notitia caſtigatur et plura de ed. antiq. Auguſt. Vindel. obſeruantur in *Meuſelii* l. c. part. VII. et VIII. p. 253 ſqq.

De *Andrea* Presbytero, auctore *Chronici* ab anno 568 — 874. et paullo vltra v. quoque *Saxii* Onom. II. in Analectis p. 548 ſq.

Ad pag. 780. *lin. antep.*

Lege *Hamberger* tom. III.

Ad pag. 781. *lin.* 3.

De *Ioanne Erigena* vid. quoque praeter *Fabric.* in B. L. med. etc. aet. v. *Ioh. Scotus*,

Hamberger III. p. 633 ſqq. et *Brüggemann* View etc. p. 787.

Ad pag. 781. *lin.* 11.

Anaſtaſius de vitis romanorum pontificum — — opera et ſtudio *Fr. Blanchini.* — tom. I — III. Romae 1718 — 1728. — tom. IV. poſt mortem Franc. Blanchini, cura *Ioſ. Blanchini* et *Gaietani Cenni.* ibid. 1735. fol. vid. etiam *Hambergeri* kurze Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern etc. tom. II. p. 1224 ſqq. *Mazzuchelli* Scrittori d'Italia, tom. II. part. 2. p. 1174 ſq. et p. 1183. nr. IV. — et eumdem, ſub v. *Anaſtaſ.* p. 662. *Clement* Bibl. curieuſe et hiſt. tom. I. voc. *Anaſtaſe*, ac *Baumgarten.* in Nachrichten von einer Halliſchen Bibl. tom. V. pag. 453 ſqq. de *Anaſtaſii* bibliotheca eccleſiaſt. cum notis *Carol. Annib. Fabroti*, et de eiusdem hiſtoria de vitis roman. Pontificum, cura *C. A. Fabroti*, inter ſcriptores hiſtoriae Byzantinae.

Ad pag. 781. *lin.* 19.

De *Alfredo* v. *Brüggemann* View etc. p. 788 ſq. qui ſequentes libros, additis interdum aliorum iudiciis, indicat. Pſalterium Dauidis latino-Saxonicum vetus a *Io. Spelmanno*, D. Henr. fil. editum e vetuſtiſſ. exemplari MS. in bibl. ipſius Henrici, et cum tribus aliis non multo minus vetuſtis collatum. Londini excud. R. Badger etc. 1640. 4. —

Peri-

Periplus *Ohtheri* vr et *Wulſtani*, ab *Alfredo* in praefat. verſionis ſuae *Oroſii* hiſtoriae deſcriptus. Angloſaxonice et latine, cum *Io. Spelmanni* vita Aelfredi regis. Oxon. 1678. fol. adp. VI. — *Aelfredi* regis res geſtae. Londini ex offic. Ioan. Dail. (1674.) fol. — The Life of *Alfred*, with a Parallel of King Charles I. by *Robert Powell*. Lond. 1634. 12. — *Io. Spelmanni*, Henr. F. *Aelfredi* M. Anglorum regis vita, (ex lingua anglica in latinam translata ab *Obad. Walker.*) Oxon. 1678. fol. — Eadem anglice, ex cod. Bodlei. edita a *Thoma Hearne*, cum additionibus et hiſtor. animaduerſſ. Oxon. 1709. 8. *Aſſerii Menevenſis* annales rerum geſtarum *Aelfredi M.* Recenſuit *Franc. Wiſe.* Oxoniae 1722. 8. — Obſervations on the Life and Character of *Alfred* the Great. Lond. Eaton. 1794. 8. Conf. Chronicon Saxonicum, cum verſione et notis *Edmundi Gibſon*, Oxoniae 1692. 4. p. 75 ſqq. Biographia Britannica et *Th. Tanneri* Biblioth. Britannico-Hibernica Lond. 1748. fol. voc. *Alfred.* *Io. Burc.* et *Frid. Ott. Menckeniorum* biblioth. virorum militia et ſcript. illuſtr. nr. II. p. 13 ſqq.

Ad pag. 781. de *Vſuardo.*

Vſuardi Martyrologii rom. edd. ſaec. XV. recenſet *Panzer* A. T. v. indic. ſ. vol. V. p. 487. add. *Hambetger* Z. N. III. p. 635 ſqq. et *Saxii* Onom. II. p. 125. et 548.

Ad pag. 782. *lin.* 4.

Conf. *St. Croix* Mem. ſ. notit. ſcriptor. min. geogr. nr. 48.

Ad pag. 782. *lin.* 7.

In cod. membr. bibl. *Erlang.* eſt *Odonis* ſermo poenitentialis de muſica et api, et in alio cod. membr. ſunt *Odonis* ſermones, niſi forte, (vt ait *Hocker* in Bibl. Heilsbr. p. 48.) noſter *Odo Cantuarenſis* eſt: vtriusque enim Homiliae inter MSS. Oxonienſia citantur a Spizelio.

Ad pag. 782. *lin.* 15.

Flodoardi hiſtoriae eccleſiae *Remenſis* libri IV. primum lat. editae ſunt a *Iac. Sirmondo*, Pariſ. 1611. 8. — tum emendat. et locuplet. ex VII. codd. a *Georgio Colvenerio*, cum ſcholiis, Duaci 1617. 8. et ex Colven. recenſione ſubiecti ſunt tomo IV. *Iac. Sirmondi* Operum variorum, Venet. 1728. fol. v. *Baumgarten* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. II. p. 436 ſq.

Ad pag. 783. *lin.* 11.

Sub eodem titulo *Roswithae* opp. prodierunt Noriberg. 1501. fol. cuius editionis exemplar eſt in Bibl. acad. *Erlang.* inter libros *Iobſtianos*.

Ad pag. 784. *lin.* 10.

Inſeratur *Radulphus* Fontanellenſis Abbas a. 1031. Eius commentariorum in Cantica can-

canticorum libros II. edidit *Hommey* in supplem. patrum etc. pag. 276. et in diss. praemissa primum, indubitatum esse, scribit, S. Gregorio M. minime adscribenda esse commentaria in cantica canticorum, hactenus sub nomine eius euulgata; tum agit de *Radulpho*, et inquirit, num idem sit, qui *Radulphus Flaviacensis*, auctor commentar. in Leuitic. in tomo X. Bibl. patrum, edit. Colon. Diuersi tamen videntur *Mansio* ad Fabricii B. L. med. etc. aet. tom. VI. p. 33. vbi a pag. 30 — 36. magnus *Radulphorum*, diuersae aetatis gentisque hominum et variorum operum auctorum, numerus producitur. — De *Glabro Radulpho* siue *Rodulpho*, monacho Cluniacensi, a. 1046. v. eiusd. Fabricii B. L. tom. III. p. 65 sq. *Hamberger* Z. N. III. pag. 751 sq. et *Saxii* Onom. II. p. 175 sq. ac p. 204. de *Radulpho Ardentio*, Pictauo, homileta et historico, circa initium saec. XII.

Ad pag. 784. *lin.* 16.

Burchardi et aliorum vita est in codice membr. bibl. Erlang.

Ad pag. 785. *lin.* 6.

Add. *Fabr.* B. L. med. aet. tom. III. p. 126 sqq. vbi praeterea multi alii *Guidones* enumerantur. Per hanc occasionem de quibusdam *Guidonibus* simul nonnulla obseruabo. In membran. codd. bibl. Erlang. sunt

1) *Guido de Arimno*, in Aristotelis rhetor. 2) *Guido* s. *Guito* de vocabulis bibliac. 3) *Guido de Cauliaco cyrurgia.* (sic). 4) *Guidonis* Ebroicens. Sermones de temp. et de Sanct. 5) in cod. chart. *Guidonis* de monte *Rotherii* manipulus Curatorum.

Guido de Columna, Messanensis Siculus, scripsit 1287. *Historiam Troianam.* v. *Mongitor.* biblioth. Siculam, tom. I. p. 265 sqq. De editt. et versionibus saec. XV. v. *Panzer* A. T. vol. V. s. indic. p. 160. — Editio s. l. et a. est in bibl. academ. Erlang. inter libros Iobstian. — De illo Guidone, fragm. MSto aliisque MSSt. Paris. egit *du Theil* in Notices et Extraits des MSSt. de la Bibl. du Roi, Paris, vol. II. 1789. pag. 231 sqq.

Bernardus Guido, (de Gui,) nat. 1260. scripsit *Flores Chronicorum*: plurima autem sunt excerpta ex historia pontificum roman. De tribus MSStis reg. bibl. Paris. in qua sunt XIX codd. illius chronici, egit de *Brequigny* in Notices memor. p. 1 sqq. qui ibidem alia recenset chronica.

De *Guidone de Cauliaco*, Gallo Franco, archiatro Clementis VI. pontificis roman. a. 1348. v. *Hamberger* Z. N. IV. pag. 581 sq. De editt. autem ac versionibus chirurgiae, atque de *Guidonis de Monte Rochen. Rocherii* Manipulo curatorum multisque edd. ac versionibus saec. XV. v. *Panzer* A. T. in indice pag. 138 sq. et 233 sq.

Ad

Ad pag. 785. *de Lamberto Schafnaburg.*

Lambertum fuisse ex Lotharingia aut Flandria et genere nobili ortum, animaduertit *Krause*, qui plenam et correctam omnium medii aeui chronicorum memorabilium collectionem paraturus, (quod quidem consilium laudabile propter belli tempestatem et obitum Krausii praematurum felici caruit exitu,) specimenis loco edidit *Lamberti Schafnab.* annales, ex edit. *Casp. Churreri*, Tubingae 1525. 8. rec. ibid. 1530. et 1533. v. Hamberger l. c. Inscriptio generalis haec est: *Corpus praecipuorum medii aeui scriptorum.* Tomus *primus*, qui specimenis loco continet *Lamberti Schafnaburgensis* annales rerum in Germania anno 1039 — 1077. gestarum. Edidit, notulis indicibusque instruxit *Ioan. Christoph. Krause*, AA. LL. M. et Profess. Halensis: specialis autem inscriptio haec est: *Lamberti Schafnaburgensis* Annales rerum in Germania ann. 1039 — 1077. gestarum denuo edidit *I. C. Krause*. Halae et Lipsiae, sumtibus Ruffii, 1797. 8. conf. nou. biblioth. vniuers. german. vol. 45. part. II. fasc. V. a. 1799. pag. 404 sq.

Ad pag. 785. *lin. antep.* de *Hermanno Contracto.*

Germaniae sacrae prodromus, seu Collectio monumentorum res Alemannicas illu-

ſtrantium. Cuius operis volumen primum eſt inſcriptum: *Chronicon Hermanni Contracti* ex inedito hucusque codice Augienſi, vna cum eius vita et continuatione a *Bertholdo* eius diſcipulo ſcripta. Praemittuntur varia anecdota: ſubiicitur *Chronicon Petershuſanum* ineditum: ex MSSt. codd. collegit, notis et obſeruatt. illuſtrauit P. *Aemilianus Vſſermann*, congregationis S. Blaſii monachus, et bibliothecarius. Typis San-Blaſianis. tom. I. partt. I. et II. 1790. 4. Curauit et regi Leopoldo dedicauit Abbas *Martin Gerbert*. Operi praefixa eſt commentatio de *Hermanni Contracti* chronico, huius codd. editionibusque, et de nouae huius editionis conditione: nec non de *Bertholdo* *), Presbytero Conſtantienſi circa a. 1090. Hermanni diſcipulo et operis Hermanniani continuatore. Illam excipiunt quinque monumenta, potiſſimum anecdota, ad res Francicas et Alemannicas: et poſt illa Chronica Hermanni et Petershuſanum. — — *Hermanni Contracti* chronici continuatio altera, ſiue *Bernoldi* Conſtantienſis presbyteri, Poenitentiarii apoſtolici et monachi S. Blaſii *Chronicon*, editum ſub nomine *Bertholdi*. Acced. alia eius opuſcula. Subiungitur *Ottonis* de S. Blaſio *Chronicum*. Pleraque ex MSSt. codd. collecta, partim inedita, notis et

*) De quo v. *Hambergeri* Z. N. IV. p. 1 ſqq. et *Saxii* Onom. II. p. 198.

et obſeruatt. illuſtrata ab editore tomi primi. Typis Blaſianis. 1792. m. 4. Generalis titulus eſt: *Monumentorum res Alemannitas* illuſtrantium, tomus II. et vltimus. Praemiſſae ſunt *Martini Gerberti*, Abbatis, obſeruatt. in *Bertholdi* ſeu *Bernoldi*, Conſtantienſis Presbyteri, opuſcula ex eius ſcriptis collectae et illuſtratae. Docet *Gerbert*, *Bertholdum*, continuatorem Hermanni Contracti, diuerſum eſſe a *Bernoldo*, chronici cuiusdam architecto *). *Bertholdus* chronicon ab a. 1054 - 1066 continuauit; *Bernoldus* autem ſiue *Bernardus* non tam continuauit chronicon quoddam iam euulgatum, quam de nouo ſcripſit chronicon vsque ad a. 1100. quod *Vrſtiſius* tamquam appendicem Hermanni Contracti, et Gerbert in hoc opere repetiit, idemque addidit tum huc vsque edita tum inedita *Bernoldi* aliorumque ſcripta. Conf. ephem. litter. Erfurt. a. 1793. plag. 41. et Gottingenſ. a. 1796. plag. 6. pag. 58 ſqq. — De aliis *Hermanni* etc. ſcriptis atque editt. v. *Hamberger* III. p. 756 ſqq. et

*) Non diuerſos fuiſſe homines *Bertholdum* et *Bernoldum*, ſuſpicantur *Fabric.* et *Manſius* in B. L. med. aet. tom. I. pag. 239. vbi plures *Bertholdi* med. aet. producuntur: pag. 240. Fabricio perquam veriſimile videtur, non alium etiam eſſe *Bernardum, presbyterum.* — Fuit quoque *Bertholdus*, abbas in fonte Salutis, (Heilsbronn.) a. 1397. v. *Hocker.* bibl. Heilsbronn. p. 102.

eiusd. kurze Nachr. III. p. 1515 sqq. quibus addes: *Hermanni Contracti*, Comitis de Vöringen, maioris Augiae monachi, chronicon, a vulgato illo et ab eo etiam, quod *Vrstisius* edidit, longe diuersissimum et locupletius: a *Canisio* ex mst. cod. Augustani monasterii SS. Afrae et Vdalrici editum, in *Canisii* lect. antiquis — —, ed. *Iacobi Basnage*. Amstelod. 1725. fol. vol. III. part. I. Basnage ab initio ex Vrstisii ac Pistorii edit. adiecit historiam a condito mundo vsque ad Christum natum, et fini subiecit, Canisio in a. 1051, desinente, continuationem et ipsius *Hermanni* vsque ad a. 1054. et *Bertholdi* vsque ad a. 1066. — *L. A. Muratorius* in Antiqq. ital. medii aeui, diss. XLIV. p. 933 sqq. tom. III. edidit e cod. bibl. caesar. Vindobon. *elogium Hermanni Contracti ab eius familiari* a. 1054. conscriptum, additumque in calce *Ottonis Frisingensis chronici*. — *Bertholdi Ratisbonensis*, Franciscani, mortui 1272. Opera, s. extrauagantes Rusticani et sermones 94 rustici ad Religiosos sunt in II. codd. biblioth. Erlangens. conf. lepida loca de vita monachorum in *Hockeri* Bibl. Heilsbronn. p. 35 sqq.

Ad pag. 786. de *Berengario.*

Add. *Adelmanni* Brixiae episcopi de veritate corporis et sanguinis Domini ad *Berengarium* epistola, nunc e cod. Guelpherbytano emendata, et vltra tertiam partem suppleta. —

Cum

Cum epiſtola *Berengarii* ad Adelmannum, et variis ſcriptis ad *Adelmannum* pertinentibus: edidit *Conr. Arnold. Schmid*, Theol. in coll. Carol. Brunou. Profeſſ. Brunouici. 1770. 8. *Adelmannus* idem eſt ac *Alemannus*, adeoque natione fuit Germanus. conf. *Siber* de claris Alemannis, et ad Galeardi obiectiones reſponſio in act. erudit. m. Oct. 1722. ac recenſionem Schmid. edit. in *Erneſti* neueſt. theolog. Bibliorh. tom. I. part. I. Lipſ. 1771. 8. pag. 46 ſqq. In eod. tomo p. 314 ſqq. eſt longa cenſura Leſſingiani operis, *Berengar. Turonenſis* etc. in 4. — In Notitia etc. de *Berengario* lin. 13. leg. *Hamberger. Z. N.* etc.

Ad pag. 786. *ſub fin.*

In bibl. acad. *Erlangenſi* ſunt membran. plures codd. qui varia *Anſelmi* continent opuſcula: 1) meditationes, bis; 2) de incarnatione; 3) de ſimilitudinibus; 4) Elucidarium, ſ. dialogus ſummam chriſtianae theologiae complexus, bis; 5) de proceſſione Spiritus S. de conceptione virg. et peccato originali, de veritate, libero arbitrio, de caſu diaboli et ep. ad Walerian. — In alio cod. ſunt *Anſelmi*, epiſcopi ab a. 1126 — 1154. *Hauelbergenſis* libri II. aduerſus Graecos ſ. Antikymenou. De illis multisque aliis *Anſelmis* copioſus eſt *Fabr.* in B. L. med. aet. I. pag. 111 ſqq. De editt. ſaec. XV. v. *Panzer* A. T. in indice p. 32. voc. *Anſelmus*. *Lambach.*

in

in Bibl. Vindob. clauca p. 332 ſq. raram *Anſelmi* opuſculorum edit. ſ. loco et anno, 4. vberius deſcribit et comparat cum edit. Operum Anſelmi Noribergenſi, 1491. fol. Idem ex illa bibl. commemorat cod. *Elucidarii* MSt. ſaec. XV. et *Anſelmi* enarratt. in epp. Paulli Colon. 1533. fol.

Addantur:

Iuo vel *Tuo*, epiſcopus Carnotenſis ab anno 1092. mortuus a. 1115. iuris ſacri ſtator diligentiſſimus et controuerſiarum inter pontifices rom. regesque et imperatores teſtis praecipue in Epiſtolis locupletiſſimus. vid. *Hamberger* IV. p. 63 ſqq. Eius *Micrologus de eccleſiaſticis obſeruatt.* ſine eius nomine editus eſt, et exſtat in cod. bibl. *Erlang.* membr. ſed *Iuonem* eius eſſe auctorem, ex MSStis docuit *Henr. Wharton* in auctar. ad Vſſerium de Scripturis ſacris vernaculis p. 359. et 395. Add. *Saxii* Onom. II. p. 199.

Eodem tempore in vitis erat *Petrus Helias* ſiue *Elias*, grammaticus et verſificator.

Ioannes Roſcelinus, ſ. *Roſelinus*, etiam *Rucelinus*, Brito Aremoricus (ex Britannia minore,) ſectae *nominalium* praecurſor. Vixit circiter ab a. 1050 — 1108. Adcuſatus eſt erroris de S. S. Trinitate et proſcriptus in concilio Sueſſionenſi, a. 1094. Inter eius diſcipulos eminuit *Petrus Abaelardus*. v. *Saxium* in Onom. II. pag. 201. et quos laudat ille.

Inpri-

Inprimis conferenda eſt *Io. Theod. Künneth* disp. de vita et haereſi Roſcelini, ſub praeſidio D. Io. Mart. Chladenii ventilata, Erlangae 1756. 4.

Marbodus ſiue *Marbodeus*, natus circa a. 1035. Primum docuit in ſchola Andegauenſi, et ſumma eloquentiae ac poeſeos floruit fama: tum a. 1096. dignitatem epiſcopatus Redonenſis (*Rennes*) conſequutus eſt. Poſtquam XXVIII annos illo munere cum laude functus erat, in monaſterium Albini Andegau. (*Angers*) ſeceſſit, et ibi a. 1123. animam efflauit. Multa ſcripſit ſermone et proſaico et ligato. Quaedam carmina, liber de gemmis et VI. epiſtolae iunctim edita ſunt primum Rennes 1524. Sed melior eſt et plenior editio: *Venerab. Hildeberti* — Opera tam edita quam inedita. Acceſſerunt *Marbodi* Redonenſis epiſcopi — opuſcula. Quae hactenus edita, nunc autem auctiora, et plura nondum edita prodeunt, omniaque ad msstos codd. recenſita, notis paſſim illuſtrantur. Labore et ſtudio *D. Antonii Beaugendre* Paris. 1708. fol. Inter eius carmina eminet Poema didacticum *de gemmis*, ſiue de XII. lapidibus pretioſis apocal. XXI. 19. et myſtica ſeu moralis adplicatio ſermone proſaico: quod carmen ſaepe editum eſt. v. *Fabr.* B. L. med. aetat. tom. V. pag. 16 ſqq. et *Hamberger* Z. N. IV. pag. 93 ſqq. — Nouiſſima editio eſt: *Marbodi* liber lapidum, ſeu de gemmis, varietate lectionis

nis et perpetua annotatione illustratus a *Io. Beckmanno:* additis obseruatt. Pictorii, Alardi, Cornarii. Subiectis sub finem annotatt. ad Aristotelis auscultationes mirabiles et ad Antigoni Caristii historias mirabiles. Gottingae 1799. (iam 1798. prelum reliquit ille liber.) 8. Plura leges de hac editione, de Marbodi carmine editionibusque in ephem. litter. Gotting. a. 1798. nr. 181. p. 1801 sqq. — Sententiae *Marbodi* Redonensis illustrantur et emendantur a *C. A. Heumanno* in Poeciles tom. I. libr. II. nr. XI. pag. 266 sqq. Add. *Saxii* Onom. II. p. 201 sq.

Hildepertus, nat. a. 1057. episcopus Cenomanensis an. 1097. denique archipraesul Turonensis ab a. 1125. mortuus 1131. aut secundum alios 1133. vel 1134. d. XVIII. Nouembr. Inter scholasticos in primis pro eruditionis in tanta barbarie temporis conditione floruit laude theologiae, eloquentiae ac poeseos. Primus vero vsus est voc. *Transsubstantiationis.* Multa scripsit et pleniorem eius et *Marbodi* Operum edit. ab *Anton. Beaugendre* curatam paullo ante laudaui. Conf. *Hamberger* Z. N. IV. p. 115 sqq. et *Saxii* Onom. II. pag. 202 sqq.

Ad pag. 787. de *Brunone. lin.* 10.

Scr. *Romae* 1775. 4. et add. *S. Brunonis* Astensis, episcopi Signensium et Abbatis montis Cassini, Opera in duos tomos distributa, aucta

aucta et adnotatt. illuſtrata. tom. I. continens expoſitiones in Pentateuchum, in librum Iob, in Pſalmos et in cantica canticorum. Romae apud Zempel. 1789. fol. Confer praefationem, 100. pagg. conſtantem.

Rupertus, monaſterii *Tuitienſis* abbas, theologus, verſificator et hiſtoricus: mortuus a. 1135. Propter oppugnatam *transſubſtantiationis* doctrinam a Proteſtantibus inter teſtes fidei mediae aetatis numerabatur: quos quidem refutare conatus eſt *Gabr. Gerberon* in apologia pro Ruperto Tuit. Pariſ. 1669. 8. — A *Lambachero* in bibl. ciuica Vindobon. pag. 133 ſq. plures edd. commemorantur: *Ruperti* Abbatis *Tuitienſis* opus originale de victoria dei, in XIII. libros diuiſum. Argentor. ap. Anton. Sorg. 1487. fol. *) et Norimbergae ap. Io. Petreium. 1524. 8. — commentarius in ſex prophetas poſteriores. Norimb. Io. Petreius 1524. 8. — in euangelium Ioannis, libr. XIV. Coloniae, Franc. Birckmann. 1526. fol. — et in apocalypſin Ioannis libr. XII. ibid. 1526. fol. **) — in Matthaeum de gloria et honore filii hominis libr. XIII. et

*) Conf. quoque *Freytagii* Annal. litter. pag. 795 ſq.

**) Cura *Io. Cochlaei*. Exemplar eſt in bibl. *Erlang.* v. longam doctamque *Pfeifferi* noſtri V. C. recenſ. in Beyträgen etc. part. III. p. 438—455.

et de glorificatione trinitatis et processus Spir. S. libri IX. etc. ibid. 1526. fol. *) — de divinis officiis libri XII. ibid. 1526. fol. **) — de operibus S. Trinitatis libri XLII. ibidem. 1528. fol. — in XII. prophetas minores commentariorum libri XXXII. nunc primum ex integro excusi. Colon. Franc. Birckmann. (curante *Io. Cochlaeo.*) 1527. fol. atque Lambach. in nota docet, reuera esse libros XXXII. et errare Trithemium, Bellarminum, Possevinum aliosque, qui non nisi *triginta* libros commentariorum numerent, atque Labbeum, Caueum aliosque perperam laudare libr. *triginta vnum.* — In *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallisch. Bibl. tom. I. p. 405 sqq. recensentur *Ruperti Tuicensis* de voluntate et omnipotentia dei libri duo. Item vita eiusdem partim ex Trithemio, partim ex apologetico ipsius. Norimbergae, a. 1524. mai. 8. ap. Io. Petreium. (editore *Andrea Osiandro*) — et *Rup. Tuic.* de victoria verbi dei libri XIII. ibid. 1524. mai. 8. Plura de Ruperto, haud paucis eius libris atque horum edd. reperies con-

*) Conf. longam huius ed. censuram in *Pfeifferi* l. m. pag. 455 sqq.

**) Editore *Io. Cochlaeo.* v. cel. *Pfeiffer.* l. c. p. 472 sqq. et de edit. Colon. comm. in euangelium Ioann. pag. 467—472. Illa opera sunt in ex. *Erlang.* in vno vol. compacta. Hinc *Hookeri* notitia illius vol. in bibl. Heilsbronn. p. 144. est intelligenda et corrigenda.

congesta in *Fabr.* B. L. med. aet. h. voc. et in *Hamberg.* Z. N. IV. pag. 121 sqq. add. *Saxii* Onom. II. pag. 211 sq. — In codd. membr. bibl. acad. *Erlangens.* exstant 1) *Rup.* comm. in apocalypsin, quem cod. curate descripsit cl. *Pfeiffer* l. c. pag. 432 sqq. 2) de victoria verbi dei.

Ad pag. 787. *fin.*

Iohannis Saresberiens. siue *Salisbur. policraticus* de nugis curialium et vestigiis philosophorum est in cod. membr. bibl. Erlang.

Ad pag. 788. de *Honorio.*

De *Honorii* comm. in Psalterium, a Psalmo I—L. eius codic. membr. bibl. Erlang. de ipso Honorio vberrime egit cl. *Pfeiffer* l. c. III. pag. 387—432. et plura dedit excerpta specim. inaque, addito iudicio. Praeterea in eadem biblioth. duo seruantur codd. membr. in quorum altero est *Honorii* commentar. in canticum canticorum; in altero, *Honorii* speculum, de sanctis et festis, pars II. Atque speculum ecclesiae, siue sermones aliquot euangelici tam de tempore, quam de sanctis, cum *Feliciani* episc. Arelatensis opusculo admonitionum atque interpretationum locorum aliquot scripturae difficilium, Colon. ap. Quentel. 1531. 8. est in biblioth. *Erlangensi* acad. Plura suppeditabit *Hamberger.* Z. N. IV. pag. 243 sqq. not. Editionum ab illo memora-

tarum indici addantur *Honorii* libri tres de imagine mundi. Norimbergae s. nota anni, fol. typis Anton. Kobergeri; eiusd. de praedestinatione et libero arbitrio: acc. cognitio vitae a *Solitario* *) quodam dialogice edita, ibid. s. a. typis Koberger. fol. — eiusdem Solennis et deuota expositio in librum Salomonis, qui dicitur Cantica canticorum. 4. s. l. et a. v. *Panzer* A. T. II. p. 234. nr. 342. et 343. atque vol. IV. p. 143. et 388. Add. *Saxii* Onom. II. pag. 224.

Ad pag. 789. *lin.* 7.

Petri Abaelardi S. Gildesii in Britannia Abbatis et *Heloisae* coniugis eius, quae postmodum prima coenobii Paraclitensis Abbatissa fuit, opera, nunc primum erute ex quinque msst. codd. et illustr. studio *Francisci Amboesii* — Cum eiusd. praef. apologetica. Paris. 1616. 4. conf. *Bayle* Dict. voc. Fr. *Amboise*, not. *F.* — *Clement* Bibl. curieuse etc. tom. I. pag. 2. inprimis *Hamberger* l. c. vbi reliqua Abael. opp. horumque edd. recensentur. — In cod. membr. bibl. acad. *Erlangens.* sunt *Magistri Petri Abaelardi* libri III. de Trinitate. Editi sunt *P. Abaelardi* libri V. de theologia christiana et expositio in hexaemeron, cum obseruatt. praeuiis, in *Edm. Martene* et *Vrs-*

*) Honorius vocatur in nonnullis codd. *Solitarius* et *Inclusus.*

Vrſini Durandi Theſauro nouo anecdotorum, tom. V. nr. 10. In praef. copioſe agitur de *Abaelardi* theologia chriſtiana eiusque placitis. Martene meminit operis msti Abaelardiani, quod Acheri propter periculoſa dogmata prelo ſubiicere haud permiſiſſet. In obſſ. praeuiis ad acerbum Bernhardi iudicium de Abaelardo vindicandum plura eius dogmata examinantur atque culpantur; ſed bono Abaelardo ſaepe fieri iniuriam, monetur in *Baumgarten* Nachricht. von einer Halliſchen Bibl. vol. VI. p. 28 ſq. et 32. — *Geſchichte Abelardi vnd der Heloiſe*, nebſt beiden aechten Briefen, nach des d'Amboiſe Ausgabe aus dem Engliſchen des Herrn *Ioſephi Berington* *) veberſetzt von D. *Sam. Hahnemann*. Lipſiae 1789. 8. conf. cenſuram in Jen. A. L. Z. 1789. menſ. Oct. pag. 166 ſq.

Ad pag. 790. *lin.* 5. de *Bernhardo Clareuallenſi.*

Innumera paene copia eſt editionum opuſculorum tam genuinorum, quam ſpuriorum dubiorumue, atque collectionum, quae ſaec. XV. diuerſis locis prelo exierunt, nec pauca Bernardi opuſc. illo iam ſaeculo ſunt in linguas belgicam, anglicam atque italicam translata. v. *Panzer* A. T. indic. ſ. vol. V. pag.

*) Cuius editio II. prodiit 1788. v. Jen. A. L. Z. a. 1788. nr. IV.

84—86. — *Bernhardi* opus epiſtolarum. Baſil. 1494. fol. memorat quoque *Lambach.* in Bibl. ciuica Vindob. p. 136. vbi praeterea occurrunt duo codd. mſſt. 1) Speculum monachorum, ſaec. XIV. 4. 2) ſcala clauſtralium, ſaec. XIV. 4. tum *Bern.* florum liber, (a *Willermo* S. Martini monacho Tornacenſi, ante annos circiter quingentos collectus,) Auguſtae Vindel. Sigism. Grimm et Marc. Wirſung. 1519. 4. et *Bern.* Opera, Pariſ. Berth. Rembolt. 1513. fol. — et p. 135. in longa nota indicat ſcripta Bernardi, primo genuina, dein ſpuria, denique alia quaedam, quae in illa editione exhibentur. Quando autem ſcribit, eam edit. procuratam eſſe per *Iodoc. Clichtoueum;* eum cum aliis erraſſe, cognoſcimus ex adcurata illius ed. notitia, quam *Hamberg.* IV. p. 196 ſqq. dedit. Primum integram longamque inſcriptionem repetit; dein ex ipſa ſubſcriptione fol. 321. pag. auerſae docet, hanc edit. a nonnullis monachis Clareuallenſibus factam et recognitam ex codd. bibl. Clareuallis; Iodocum vero Clichtoueum tantum eſſe praefatum, et hanc commendaſſe editionem. Inſuper Mabillonum refutat, dum, a *Clichtoueo,* contendit, edita eſſe *Bernardi* opera Pariſ. ap. Io. Paruum 1508. — Eodem tamen anno, ſed *cura Andreae Boccardi, artis impreſſoriae peritiſſimi, impenſis Ioh. Parui,* Pariſ. in fol. *Bernardi ſcripta* in lucem prodiiſſe, docet cel. *Panzer* A. T. VII. p. 530. nr. 257. et exem-

exemplar illius edit. exſtat in bibl. publ. Noriberg. — Pleniſſima doctiſſimaque operum edit. eſt ex recognitione *Ioh. Mabillonii*. Pariſ. 1667. (al. 1666.) II. voll. fol. et IX. voll. in 8. — ibid. 1690. II. voll. fol. et ib. 1709. II. voll. fol. — rec. Veronae 1726. III. voll. fol. v. Act. erud. Lipſ. ſuppl. tom. I. pag. 556. et *Hamberg.* l. c. inprimis *Fabr.* B. L. med. aet. I. pag. 223 ſqq. ed. Manſi. — Bibl. acad. *Erlangenſis* ſeruat multos membran. codd. qui varia *Bernhardi* continent ſcripta: Epiſtolas, bis; Ep. ad Carthuſianos; in Pſalmos quosdam, ſ. Sermones; Sermones, pars I. et II. in duobus voll., cod. alius, ſermones aliquot; Flores; de oneribus; de colloquio Petri ad Ieſum, ter; de ſcala clauſtrali; in paſſionem Domini; de ſpirituali clauſtro; in Cantica canticorum, tres codd. de gratia et libero arbitrio; in Pſalmum XC.; de conſideratione; epiſt. ad archiep. Seuonenſem; — de caritate, de conſideratione, meditationes, de amando deo, ſermones, in vno volumine; — Varia; ſermo de moribus infantum; de fide, ſpe et caritate; — de conſcientia, de formula vitae chriſtianae, in vno volumine; — de amando deo, et in euangelium, miſſus eſt etc. In chart. ſunt ſermo de paſſione Domini; ſuper Sabae regina; Dulciloquium ad B. virginem; ſermo de concept. virgin. Tota pulcra etc. ſcala religioſorum et alia.

Aetate autem media et infima vixerunt multi *Bernardi*, maximam partem theologi et monachi, de quorum vita scriptisue si quis plura scire cupit, is consulat *Fabricii* B. L. loc. cit. pag. 217 sqq. — Inter codd. bibl. Erlangens. exstant *Bernhardi Magistri* casus decretales, bis; *Bernhardus Cassin.* in regulam S. Benedicti; *Bernhardi de Parentinis* expositio Missae, ter.

Ad pag. 790. de *Irnerio.*

De *Irnerio*, qui scholas iuris ciuilis Bononiae post *Peponem* aperuit, et sub Lothario II. atque Conrado III. Augg. maiorem adeptus est nominis celebritatem, atque *Lucerna iuris* vocabatur, v. quoque *Hamberger* IV. pag. 109 sq. et de *Irnerio*, eius auditoribus, iisque libris, qui ad illustrandam scholae illius historiam maxime sunt commendandi, *Bachii* histor. iurisprud. roman. libr. IV. cap. 3. sect. II. §. 2. pag. 667 sq. ed. Stockmanni.

Ad pag. 790. de *Petro Lombardo.*

Diuersus hic est a *Petro Lombardo*, primo archiatro Ludouici VII. regis Galliarum, denato 1138. qui quidem duo saepe, at perperam, pro vno eodemque habentur. — Addatur

Alanus de Insulis siue *Insulanus*, natus circa a. 1114. denatus a. 1202. Theologus et versificator, dictus *Doctor vniuersalis*. Vnde ortus

ortus sit, et num duo diuersi fuerint *Alani* dissentiunt historici. vid. *Molleri* Homonymoscop. sect. II. c. VI. §. 6. p. 533 sq. vbi simul de variis agitur *Alanis; Polycarp. Leyser* in histor. poet. med. aeui pag. 1012—1097. vbi quaedam eius poemata aut excerpta leguntur; *Casim. Oudin.* diss. de vnico Alano, in Comment. de SS. eccl. tom. II. pag. 1388. *Hamberger.* Z. N. IV. pag. 311 sqq. de eius vita, scriptis horumque editt. *Saxius* in Onom. II. 267 sq. aliique, quos illi laudant, et *Adelung* in Fortsetzung vnd Ergänzungen zu Chr. Gottli. Jocchers allgem. Gelehrten Lexicon, vol. I. col. 380 sqq. (vbi plures simul *Alani* enumerantur.) *Alanus* noster multa scripsit: quae edita sint, aut adhuc lateant inedita in bibliothecis, ea diligenter indicat *Adelung.* Inter alia confecit Alanus *Anti-Claudianum* siue de officio viri in omnibus virtutibus perfecti, carmen hexametrum libris IX. (de quo opere plura tradidit *Leyser* l. c. p. 1016.) et libr. de planctu naturae prosa et carmine contra Sodomiae crimen, aut potius de vsu et abusu naturae; (vid. *Leyser.* pag. 1043 sqq.) In bibl. acad. *Erlangensi* sunt duo codd. chartac. saec. XIV. 4. et saec. XV. 4. *Alan. de planctu naturae*, cum glossis; alteri illorum glossator adscripsit id hucvsque incognitum et incertum aut falsum: *Caussa efficiens fuit Alanus magister* Oxoniensis, *quae ciuitas iacet in Anglia.* Duo autem

illos codd. curate deſcribit cel. *Pfeiffer* in Beyträgen etc. part. III. p. 594 — 537. In alio cod. membr. eſt *Alani* dedicatio. — *Alanus de Rupe*, (de la Roche,) Dominicani monachi miſer liber, de dignitate et vtilitate Pſalterii Virg. Mariae. in Suecia 1498. 4. eſt propter raritatem memorandus. v. *Lenguich.* in Meuſelii Magazin. part. V. p. 117.

Philippus Gualterus, ſiue *Waltherus, de Caſtellione* (hodie Chatillon), Inſulanus ex vrbe, hodie Ryſſel dicta, ortus, praepoſitus canonicorum Tornacenſium. Floruit circa a. 1176. clarus inprimis carmine de rebus geſtis Alexandri M. heroico, inſcripto: *Alexandris* ſiue geſta Alexandri M. libris X. comprehenſa: in quo inſtitit veſtigiis Curtii, ideoque ad huius hiſtorici libros inde emendandos facere poteſt illius poematis comparatio. Editum eſt ſ. l. et anno (probabiliter in Belgio,) in 8. litteris gothicis. — Argentor. per Ren. Beck. 1513. 4. — cura Oswaldi Eck, Ingolſtad. in offic. Alex. Weiſſenhorn. 1541. 8. (*Chr. Auguſt. Heumann.* habuit exemplar cum variis lectionibus manu Chriſtiani Daumii, novam carminis editionem paraturi, adſcriptis; v. illius acta philoſ. part. XV. pag. 371. et conſpectum hiſt. litter. lib. IV. §. 33. aut ſecundum nouam *Eyring.* edit. part. II. tom. I. §. 43. pag. 222. not. *K.* et *Hamberg.* Z. N. IV. p. 308 ſqq. vbi *Gualteri* vitam ſcriptaque

que perſequitur.) — *Phil. Galtheri*, poetae, Alexandreidos libri decem, nunc primum in Gallia Gallicisque characteribus editi. (cum praef. Roberti Conſtantini.) Lugduni: excud. Robertus Granzon. typis propriis. 1558. 4. — ex codd. curata eſt editio huius ſententiae: *Alexandreis* — — auctore *Gualtero de Caſtellione:* in lucem edita opera *Athanaſii Guggeri*, S. Galli monachi. In monaſterio S. Galli. 1659. 12. (quam ed. vberius deſcribit cel. *Zapf* in Lipſ. A. L. Anz. a. 1799. nr. 186. p. 1858.) — Recuſa eſt ibid. cum epiſtola quidem Guggeri ad ſuperiorem edit. nomine typographi ſcripta; ſed tantum in fronte legitur: *Alexandris* — — *auctore Gualtero de Caſtellione. Editio altera.* Typis monaſterii S. Galli, excud. Iab. Möller. Anno partae ſalutis MDCXCIII. (1693.) 12. Exemplar illius ed. habeo. In infima ora et in fine ſunt duorum codd. variae lectiones. Fini ipſius carminis haec nota eſt ſubiecta: „MS. Engelbergenſe ſic claudit opus. Explicit Alexandris Magiſtri Gualteri de Caſtellione. Scriptus fuit liber iſte A. Dom. M.CC.LXXVII.“ Nouam editionem cogitat *Le Cr.* Gallus et popularis Gualteri, vir ingenio, litteris, humanitate et muneribus, olim in aula regis Galliarum geſtis, clariſſimus; atque vt, pace reddita, editionem in lucem emittat, eſt optandum. — De *Gualtero* conf. etiam *Fabric.* B. L. med. aet. III. p. 112 ſq. (vbi praeterea

alii *Gualteri* enumerantur;) *Saxii* Onom. II. p. 265. V. D. in Lips. A. L. Anz. a. 1799. nr. 9. pag. 84 ſq. — nr. 27. p. 263 ſq. et *Schmidt Phiſeldeck* ibid. eod. an. nr. 125. qui de duobus codd. Guelferbyt. in quibus eſt *Gualteri Alexandris*, inprimis agit. In bibl. principali Carolsruh. eſt fragm. cod. cum gloſſ. et notis.

Diuerſus eſt *Gualtherus Mapes* vel *Mapaeus*, Anglus, ab a. 1197. ſecundum *Hamberger*. Z. N. IV. p. 299 ſqq. aut circa 1210. ſecundum *Fabricii* B. L. med. aet. III. p. 117. et *Saxium* in Onom. II. archidiaconus *Oxonienſis*. Varia ſcripſit poemata, in quibus mores ſacerdotum perſtrinxit. — Confunditur a Lelando cum *Gualtero Calenio*, ibidem archidiacono *Oxonienſi*, circa an. 1120. v. *Fabric.* l. c. pag. 112. et 117.

Henricus Septimellenſis, a patria, (Settimello) pago agri Florentini, dictus etiam *Florentinus*, item *Samarienſis*, *Sangelfinus*, nec non, quia per iniuriam epiſcopi Florentini munere ſacro priuatus ad ſummam redactus eſt inopiam, *Henricus pauper*. Scripſit circa a. 1192. exemplo Boethii *de diuerſitate fortunae et philoſophiae conſolatione* libros IV. verſibus mille, carmine elegiaco. Princeps editio eſt: *Henrici Samarienſis*, alias *Septimolenſis*, (qui vulgo *Pauper Henricus* inſcribitur,)

tur,) liber elegiorum de miſerorum atque deſolatorum philoſophica ſaluberrima conſolatione, continens quatuor libros partiales. In calce: Explicit liber elegiorum *pauperis Henrici* mille verſus complectens. Impreſſus Colonie retrominores Anno dominice geniture. M.CCCC.XCVII. (1497.) 4. Quae editio effugit ſollertiam Fabricii ac Manſi in B. L. med. aet. III. p. 227. vbi de libris editionibusque diligenter et copioſe agitur. Sed *Hamberger.* IIII. p. 295. eam ex catal. bibl. Büuau. tom. I. vol. 3. pag. 2029. adfert. Add. *Panzer* A. T. I. p. 296. et IV. p. 276. idem vol. IV. p. 138. fin. ex *Laire* Ind. II. p. 139. citat *Henrici poema contra fortunam*, 4. ſine l. et a. De reliquis edd. praeter Fabr. adi Hamberg. add. *Saxii* Onom. II. p. 276. Notandae ſunt editiones: *Henrici* — de diverſitate fortunae et philoſophiae conſolatione. Arrighetto, ovvero trattato contro all' avverſità della fortuna, di *Arrigo da Settimello*, (per *Domen. Mar. Manni.*) Florent. 1730. 4. Hanc edit. *Io. Domic. Manſi* contulit cum cod. quodam Lucenſi, (de quo *Manſi* ad Fabr. III. p. 218 ſq. multus eſt,) et varias illius lectiones adiecit calci vol. VI. B. L. pag. 340 ſqq. — *Henr.* elegia de diuerſitate fortunae et philoſophiae conſolatione. Ex msto Mediceo et Antonii Magliabech. in 8. ſ. l. et a. v. Lipſ. A. L. Anzeig. 1800. nr. 77. col.

col. 767 sq. — Erlang. bibl. acad. habet quoque codic. *Henrici pauperis* chartac.

Ad pag. 791. lin. 4.

Alius *Guilelmus Brito, Camber*, ordinis minorum, mortuus a. 1356. varia scripsit. (v. *Fabr.* B. L. med. aet. I. p. 282.) Inter alia, *expositionem prologorum* (Hieronymi,) cuius duo codd. membr. exstant in bibl. acad. Erlangensi, vna cum expositione Pentateuchi. Eidem Britoni tribuit Fabricius *Summam* siue *opusculum difficilium vocabulorum Bibliae* ex glossis Sanctorum, et adnotat, Cangium in praefat. ad Glossar. med. latinitat. §. 49. adferre versus Leoninos, quos praefigere illi opusculo, et quibus claudere illud placuisset Britoni. In cod. Erlang. membr. exstat *Guito*, seu, vt altera inscriptio eum vocat, *Brito de vocabulis bibliae*. *Hocker* in catal. bibl. Heilsbronn. p. 26. primum existimat, verum auctorem libri procul dubio esse *Guidonem de Perpiniano*, Carmelitam, theologum Parisiensem, et demum episcopum Elnensem, S. Scriptor. admodum studiosum, quod doceat eiusd. *Concordantia IV. euangeliorum*, mortuum vero esse a. 1330. Tum tradit, esse quasi clauem scripturae S. et inter MSS. Quedlinburg. prae se ferre inscriptionem: *Vocabula rara secundum bibliam.* Denique speciminis loco recudi fecit praefationem quamdam et versus Leoninos in fine operis.

Ad

Ad pag. 791. *lin.* 7. de *Gratiano.*

De edd. *Decreti* etc. vid. *Hamberger* IV. pag. 217 ſqq. et quos ille citat; tum cl. *Panzer* paſſim in voll. I — IIII. in indic. ſ. vol. V. p. 228 ſq. deſignatis, in vol. VI. etc. Princeps eſt: *Gratiani decretum.* In fine: *Preſens Gratiani decretum* vna cum apparatu *Bartho. Brixienſis* in ſuis diſtinctionibus, cauſſis et conſecrationibus bene viſum et correctum — — per — Henricum Eggeſteyn, artium liberalium Magiſtrum, ciuem inclite ciuitatis Argentin. Anno Dn. MCCCCLXXI. (1471.) fol. v. *Schoepflini* vindic. typogr. Argent. p. 44. *Panzer* I. p. 17. Sed illud opus etiam 1472. ibid. typis Eggeſteyn fuiſſe excuſum poſt alios oſtendit vberius et vtriusque editionis diuerſitatem demonſtrauit vir doctus in *Meuſelii* hiſtoriſch-litter. bibliogr. Magazin, part. VII. et VIII. (Chemnit. 1794. 8.) pag. 246 ſqq. — Notanda eſt editio, ab Hambergero l. c. et *Fabricio* B. L. med. aet. III. p. 82 ſq. (de Gratiano,) omiſſa: *Decretum Gratiani* ab innumeris prope mendis, quibus — ſcatebat — repurgatum, cum canonibus penitentialibus. Appoſiti ſunt item canones ſanctorum apoſtolorum per Clementem in vnum congeſti. 1536. in fine: Excudebat Franciſc. Fradin — Lugduni hoc decretum impenſis Hugonis de Porta. fol. max. — De vetuſtis canonum collectionibus diſſertationum

num ſylloge. — Collegit, recenſuit et praefat. adiecit *Andreas Gallandius*, presbyter congregationis oratorii. Editio in Germania prima, variis diſſertatt. aucta. tom. I. II. Moguntiae 1790. mai. 4. v. Jen. A. L. Zeit. a. 1790. m. Dec. nr. 378.

Ad pag. 791. *med.* de *Conrado de Lichtenau.*

De edition. et ipſo *Conrado* v. *Hamberger* Z. N. IV. pag. 370 ſq. In bibl. acad. Erlang. eſt prima editio: *Abbatis Vrſpergenſis Chronicon* a Nino rege Aſſyriorum magno vsque ad Fridericum II. Romanor. imperat. Auguſt. Vindel. 1515. fol. curante *Conrado Peutingero*, et codex membran. fol. quem *Hocker* in catal. bibl. Heilsbronn. p. 86 ſqq. contulit cum ed. Peutinger. et ſiluam variarum lectionum ex cod. collegit: idem, „cum editione, ait, ſi contuleris MStum, ſexcentas deprehendes lectiones varias, quibus tam in hoc, quam in illa peccatum fuiſſe et ſenſus et hiſtoria docent. Nos ſaltem ab anno MCI. ad finem quadraginta fere vltra centum obſervauimus, obiter textum vtriusque perlegendo.“ Add. *Gercken* in tomo II. ſui Itinerarii de cod. praeſtant. bibl. Erlang. — Iungendus eſt

Burchardus Biberacenſis, denatus circa finem 1226. ſcripſit *Hiſtoriam Friderici imperatoris, ducis Sueuorum* circ. a. 1226. continua-

tinuatam ab alio vsque ad an. 1229. editam circa a. 1470. fol. quae quidem editio rariſſimis adnumeratur libris. Specimen quidem dedit poſtea *Schumacher*, Prof. quondam Gymnaſii Ilſenac. in ſuis Beyträgen zur teutſchen Reichshiſtorie. 1770. ſed plenam melioremque editionem reddidit *Chriſtmann*, ſic inſcriptam: *Hiſtoria Friderici imperatoris Magni*, huius nominis primi, Ducis Sueuorum et parentelae ſuae, conſcripta circa annum MCXXII. a *Burchardo*, patria Biberacenſi, imperialium, celeberrimarum et exemtarum Canoniarum *Vrſpergenſis* et *Soreſhanae*, ordinis Praemonſtratenſis in Sueuia Praepoſito et Abbate. Recens edidit, notis illuſtrauit, tabulis genealogicis auxit et de huius hiſtoriae auctore praefatus eſt *Georg. Anton. Chriſtmann*, I. V. L. exemti collegii S. Michaelis Archangeli ad inſulas Wengenſes Canon. regg. ord. S. Auguſtini Vlmae Sueuorum conſiliarius et Archipraefectus. Vlmae 1790. 4. conf. ephem. Erlang. litterar. a. 1790. plag. 45. inprimis Salisburg. Allgem. Oberdeutſche Litt. Zeit. a. 1790. nr. 7. pag. 101 ſqq. Hoc opuſculum eſt maximam partem in Chronicon *Vrſpergenſe*, quod an. XLV. poſt ſerius comparuit, receptum. Hinc fuere, qui vnum eumdemque vtriusque operis parentem, at falſo, haberent. Chriſtmann igitur docet, non Conradum de Lichtenau, ſed Abb. *Burchardum* huius minoris opuſculi fuiſſe auctorem.

Alexan-

Alexander de villa Dei, ſiue a patria (*Dole*) dictus *Alexander Dolenſis*, verſificator et grammaticus, dum viuebat et docebat Pariſiis, celeberrimus. Scripſit a. 1213. aut ſecundum alios iam 1209. *Doctrinale puerorum*, ſ. grammaticam verſſ. leoninis. Miſera iſta grammatica a medio ſaeculo XIII. in ſcholis, expulſo quaſi Priſciano, vsque ad initium ſaeculi XVI. Grammatica Despoterii recepta, locum et auctoritatem obtinuit. Conf. *Iac. Burckhard* de L. L. in Germania fatis part. I. p. 284. 290. 292. 298. etc. in nouis commentariis p. 407 ſqq. 410 ſqq. 420. etc. atque *Legrand d'Auſſy* in Notices et Extraits de MSSts de la Bibl. nationale, tom. V. (Paris. an. VII. mai. 4.) nr. XXXIII. De editt. vid. *Fabr.* B. L. med. aet. h. v. Maittaire et Panzer A. T. in indic. h. v. Scripſit quoque *ſummam ſiue argumenta capitum omnium biblicorum vtriusque Teſtamenti*, verſſ. hexametris. — *Alexandri doctrinale* eſt in cod. membran. Erlang. quem curate deſcribit cel. *Pfeifferus* in Beyträgen zur Kenntniſs alter Bücher etc. part. II. p. 228 ſq. Tum pag. 229 — 234. recenſet edit. rariſſimam, quae eſt in bibl. Erlangenſi: *Alexandri* omnes partes cum textuali et plana expoſitione non in fluida, vt plereque, ſed ſolida firma et italica *bapiro* impreſſe. Nurenberge per Ieorum Stöchs de Sulczpach. 1489. 4. et Specimina dat grammaticae. Denique pag. 235 ſq. deſcribit

ſcribit cod. chartac. Erlangenſ. qui continet: Commentum aureum *Iohannis de noua domo*, ſuper ſecundam partem *Alexandri* per me Marcum de Hûſen. Anno dom. 14LXVIII. in prima die poſt feſtum bartholomei.

Alexander Neckam ſeu *Nechamus* ſ. *Nequam*, Hartfordienſis Anglus; ab an. 1215. Abbas Exceſtrienſis: mortuus a. 1227. Grammaticus et Theologus, ſcr. de nominibus vtenſilium: cuius libelli cod. chart. ſaec. XIV. cuſtoditur in bibl. acad. Erlang. et paucis deſcribitur a cl. *Pfeiffero* in Beyträgen etc. part. III. p. 537 ſq. De *Alex. Neckam* v. *Oudin.* de S. S. eccleſ. tom. I. init. et *Saxii* Onom. II. pag. 288.

Eberhardus Bethunienſis, circa a. 1212. Grammatiſta et Verſificator. Scripſit *Labyrinthum* et *Graeciſmum*. Sed *Graeciſmus* non eſt linguae graecae, ſed *latinae* grammatica: Graeciſmus autem dicitur, a cap. VIII. libri I. *de graeco*, et quoniam auctor vocc. Grammaticae latinae graeca interpretatur: quod bene et copioſe docet cel. *Pfeiffer* in Beyträgen etc. II. p. 236 ſqq. vbi de *Eberhardo*, eius graecismo, et duobus codd. membr. Erlang. late agit, aliosque laudat VV. DD. add. *Saxii* Onom. II. p 287. et auctorem libri: Hiſtoire de l'Origine — de l'Imprimerie, Hagae Com. 1740. 4. p. 87. nr. CLX. de edit. Angoliſmi 1493. vbi in nota, c'eſt, ait, un Ouvrage de

Grammaire dans le Gout du Donat et de l'Alexandri Doctrinale.

Albricus siue *Alfricus*, circa an. 1217. Londinensis, Mythologus, sed Fulgentium compilasse dicitur. Scripsit de originibus et imaginibus deorum. Edit. princeps est de imag. deor. cum Fenestella de magistrat. rom. sine vlla nota typogr. saec. XV. in 4. — Inest quoque *Munkeri* et *Augusti. van Staveren* editt. Auctor. mythologor. latin. (v. supra, *Hygin.*) conf. *Hamberger* IV. pag. 356. et *Saxii* Onom. II. p. 289.

Ad pag. 791. fin.

Saxius in Onom. II. pag. 295. adnotat ex *Frid. Chstph. Schminckii* Versuch einer Beschreibung von Cassel. Cassel. 1767. 8. pag. 207. in Museo Casselliano Landgrauii Hassiae custodiri epistolarum *Petri de Vineis* librum scriptum, editis pleniorem exemplis, et in Anal. s. pag. 564. ex *Murator.* Antiqq. ital. medii aeui differt. XLIV. tom. III. pag. 938. animaduertit, *Petrum de Vineis* natum esse Capuae. Add. *Hamberger* Z. N. IV. pag. 387 sqq. — Ad finem notae adde: De pleno librorum *Friderici II. de arte venandi* etc. codice, quem possedit *Mercier — St. Léger*, v. Intellig. Blatt der Jen. A. L. Z. a. 1799. nr. 9. pag. 70 sq. inprimis cel. *Chardon-La-Rochette* à I. Gottlob Schneider — sur un manuscrit qui contient le traité latin de l'empereur

pereur Fréderic II. de arte venandi cum auibus, in Magaſin Encyclopédique, année VI. tom. I.

Ad pag. 792. *lin.* 3. de *Alberto Magno.*

Quanta auctoritate olim floruerit *Albertus Magnus*, Lauingenſis Sueuus, natus 1193. aut ſecundum alios a. 1206. et ab anno 1260 epiſcopus Ratisbonenſis, multorum operum parens, vel ex infinita paene editt. copia poteſt cognoſci. v. de editt. ſaec. XV. *Panzeri* A. T. vol. V. ſ. ind. p. 15 — 18. add. *Fabric.* B. L. med. aet. l. h. v. *Hamberger* Z. N. IV. p. 447 ſqq. et ibi laudatos VV. DD. In bibl. academ. Erlang. ſunt permulti codd. qui varia *Alberti* opp. continent, quorum quidem omnium enumeratio nimis longa foret.

Ab eo diſcernendus eſt *Albertus*, monachus Benedictinus, diligens chronographus, ab a. 1232. Abbas *Stadenſis*, mortuus poſt a. 1260. v. *Hamberg.* l. c. p. 415 ſqq. et *Saxium* l. mem. p. 300 ſq.

Ad pag. 792. *lin.* 15. de *Vincentio Bellouacenſi.*

Cel. *Pfeiffer* l. m. pag. 565 ſqq. copioſe deſcribit edit. *Speculi hiſtorialis*, Venetiis, impenſis — Hermanni Lichtenſtein. 1494. fol. cuius exemplar eſt in bibl. Erlangenſi.

Ad pag. 792. lin. 20. de Thoma Aquinate.

Propter ſummam, quam conſequutus eſt, auctoritatem, vocabatur *doctor angelicus, doctor cherubinus* et *euangelicus*, etc. Hinc ſcripta eius et manus librariorum et, poſt inventam artem typographicam, prela mire exercuerunt. In bibl. academ. Erlangenſi eſt magnus codd. *Thomae Aquin.* opp. numerus, et quanta editionum vel ſaec. XV. fuerit copia, ex longo earum catalogo in *Panzeri* A. T. vol. V. ſiue indice pag. 38 — 44. cognoſces. Add. *Hamberger.* Z. N. IV. p. 424 ſqq. et, quos ille laudat VV. DD. — Auctor libri: Hiſtoire de l'Origine — de l'Imprimerie, Hagae Com. 1740. 4. pag. 114 ſq. obſeruauit fraudem in exemplari quodam: *Pars prima ſecunde Sancti Thome;* in cuius fine: *Preclarum hoc opus prime ſecunde S. thome de Aquino. Alma in vrbe moguntina — — conſummatum p. petrum ſchoiffer de gernſhem. Anno dni milleſimo quadringenteſimo quīquageſimo p̄mo* (1451.) fol. ſed comparato alio a. 1471. exemplari animaduertit, numerum anni fuiſſe de induſtria corruptum, in nota a. *ſeptuageſimo* litteras priores *ſept* ſubtiliter erаſas, et litteras *quīq.* ſubſtitutas. De edit. a. 1471. vid. *Panzer* vol. II. p. 121 ſq. — Alia notanda eſt editio: *Incipit tractatus Sancti thome de Aquino ordinis frīrum p̄dicatorū de corpore criſti.* In calce: „et ſic eſt

eſt finis hujus libelli de corpore criſti. Anno dom. ꝛc. Septuageſimo tercio quinta feria ante palmarum menſis Aprilis impreſſus eſt." min. 4. fol. 21. gothicis litteris. ſ. l. Hanc edit. excuſam eſſe *Colonine* 1473. arbitratur cl. *Panzer* in A. T. II. p. 277. ſed vir quidam doctus in Berol. bibl. vniuerſ. german. vol. 90. part. II. p. 527. ait, procul dubio eam exiiſſe ex typographia quadam Sueuica.

Ad pag. 793. *lin.* 10.

Roberti poenitentiale eſt in cod. quodam membr. Erlangenſi. Sed permulti illa tempeſtate fuerunt *Roberti*, vario modo cognominati: de quibus plura leges in *Fabr.* B. L. med. aet. tom. VI. pag. 93 ſqq. *Robertus de Sorbona* (de quo vide quoque *Hamberger.* IV. p. 422 ſq. et *Saxii* Onom. II. p. 312.) ſcripſit *de confeſſione* et alia. — *Robertus Plimton*, Anglus, canonicus regularis S. Auguſtiini in vico Plimton a. 1320. ſcr. *de poenitentia*, et *Robertus de Licio*, epiſcopus Licienſis, et Aquinas, mortuus 1495. auctor multorum librorum, (vid. Fabr. l. c. p. 101 ſq.) edidit *quadrageſimale de poenitentia*, Venet. 1472. et ſaepius.

Ad pag. 793. de *Durando.*

In cod. bibl. acad. Erlang. membran. eſt *Guil. Durandi repertorium* et in chart. *de poenitentia ac remiſſ.* atque tract. *de reſtitu-*

tionibus etc. De editt. librorum Durandi, saec. XV. v. *Panzeri* A. T. indic. s. vol. V. pag. 189 sq.

Tum in cod. alio membr. Erlang. *Durandi de Portiano* et aliorum in I — III. libr. Sententiarum; et in alio, in IV. librum sententiarum.

Ad pag. 793. lin. vlt.

Vid. quoque cel. *Schneider.* in praefat. ad commentar. ad Vegetii Renati Mulomedicinae libr. VI. pag. 19. et 21. tom. IV. scriptorum R. R. latin. — *Petri de Crescentiis ruralia* sunt in cod. membr. Erlangensi.

Ad pag. 794. lin. 5.

De *Nicolao de Lyra* v. quoque *Hamberger.* Z. N. IV. pag. 537 — 543. et de edd. saec. XV. *Panzer* l. c. voc. *de Lyra.* — In bibl. Erlangensi, tam Heilsbronn. quam Iobstian. codd. multi sunt, qui *Nicol. de Lyra* scripta continent. — *Nic. de Lyra* dicta de sacramento s. l. et a. 4. sed apud cl. *Panzer.* I. p. 277. n. 18. additum est Thomae Aquinatis libr. de corpore Christi, de quo supra iam fuit sermo.

Ad pag. 795. lin. 10.

Io. Duns Scotti sermo de sanctis est in cod. quodam Erlangensi.

Ioan-

Ioannes Marchefinus, non erat natione Germanus, vti V. D. in *Baumgartenii* Nachrichten von einer Halliſch. Biblioth. tom. VI. pag. 293. putabat, ſed Italus, Minorita Regienſis: de cuius aetate et libro, cuius auctor eſſe perhibetur, inſcripto: *Mamotrectus*, ſiue etiam *Mametractus*, (vti in cod. Gothano ſcribitur et in fine explicatur,) *Mammetrectus*, *Mamotreptus*; *Expoſitor vocabulorum totius S. S.* valde diſſentiunt eruditi. *Fabricius* et *Saxius* in Onom. II. p. 464 ſq. adſerunt eius aetatem an. 1466. Atque in cod. Gothano, (de quo v. *Em. Sal. Cyprianus* in catal. codd. MSSt. B. Gothanae, Lipſiae 1714. 4. pag. 8.) in fine ſcriptum legitur: *Anno ab incarnatione dominica* CIↃCCCCLXVI. *finit totus hic liber* etc. Quare Fabricius hunc librum illo anno ab auctore eſſe abſolutum putabat; quod tamen a continuatore operis aut librario forſan factum fuerit. Nam bibl. Erlangenſis codicem ſeruat membran. olim Heilsbronnenſem, cuius litterarum ductus ſaec. XIV. produnt, in cuius fine legitur: „Explicit Mamotrectus. — Comparatus a fratre Henrico de Lieggarthuſen, quondam Priore noſtro. Qui finitus eſt Anno Domini MCCCCLVII. (1457.) In vigilia Beati Andree apoſtoli.“ Atqui haec ſubſcriptio ab alia, eaque recentiore manu exarata eſt, quam totus codex. Quare probabile eſt, auctorem Mamotrectus aetate forſan mutum ſuperaſſe librar

Vid. etiam *Hocker* catal. biblioth. Heilsbronn. pag. 25. Hinc *Io. Rudolph. Schlegel* in progr. Il. de libris rar. Heilbronn, (in Sueuia), et *Gerken* in itinerario etc. tom I. p. 36. Hockeri testimonio et auctoritate nixi, vt antea *Wadding* in elencho scriptorum ordin. minor. statuerat, vindicant librum et auctorem anno circ. 1300. Accedit, quod in praef. ad edit. Beronae (Münster in Ergau in Heluetia), a. 1470. fol. et aliis illius saeculi, (quas recenset *Panzer* V. C. in A. T. vid. vol. V. f. indic. voc. *Mamotrectus* p. 297. sq.) vocatur *vetus scriptum.* Haec omnia fusius exponit, cod. Erlang. et librum ipsum diligenter describit et aetatem *Marchesini* adligat a. circ. 1300. cel. *Pfeiffer* in Beyträgen etc. part. III. pag. 512-521. Confer quoque *Denis.* in Memorab. bibl. Garell. p. 79. et *Mart. Georg. Christgau*, rectoris scholae Viadro-Francofurt. commentat. histor.-litterar. de Mamotrecto, statum rei litterariae circa inuentae typographiae tempora illustrante. Francof. ad Viadrum 1740. 4. — Editio: *Expositiones et correctiones vocabulorum libri, qui appellatur mamotrectus, tam bibliae, quam aliorum plurimorum librorum, impressae Venetiis, per Franc. de Hailbrun et Nicholaum de Franckfordia socios,* a. CIↃCCCCLXXVI. exstat in bibl. Gothana, teste Cyriano l. cit. — De edit. *Mammotrectus* Argentinae 1487. 4. v. *Lengnich* in Meuseli hist. litterar. bibliogr. Magazin. part. V.

Chem-

Chemnit. 1792. 8. p. 97. — De ed. antiq. ſine l. et a. fol. — tum Veneta 1476. 4. aliisque editt. v. *Gemeiner* Nachricht von den in Regensburg. Stadtbibl. befindl. — Büchern, etc. pag. 33. ſqq. et 71.

Ad pag. 794. *fin.*

Viridarium Gregorianum, ſiue Biblia Gregoriana, *Jacobo* Folquerii eremita Auguſtiniano, doctore Tholoſano, collectore: ſcripſit is a. 1345. in *Hommey* ſupplem. Patrum etc. Paris 1686. 8.

Ad pag. 795. *not.* *) *de Petrarcha.*

Add. *Heumanni* conſpectum reipubl. litt. ed. *Eyring*, P. II. tom. I. p. 259. ſq. nec non *Memoires pour la Vie de Petrarque*, tirés de ſes Oeuvres, des Auteurs contemporains, avec de notes et diſſertations et les piéces juſtificatives. auctore Abb. *de Gade*. Amſtelod. 1764. — 1767. 4. III. voll. — et germ. verſ. Lemgou. 1774 — 1777. 8. In duobus codd. membran. bibl. Erlangenſis eſt *Petrarcha* de vita ſolitaria, et de conflictu animarum ſuarum: in tribus autem codic. chartac. ſunt ejusdem epiſtolae; inuectiuae, et de remediis fortunae — Commode etiam poteſt comparari: *Ang. Mariae Bandinii* ſpecimen literaturae Florentinae ſaeculi XV. etc. Florent. tom. I. 1748 — tom. II. 1751. 8.

ANALECTA

AD

PRIOREM POTISSIMUM PARTEM *).

Ad priorem partem. pag. 9.

De poetis, oratoribus, historicis etc. romanis, et graecis, copiose, nec vero semper recte curateque iudicat *Laharpe* in Lycée ou Cours de Litterature ancienne et moderne. Paris a. VII. 8. tom. I — VII. in libr. I. II. et III.

